van ROYEN florae Leydensis prodromus, ALBERTI HALLERI enumeratio stirpium Heluetiae, IOANNIS GEORGII HENRICI KRAMERI tentamen botanicum emendatum et auctum, CHRISTIANI GOTTLIB. LVDWIGII definitiones plantarum, EVERHARDI IACOBI van WACHENDORF horti Vltraiectini index. Singularum autem plantarum genericos characteres ipsos ad mentem horum virorum laudatorum addere, nimis prolixum et tamen haud valde vtile fuisset; quoniam omnes, quibus haec curae cordique sunt, eorum operibus carere nequeunt.

nach Anleitung dieser belobten Männer beyzufügen, wäre zu weitläufig und doch ohne grossen Nuzen gewesen: weil alle, denen etwas daran gelegen ist, mit ihren Werken schon versehen seyn müssen.

3) Dum in Blackvvelliano opere speciei depictae nomen specificum nunquam indicatur, hoc autem necessario scire debent illi, qui plura de eadem planta ex aliorum scriptis colligere student: haec quoque nomina sigillatim addidi hoc ordine, vt illa primo loco posita sint, quae nunc ad normam operum systematicorum excluduntur, deinde vero sequantur emendata, omnia autem vtriusque huius distinctionis iterum temporis ordine, quo proposita fuerunt, ita tamen, vt magis simplicia praecedant et, quae proxime inter se conueniunt, coniungantur. Vt subleuarem laborem hunc molestum, primum ex D. LINNAEI horto Clifortiano et D. de HALLER enumeratione stirpium Heluetiae (si quidem hi exercitatissimi et accuratissimi viri eiusdem speciei mentionem fecerunt) tot ex his nominibus conquisiui, quot scopus praefixus requirebat, deinde opera citata ipsemet euolui et demum haec nomina secundum ordinem supra memoratum digessi, sique nonnunquam alia notatu digna reperi, haec quoque addidi, praecipue autem simul curaui, ne primum nominis officinalis auctorem praeterirem. Quando imago quaedam apposita (de quo mox no. 5. plura) aliam speciem vel varietatem repraesentat, huius quoque nomina specifica, sed separatim, indicaui.

3.) Weil in dem Original niemals der besondere Nahme der abgebildeten Art angezeiget ist, darauf aber alles ankommt, wann man eine weitere Nachricht aus andern Schriften verlanget: so habe ich auch solche insbesondere angezeiget in dieser Ordnung, daß ich dieienigen, die heutiges Tages in den systematischen Werken nicht mehr für gültig erkand werden, voran gesezet und dann die verbesserten, alle aber von beyderley Eintheilung ebenfalls nach der Ordnung der Zeit, wie sie bekand gemachet worden, doch so, daß bey iedem Nahmen die mehr einfachen voran, diese aber, die am nächsten mit einander übereinkommen, beysammen stehen. Zur Erleichterung dieser mühsamen Arbeit habe ich iedesmals aus des Herrn LINNAEI Horto Clifortiano und des Herrn von HALLERS Enumerat. stirp. Heluet. (wann diese geübte und sorgfältige Männer eben diese Art angezeiget haben) die Nahmen, so viel derselben zu meiner Absicht nöthig gewesen, zusammen gesuchet, alsdann die angezeigte Schriften selbst aufgeschlagen, endlich die Nahmen nach meiner gemeldten Einrichtung in Ordnung gebracht und, so ich zuweilen noch andere merkwürdige gefunden, solche beygefüget, dabey ich dann sonderlich auch darauf gesehen, daß der Urheber des Officinal-Nahmens nicht mögte übergangen werden. Wann die beygesezte Figur (davon sogleich no. 5. ein mehrers) nach einer andern Art oder Abweichung gemachet worden, so habe ich auch derselben besondern Nahmen, aber unterschieden, angezeigt.

4) Quod ad imagines Blackvvellianas attinet, extra dubium quidem positum est, eas naturae eousque respondere, vt planta repraesentata absque errore statim cognosci queat; quoniam vero nihilominus accuratior inquisitio manifestauit, multas earum, et formae et coloris ratione, non satis viuide nec perspicue depictas esse, EISENBERGERVM admonui, vt, quoties occasio permittebat, exemplar naturale conferret et, vbi necessarium videbatur, vel ramum recens depictum Blackvvellianae figurae iungeret, vel imaginem plane nouam substitueret et huic ramum tantum Blackvvellianae figurae adderet, itemque, vbi radicis ad medicum vsum pariter commendatae imago deficeret, hanc quoque subiungeret. Etsi autem artifex, his lubenter morem gerens, omnes vires intenderit, vt nouas imagines additas naturali exemplari proxime accedentes pararet easque ipsemet aeri incideret: impossibile

4.) Was die Blackwellische Figuren anlanget, hat es wohl seine Richtigkeit, daß sie der Natur so ähnlich sind, daß man das abgebildete Gewächs alsobald ohne Irrthum erkennen kan; weil aber gleichwol eine genauere Untersuchung entdeckte, daß viele in Ansehung der Gestalt und Farben nicht lebhaft und deutlich genug vorgestellet sind: so habe ich Herrn EISENBERGER dahin angewiesen, daß er, so oft es die Gelegenheit erlaubte, das natürliche Muster dagegen gehalten und, wann es nöthig schiene, entweder einen neu-abgebildeten Zweig der Blackwellischen Figur beygefüget, oder eine ganz neue Figur verfertiget und nur einen Zweig von der Blackwellischen beybehalten, ingleichen, wo die Abbildung der Wurzel, wann sie ebenfalls in den Apothecken gesammlet wird, mangelte, solche auch beygesezet hat. Ob nun wohl dieser Künstler diesem willig folgte und allen Fleis anwandte, daß die neuen beyge-

bile nihilominus fuit, eas eadem accuratione, colorum praecipue intuitu, in hoc opere repraesentare: quum vile pretium, quod singulis tabulis (quae tamen, cum Blackvvellianis comparatae, saepius figurarum numero duplo auctiores sunt) constitutum est quodque secundum genium plerorumque emtorum necessario constituendum erat, plura praestanda impediuit. His tamen non obstantibus, nouae hae aeque ac illae Blackvvellianae imagines vsui, cui destinatae sunt, satisfacient, vt taceamus, illa maioris et nitidioris chartae exemplaria, ob pretium paullulum auctum, maiori etiam cura elaborata esse.

5) Quoniam minores et separatae figurae florum, fructuum seminumque in exemplari Blackvvelliano minime omnium naturalem eorum conformationem eousque repraesentant, vt ex illis generis characteres ea accuratione, quae nostris temporibus desideratur, cognosci queant: EISENBERGERVS eas quidem absque mutatione adposuit, simul vero studuit, easdem partes, quoties possibile fuit, accuratius et secundum earum analysin depingere, sigillatim etiam staminum et pistillorum numerum et conformationem indicare, et quidem plerumque ex eadem specie, quam Blackvvellianum opus sistit, desumtas, interdum autem, hac opportuno tempore deficiente, ex alia eiusdem generis specie, quae vero, vt supra no. 3. dictum, peculiari suo nomine specifico semper distincta est. De his autem porro monere cogor, me quidem conatum hunc necessaria instructione adiuuisse, saepissime autem temporis penuria impeditum fuisse, quo minus hasce imagines cum naturali exemplari conferrem, vnde ergo artifex nonnunquam aliquos errores commisit; quousque vero nunc ipsemet continua exercitatione peruenerit, id recentiores imagines satis declarant: forsan etiam occasio adhuc erit priores errores corrigendi et pares analyses iis speciebus quoque addendi, quae ob defectum exemplarium naturalium hucusque omissae sunt.

6) Quidquid autem imaginum ratione mutandum, emendandum et augendum, quidque praeterea ad illustrationem huius vel illius speciei addendum necessarium et vtile visum est, id omne in notis subiunctis declarare haud intermisi.

7) Quum huncce laborem susciperem, mea intentio neutiquam erat, has additiones qualescunque amplificare, quare priorum philyrarum expositio reliquis multo breuior est; quoniam vero eiusmodi occupationes mihi semper fuerunt gratissimae, eae ipsae me pedetentim ad plura attexenda excitarunt, praesertim spe lactatum, iis forsan omnem vtilitatem haud defuturam esse.

8) Quo-

beygefügten Abbildungen mit der Natur auf das genaueste übereinkämen, solche auch selbst in das Kupfer äzet: so war es doch unmöglich dieselbe mit eben dem Fleis, vornehmlich in Ansehung der Farben, in diesem Werk vorzustellen: weil der geringe Preis, der auf eine iede Kupfer-Platte (die in Vergleichung mit den Blackwellischen oft noch einmal so viel Figuren enthalten) gesezet wurde und wegen der Neigung der meisten Käufer nothwendig gesezet werden muste, ein mehrers zu liefern nicht erlaubte. Dessen ohngeacht, werden doch diese neue sowol, als die Blackwellische Abbildungen, dem bestimmten Nuzen ein sattsames Genügen leisten, ohne zu gedenken, daß dieselbe bey den Exemplaren auf grösser und feiner Papier, wegen des etwas grösern Preises, auch mit mehrern Fleis ausgearbeitet sind.

5.) Weil in dem Blackwellischen Exemplar die besondere kleine Figuren der Blüthe, Frucht und Saamen am wenigsten der Natur so ähnlich kommen, daß daraus die Kennzeichen des Geschlechts nach der heutigs Tags erforderten Accuratesse können erkand werden: so hat Herr EISENBERGER solche zwar unverändert beybehalten, zugleich aber sich bemühet, eben diese Theile, so oft es möglich gewesen, genauer und nach ihrer Zergliederung nachzuahmen, fürnehmlich auch die Zahl und Bildung der Staubfäden und Stempel anzuzeigen, und zwar meistens von eben der Art, die in dem Blackwellischen Werk abgebildet ist, zuweilen aber, wann diese zu der Zeit nicht zu bekommen war, von einer andern Art dieses Geschlechtes, welche iedoch allezeit mit ihrem besondern Nahmen, wie oben no. 3. gemeldet, angezeiget worden. Hiebey mus ich aber nothwendig erinnern, daß ich ihme zwar hiezu die nöthige Anweisung gegeben habe, gar oft aber so viel Zeit nicht hatte, diese Abbildungen mit der Natur zusammen zu halten, dahero dann einige Fehler von ihme begangen worden sind; wie weit er aber nunmehr durch die beständige Uebung gekommen, solches bezeugen genugsam die neuern Abbildungen: vielleicht zeigt sich auch noch die Gelegenheit, die ersten Fehler zu verbessern, und eben dergleichen Zergliederungen bey den Arten, wo sie aus Mangel des natürlichen Musters nicht konnten beygefüget werden, nachzuholen.

6.) Was nun aber in Veränderung, Verbesserung und Vermehrung der Figuren geschehen ist, und was ich sonsten beyzusezen für nöthig und dienlich erachtet, das hab ich in den beygefügten Anmerkungen zu erklären nicht ermangelt.

7.) Im Anfang war zwar mein Vorsaz nicht, mich in Ansehung dieser Beysäze weitläufig einzulassen, dahero dann die ersten Blätter viel kürzer abgefasset sind; weil ich aber allezeit eine besondere Liebe zu dergleichen Arbeit hatte, so verleitete mich die Ausarbeitung nach und nach zu mehrern, zumal ich mir die Hofnung machte, daß es vielleicht nicht ohne alle Nuzen seyn würde.

8.) Weil

8.) Quoniam ergo hac in editione multa vnius speciei nomina latina indicata, saepius etiam ex aliis linguis plura addita sunt, necessarium duxi, vt cuilibet centuriae peculiaris adderetur index alphabeticus, ex quibus denique, Deo volente, alius vniuersalis in commodiorem vsum confici poterit. Quomodo latina nomina differant, eorum indicis inscriptio docet, et quod ad reliqua attinet, monendum adhuc habeo, pauca quaedam nomina aliarum linguarum his indicibus inserta esse, quae loco citato non reperiuntur, quia postliminio occurrebant: numerus tamen additus certo indicat, quorsum pertineant.

9.) Plantas huius operis, quae in officinis Germaniae non colliguntur, signo + notaui; vbi alia species, quam quae depingitur, apud nos in vsu est, ea signo ☽ distinxi, et vbi figurae vel emendatae vel auctae fuerunt, signum ⊙ id indicat. Si Deus vitam et sanitatem largitur, haecque noua Blackvvellianae collectionis editio ad finem perducta est, non solum illae species, quae loco illarum figura ☽ notatarum in nostris officinis pharmaceuticis prostant, verum etiam aliae multae plantae officinales in hac collectione plane omissae, in supplemento quodam depictae et explicatae accedent, quarum nonnullae imagines iam paratae ad manus sunt. Ceterum noxiarum et venenatarum stirpium aeque, ac salubrium, cognitio necessaria ac vtilis est, hincque parem et imagine et descriptione repraesentationem merentur.

10) Quoniam, vt supra iam innui, tempus mihi haud vacabat totum opus in alium ordinem redigendi, optimum consilium visum fuit, vt eo ipso modo, quo excusum est, recuderetur, ideoque nonnisi occasione fauente emendaretur et augeretur, vnde haecce editio eum etiam praestat vsum, vt, vbi Blackvvellianum opus in scriptis citatur, eius loco inseruire queat, quare vel ipsae erucae aliaque insecta interdum adpicta, haud omissa sunt, licet ad scopum primarium prorsus non pertineant et imperfecta tantum repraesententur. Eandem ob rationem etiam non solum iis in tabulis, quae Blackvvellianam et nostram emendatam plantae imaginem simul haud capiebant, illius saltem pars quaedam conseruata, verum etiam omnibus idem nomen latinum adsculptum est, circa quae tamen indicare cogor, haec in primis quadraginta tribus tabulis nondum tam accurate obseruata fuisse, vnde sequens informatio nonnullis grata erit, licet praecipua in notis additis iam indicata sint. Quod ad nomina attinet, sub figurarum tabulis Blackvvellianae editionis leguntur sequentia: t. 1. Dens leonis, Taraxacum; t. 2. Papauer rubrum, erraticum, rhoeas; t. 6. Argentina, Potentilla; t. 9. Scorodonia, Saluia siluestris; t. 10. Saluia; t. 12. Vrtica; t. 13. Iasminum; t. 19. Faba; t. 21. Agrimonia, Eupatorium Graecorum; t. 22. Nasturtium, Nasturtium hortense; t. 25. Periclymenum

8.) Weil nun in dieser Ausgabe viele lateinische Nahmen einer Art angezeiget, auch in den übrigen Sprachen öfters die Nahmen vermehret worden sind, so habe für nöthig erachtet, einem ieden Hundert ein besonderes Register beyzufügen, daraus künftig G. G. ein allgemeines zum bessern Gebrauch kan verfertiget werden. Den Unterschied der lateinischen Nahmen zeiget die Ueberschrift dieses Registers an, und bey den übrigen habe ich dieses noch zu erinnern, daß einige wenige Wörter im Register stehen, die im Text nicht zu finden sind, weil mir solche erst nach der Hand beyfielen: es zeiget aber die beygesezte Zahl sicherlich an, zu welcher Pflanze sie gehören.

9.) Die in dieser Sammlung befindliche Gewächse, welche in unsern teutschen Apotheken gar nicht gebräuchlich sind, habe im Text mit einem + bezeichnet; wo eine andere Art, als die vorgestellte, gesammlet wird, ist solche mit ☽ unterschieden, und wo eine Verbesserung oder Vermehrung der Figuren vorkommt, wird solches mit ⊙ angezeiget. Wann GOtt Leben und Gesundheit giebet, daß diese neue Auflage der Blackwellischen Sammlung zu Ende gebracht wird, sollen nicht nur dieienige Arten, die statt derer mit ☽ bezeichneten gewöhnlicher sind, sondern auch viele andere Officinal-Kräuter, die in dieser Sammlung gar ausgelassen worden, in einer Zugabe noch vorgestellet und erkläret werden, davon schon einige Gemählde verfertiget worden; wie dann auch die Erkenntnis der giftigen und schädlichen Gewächse eben so, als der heilsamen, nöthig und nützlich ist, und sie also eine gleichmäßige Abbildung und Beschreibung verdienen.

10.) Weil, wie anfangs gemeldet, ich ohnmöglich so viel Zeit übrig hatte, das ganze Werk in eine andere Ordnung zu bringen, so schiene es am besten zu seyn, es so wieder aufzulegen, wie es verfasset ist und nur nach Gelegenheit es auszubessern und zu vermehren, wodurch diese Ausgabe auch dazu dienlich ist, daß sie, wo das Original irgendwo in Schriften angeführet wird, statt dessen kan gebrauchet werden, weswegen so gar auch die Raupen und andere Insecten, die zuweilen beygefüget sind, nicht ausgelassen worden, ob sie gleich zum Hauptwerk gar nicht gehören, auch unvollkommen vorgestellet sind. Um eben dieser Ursache willen ist dann auch nicht nur von den Blackwellischen Abbildungen der Gewächse wenigstens ein Theil beybehalten, sondern es sind auch unter dieselben eben die im Original befindliche lateinische Nahmen gestochen worden: wobey ich doch noch anzeigen mus, daß bey den ersten 43 Kupfer-Tafeln dieses noch nicht so genau ist beobachtet worden, daher folgende Nachricht einigen nicht unangenehm seyn wird, obgleich das meiste davon in den Anmerkungen schon angezeiget ist. In Ansehung der beygestochenen Namen, sind im Original folgende unter den Figuren zu finden: tab. 1. Dens Leonis, Taraxacum; t. 2. Papauer rubrum, erraticum, rhoeas; t. 6. Argentina, Potentilla; t. 9. Scorodonia, Saluia siluestris; t. 10. Saluia; t. 12. Vrtica; t. 13. Iasminum;

menum, Caprifolium, Matrisilua; t. 26. Consolida regalis, Delphinium; t. 27. Melissophyllum; t. 31. Ranunculus; t. 32. Mentha aquatica, Sisymbrium; t. 33. Lamium album, Vrtica mortua; t. 36. Borago; t. 40. Triticum, Triticum aristatum. Vbi ergo his locis indicatis nostra in editione plura vel pauciora horum nominum indicatorum tabulis aeneis adsculpta sunt, ea ab illis, qui eiusmodi accurationem obseruandam praecipiunt, secundum hanc normam mutari possunt. Quod ad figuras ipsas pertinet, t. 6. figura floris et color foliorum; t. 10. color floris et foliorum; t. 21. figura floris et separatim adpicti fructus seminisque et t. 25. color floris secundum naturale exemplar emendabantur et huic vltimae seorsum appositae figurae floris, fructus seminisque omittebantur, ceterum autem vbique totae Blackvvellianae imagines imitatae seruabantur, e contrario vero t. 15. 17. 18. 19. 22. 24. 26. 28. 30. 33. 36. et 43. nouae prorsus imagines Blackvvellianis plane omissis substituebantur: erit forsan in posterum occasio, et harum omissarum repraesentationem Blackvvellianae similem addendi.

Hac itaque forma apparet prima collectionis Blackvvellianae centuria pro viribus emendata et aucta, quam reliquae pari, imo maiori, cura DEO aspirante elaboratae sequentur. Partitiones huius editionis hactenus praenumerantibus statuto termino non semper quidem traditae fuere; sed, vt verum fatear, mea potius, quam artificis, culpa. Cuicunque vitae meae conditio nota est, secundum quam mihi, eiusmodi opera molienti, eae tantummodo vacant horae, quas alii laboribus defatigati quieti destinant; et quem praeterea non latet, me eiusmodi conatus propterea tantum fouere, vt opportuna artificum nostratium occasione gaudens publicum quoddam vtile pro viribus proueham et in actum perducam: is aequum, vt spero, feret iudicium de omnibus, quae vel minus ordinate proposita vel prorsus omissa sunt. Nullum praeterea in hisce lucrum quaero, et coeptum quoddam opus alii perficiendum lubens trado. Hanc ergo ob caussam et, vt omnia impedimenta remouerentur, iam diu in votis habui, vt huius quoque operis expediendi curam alius in se susciperet, quod etiam nunc fortunato contigit, dum, opitulante Dom. IOANNE AMBROSIO BEVRERO, Academiae Caesareae Naturae Curiosorum Sodali et huius loci Pharmacopoeo claro, celeberrimus et de orbe litterato optime iam meritus Professor Lipsiensis, D. D. LVDWIGIVS hoc munus beneuole in se suscepit ita, vt sua sub directione omnia ordine coepto continuentur et celerius elaborentur, quod auxilium in posterum melius, quam meae quidem vires concedebant, huius operis expeditioni succurret, quemadmodum eius primitiae propediem in lucem edendae id satis iam probant. Licet autem hac ratione de futura expositionis elaboratione non

num; t. 19. Faba; t. 21. Agrimonia, Eupatorium graecorum; t. 22. Malua; t. 23. Nasturtium, Nasturtium hortense; t. 25. Periclymenum, Caprifolium, Matrisilua; t. 26. Consolida regalis, Delphinium; t. 27. Melissophyllum; t. 31. Ranunculus; t. 32. Mentha aquatica, Sisymbrium; t. 33. Lamium album, Vrtica mortua; t. 36. Borago; t. 40. Triticum, Triticum aristatum. Wo nun an diesen angezeigten Orten in unserer Ausgabe mehr oder weniger von diesen Nahmen auf der Platte beygestochen worden, sind solche von denen, die dergleichen genau beobachtet haben wollen, darnach zu ändern. In Ansehung der Figuren selbst sind t. 6. die Gestalt der Blüthe und die Farb der Blätter, t. 10. die Farb der Blüthe und Blätter, t. 21. die Gestalt der Blüthe, auch der neben beygesezten Frucht und Saamens, und t. 25. die Farb der Blüthe nach der Natur verbessert, und die nebenbeygesezte Figuren der Blüthe, Frucht und Saamens weggelassen, im übrigen aber allenthalben die ganzen Blackwellischen Figuren beybehalten, hingegen t. 15. 17. 18. 19. 22. 24. 26. 28. 30. 33. 36. und 43. ganz neue Figuren mit völliger Uebergehung der Blackwellischen eingeruckt worden: vielleicht wird zur Ersezung dieser ausgelassenen auch eine Gelegenheit kommen.

Auf diese Weise nun erscheinet das erste Hundert der Blackwellischen Sammlung nach Möglichkeit verbessert und vermehret, und die übrigen werden mit noch mehrerer Sorgfalt ausgearbeitet unter Göttlichen Beystand nachfolgen. Bishero ist zwar mit Auslieferung der Abtheilungen zur bestimmten Zeit nicht ordentlich eingehalten, aber, die Wahrheit zu gestehen, die Hindernis mehr von mir als dem Künstler gemachet worden. Wer meine Lebens-Umstände kennet, nach welchen ich nur alleine die Zeit, die andere zur Ruhe von ihrer Arbeit anwenden, zu dergleichen Unternehmungen übrig habe, und auch weiß, daß ich solcher nur deswegen mich unterfange, um bey der guten Gelegenheit der hiesigen Künstler nach Vermögen etwas gemein nützliches zu befördern und in Gang zu bringen: von deme hoffe ich eine billige Beurtheilung alles dessen, was nicht ordentlich genug ausgeführet oder wohl gar ausgelassen worden ist. Ueber dieses suche ich dabey keinen Gewinn, und übergebe allezeit gerne einem andern das angefangene auszuführen. Dieser Ursache wegen, und damit allen Hindernissen besser möchte abgeholfen werden, habe ich längstens gewunschen, daß auch die Ausfertigung dieses Werkes von einem andern möchte besorget werden, und es ist nun zum guten Glück dahin kommen, daß, durch Vermittelung Herrn Jo. Ambros. Beurers, der Kayserlichen Acad. Nat. Curiosor. Mitgliedes und hiesigen berühmten Apotheckers, der um die gelehrte Welt bereits Hochverdiente Herr Doctor und Professor Ludwig in Leipzig solches gütigst auf sich also genommen hat, daß unter seiner Aufsicht in der angefangenen Ordnung fortgefahren und alles nach Wunsch beschleuniget wird, wodurch dann diesem Werk noch besser, als meine Kräfften vermochten

non amplius participem; non intermittam tamen, omnes porro intendere vires, vt maiori adhuc cura non ſolum imagines, vbi id neceſſarium erit, emendentur, verum etiam characteres generum ex floris fructusque analyſi petendi repraeſententur (praeſertim quum id nemo aptius, quam qui artifici ad manus eſt, exſequi poteſt) atque praeterea naturalia plantarum exemplaria cum imaginibus Blackvvellianis conferenda, quoties poſſibile erit, procurentur, qua in re ſupra laudatus Dom. BEVRERVS et Dom. MARTINVS GERHARDVS BVSCHMANNVS, Officinae pharmaceuticae Kellnerianae Prouiſor praeſtantiſſimus, ſaepiſſime ſuccurrunt, id quod ſilentio praeterire nefas eſſet.

Quod reliquum, neceſſarium eſſe duxi, huic praefationi annectere indicem omnium operum eorumque editionum, quas hactenus in elaborata expoſitione citaui pauciſſimis vero tantum verbis indicaui, vt illis, qui eadem euoluent, nullum dubium relinquatur. Et quum ſperarem, catalogum eorum herbariorum, quae mox poſt typographicae artis inuentionem excuſa poſtea vero ſaepiſſime recuſa ſunt, & quorum iam ab initio huius præfationis mentionem feci, etſi non omnibus neceſſarium & vtilem, nonnullis tamen gratum & iucundum fore: eundem etiam ſubiunxi, praeſertim quum non ſolum haec opera, verum etiam plurimas eorum editiones, ipſa mea librorum collectio continet, ideoque mihi occaſionem praebet, accuratiorem de iisdem relationem et comparationem ſuppeditandi, quam quidem hucusque ab aliis factam eſſe reperi. Apparatus plurium antiquorum herbariorum a Germanis elaboratorum, quem mea collectio pariter ſufficiebat, excitabat me, vt de his quoque ad annum MDL. vsque breuem recenſionem ſuppeditarem eamque variarum editionum, quae ad manus erant, collatione quodammodo illuſtrarem et ita indicarem, quantum renouata ſtirpium cognitio Germanis debeat. Ne autem auxilia ab exteris eodem temporis decurſu praeſtita ſilentio penitus praeterirem, conſilium tandem cepi, haec pariter enumerandi. Hinc quidem catalogus hicce contra ſcopum ab initio praefixum prolixior factus eiusque elaboratio praeter opinionem tardius abſoluta eſt; nihilominus tamen ſpero, nonnullis me gratum praeſtitiſſe officium. Ceterum aequitas cuiusuis cenſoris ſperare me iubet, eum ſtudium potius, quo publico inſeruire cupio, quam modum, quo id exegi, conſideraturum eſſe. Dabam Norimbergae ipſis Calendis Iunii CIↃIↃCCLII.

mochten, wird aufgeholfen werden, wie ſolches ſchon der gute Anfang, der nächſtens im Druck erſcheinen ſoll, genugſam bezeuget. Ob ich nun aber ſchon in ſo weit künftig keinen Antheil mehr an der Ausfertigung dieſes Werkes habe; ſo werde ich doch (zumalen ſolches von niemand, als der dem Künſtler bey Handen iſt, füglich geſchehen kan) nicht unterlaſſen, ferner dafür zu ſorgen, daß ſowohl die Verbeſſerung der Figuren, wo es nöthig iſt, als auch die Abbildungen der Geſchlechts-Zeichen in den zergliederten Blüthen und Früchten, deſto genauer nachgeahmet, und dazu, wo es nur möglich iſt, dem Künſtler die Muſter der Natur verſchaffet werden, worinnen vorbelobter Herr Beurer und Herr Martin Gerhard Buſchmann, der hieſigen Kellneriſchen Apothecke angeſehener Proviſor, vielfältig behülflich iſt, welches zu verſchweigen unbillig wäre.

Im übrigen habe ich noch für nöthig befunden, nach dieſer Vorrede diejenigen Schriften und ihre Ausgaben, deren ich mich in der bisherigen Erklärung bedienet und nur mit wenig Worten angezeiget habe, weitläuffiger anzuführen, damit denjenigen, die ſolche nachſchlagen wollen, aller Zweifel benommen werde. Und weil ich hoffte, daß ein Verzeichnis der anfangs dieſer Vorrede gemeldten erſten gedruckten Kräuter-Bücher und ihren ſo oftmals wiederholten Auflagen, ob ſchon nicht allen nöthig und nützlich, doch einigen angenehm ſeyn möchte, verfertigte ich auch davon einen beſondern Catalogum, zumalen die meiſten derſelben in meiner eigenen Bücher-Sammlung ſich befinden, und ich alſo eine genauere Nachricht und Vergleichung, als bishergeſchehen iſt, mittheilen kunte. Der Vorrath, den ich von noch mehr alten von Teutſchen ausgefertigten Kräuterbüchern in meiner Sammlung fande, verleitete mich, auch von dieſen bis auf das Jahr 1550. eine kurze Nachricht zu geben und dieſe durch Zuſammenhaltung der in Handen habenden unterſchiedlichen Ausgaben einiger maſſen zu erläutern, um zu zeigen, was man den Teutſchen in der erneuerten Erkenntnis der Gewächſe zu danken habe. Damit ich aber die zu gleicher Zeit von den Ausländern geleiſtete Beyhülfe nicht gänzlich übergienge, faſte ich endlich den Entſchlus, auch dieſe anzuzeigen. Dadurch iſt zwar dieſe Verzeichnus wider den erſten Vorſaz weitläufiger und die Ausfertigung länger, als ich vermuthete, verzögert worden; ich hoffe aber gleichwohl, einigen einen gefälligen Dienſt geleiſtet zu haben. Übrigens verſehe ich mich zu der Billigkeit eines jeden, daß er mehr das Verlangen, den gemeinen Nuzen zu befördern, als die Art, wie ich ſolche ausgeführet habe, beurtheilen werde.
Nürnberg den 1. Juny 1752.

D. CHRISTOPHORVS IACOBVS TREW.

CATA-

I.

CATALOGVS AVCTORVM,

ad quorum opera, plerumque paucis litteris indicata, horumque editiones prouocatur. Quibus * praefixus est, rarius citantur. Nonnullis variarum editionum, quas ipsemet possideo, breuis quoad differentiam primariam recensio annectitur.

* *Anguill.* Semplici di M. LVIGI ANGVILLARA da Giov. Martinello mandati in luce. In Vinegia appr. Vincenzo Valgrisi 1561. *8. pagg. 304. ind. pagg. 32.*

C. B. pin. CASP. BAVHINI Pinax theatri botanici. Basil. impensis Io. Regis 1671. *4. mai. Prior editio* ibid. typis Lud. Regis anni 1623. *excusa paginis quidem vsque ad appendicem respondet, sed huius appendicis contenta in posteriore editione suis locis inserta sunt.*

J. Bauh. IO. BAVHINI Historia plantarum. Ebroduni 1650. *pagg. 601. et 440. icon 692.* T. II. *pagg. 1074. (praeter pag. 398. quindecies numeratam) ic. 1436.* et III. *pagg. 212. et 882. ic. 1449.* ibid. 1651. *fol. conf. praefatio anteced. p. 3.*

* *Blackst.* I. BLACKSTONI specimen botanicum, quo plantarum plurium rariorum Angliae indigenarum loci natales illustrantur. Londini typ. Guil. Faden 1746. *8. pagg. 106. tabb. aen. 2. agarici et fungi.*

Boerh. I. HERM. BOERHAAVE Index alter plantarum, quae in horto Academico Lugduno Batauo aluntur. Pars prima Lugd. Bat. sumt. Auct. prostat. ap. Petr. van der Aa 1720. *4. pagg. 320. ic. 12. praemiss. pagg. 38. Primus* EIVSDEM Index ap. Corn. Boutenstein 1710. *8. prodiit pagg. 278. praemiss. pagg. 14.*

Boerh. II. — — — &c. pars secunda. ibid. 1720. *4. pagg. 270. ic. 27. ind. pagg. 18.*

* *Broff.* Description du Jardin Royal de plantes medicinales &c. par GUY de la BROSSE. à Paris 1636. *4. pagg. 107. tab. aen. magna horti ichnographiam exhibens.*

Brunf. OTH. BRVNFELSII Herbarium tomis tribus absolutum. Argentor. apud Io. Schottum 1539. *fol.*

Brunf. Krb. Contrafayt Kreütterbuch &c. durch OTHO BRVNNFELSS. Strassburg bey Hans Schotten 1532. *fol.* Ander Teyl ibid. 1537. *Huius et antecedentis latini operis eiusque variarum editionum fusiorem recensionem vide Catalog. sequ. art. VIII.*

Caes. ANDR. CAESALPINI de plantis libri XVI. Florentiae ap. Ge. Marescottum 1583. *4. pagg. 621.* Appendix ad libros de Plantis et quaestiones peripatheticas Romae ap. Aloys. Zannettum 1603. *pagg. 32.*

* *R. I. Cam.* RVDOLPH. IAC. CAMERARII obseruatio de Spinachia et Vrtica androgynis inserta Ephem. Ac. Caes. N. C. dec. III. p. 485. seqq.

Cam. Ep. IOACH. CAMERARII de Plantis Epitome PETR. ANDR. MATTHIOLI. Francof. 1586. *4. mai. Huius operis duo possideo exemplaria, vnum titulo contractiori, alterum fusiori cum eodem loco et anno adscripto. Satis notum iam est, quantum haec editio ob copiam et praestantiam figurarum praeferenda sit primae editioni, quae hoc titulo prodiit:* PETR. ANDR MATTHIOLI compendium de plantis omnibus &c. Venetiis in officina Valgrisiana 1571. *4. SEGVIERIVS biblioth. bot. p. 121. huius quoque compendii digestionem adscribit CAMERARIO eiusque alterius editionis Venetiis a. 1586. in 4. recusae mentionem facit, procul dubio hanc Venetianam editionem anni 1571. (vbi Camerarii vestigium nullum reperitur) cum Francofurtensi indicata confundens.*

* *Cam. Krb.* EIVSDEM Kreutterbuch MATTHIOLI Edit. II. Francof. 1590. apud Io. Feyrabend, sumpt. Petr. Fischeri et Henr. Dacken haeredum. *fol. Haec editio aliquot figuris auctior est illa* ibid. a. 1586. *primum excusa, cuius iterum duo possideo exemplaria, vnum titulo contractiori et figuris (quemadmodum reliquae editiones) ornato, alterum fusiori sine his tituli ornamentis: ceterum hae et sequentes* ibid. 1600. 1611. et 1626. *recusae paginis respondent. SEGVIERIVS in biblioth. bot. supplem. plantis Veronensibus addito p. 27. mentionem facit versionis* Bohemicae Francof. 1596. *in fol. editae, quam nondum vidi.*

* *Cam. Hort.* EIVSD. Hortus medicus et philosophicus. ibid. 1588. *4. pagg. 184 tabb. aen. 47. fig. 49.*

Clus. CAR. CLVSII Plantarum rariorum historia. Antv. ex offic. Plantiniana ap. Io. Moretum 1601. *fol. pagg. 364. et CCCXLVIII. figg. 1110, fungor. 40., plantar. montis Baldi 16. Plusquam dimidiam harum figurar. partem egregius hic auctor antea publicauit hoc titulo:* CAR. CLVSII rariorum aliquot stirpium per Hispanias obseruatarum historia. Antuerp. ex officina Chr. Plantini 1576. *8. pagg. 529. ic. 233. et* EIVSDEM rariorum aliquot stirpium per Pannoniam, Austriam et vicinas quasdam prouincias obseruatarum historia ibid. 1583. *8. pagg. 766. ic. 358. app. pagg. 8. ic. 2. Postea accesserunt* EIVSDEM exoticorum L. X. ex officina Plantiniana Raphelingii 1605. *fol. pagg. 378. (quibus et adhuc aliis 52. pagg. simul comprehenduntur G. ab HORTO, a COSTA et MONARDI tractatus a CLVSIO latio donati) ic. 278. ex quibus vero 55. ad regnum animale vel minerale pertinent reliquae etiam maximam partem fructus, radices, ligna repraesentant: addita sunt CLVSII altera appendix pagg. 26. ic. 19. vt et BELLONII scripta translata pagg. 242. ic. 46. ex quibus autem 14 tantum vegetabilis regni producta sunt. Denique prodiit opus posthumum, nimirum* EIVSDEM Curae posteriores ibid. 1611. *fol. pagg. 71. ic. 41 stirp. cum 3. animalium.*

* *Col. ἐκφρ.* FABII COLVMNAE minus cognitarum rariorumque stirpium ἔκφρασις &c. Romae apud Iacobum Mascardum 1616. *4. pagg. 340. et LXXIII. tabb. aen. 102. figg. 137. animal. tabb. 12.*

* *Col. stirp.* EIVSDEM minus cognitarum stirpium pars altera ibid. 1616. *4. pagg. 99. tabb. aen. 29. figg. 46. anim. tab. 1.*

* *Col. φυτοβ.* EIVSDEM φυτοβασανος siue plantarum aliquot historia. Neapoli ex offic. Horat. Saluiani ap. Io. Iac. Carlinum et Ant. Pacem 1592. *4. pagg. 120. et 32. tabb. aen. 33. figg. 35. et 4. eiusdem plantae sub alio habitu, vt et animal. tabb. 5. Prodiit idem opus* cum adnotationibus IANI PLANCI Florentiae 1744. *4. mai. pagg. 134. tabb. iisdem, sed figurarum nitore, procul dubio ex vsu repetito, paullulum cedentibus.*

* *Cord. in Diosc.* VALERII CORDI annotationes in DIOSCORIDIS de medica materia libros V. &c. Argent. excudit. Iof. Rihelius 1561. *fol.*

Cord. Hist. EIVSDEM historiae ftirpium Lib. IIII. &c. *prodierunt cum antecedenti;* EIVSDEM *vero* ftirpium defcriptionis liber quintus vt et emendationes et additiones in opera VALERII CORDI ibid. a. 1563. *acceſſerunt.*

* *Corn.* IAC. CORNVTI Hiftoria Canadenfium plantarum. Parifiis apud Sim. le Moyne 1635. 4. *mai. pagg.* 238. *tabb. aen.* 68. *figg. totidem.*

* *Dale.* SAMVEL. DALEI Pharmacologia &c. Lugd. Bat. imp. Io. Arn. Langerack 1739. 4. *mai.*

Dalech. vid. *Lugd.*

Dill. IO. IAC. DILLENII Catalogus plantarum fponte circa Giffam nafcentium. Impenf. Auctoris Francof. ap. Io. Maxim. a Sande, 1719. 8.

* *Dill. N. G.* EIVSDEM noua plantarum genera, *quae continet appendix prioris libri.*

* *Dill. H. Elth.* Hortus Elthamenfis, feu plantarum rariorum, quas in horto fuo Elthami in Cantio coluit *Iac. SHERARD* &c. auctore IO. IAC. DILLENIO. Londini fumpt. Auctoris 1732. *fol. reg. pagg.* 438. *tabb aen.* 324. *figg.* 417.

Dod. REMBERTI DODONAEI ftirpium hiftoriae pemptades fex. Antwerp. ex officina Plantiniana ap. Balth. et Io. Moretos 1616. *fol. pagg.* 872. *ic.* 1330. *Idem opus iam prodiit* ibid. 1584. *in fol. pagg.* 860. *ic.* 1309. pofterior ergo editio 21. figuris (LINNAEVS numerat 36.) auctior eft. *Proſtat autem hoc opus etiam in batauam linguam traductum hoc titulo:* Cruydtbœck REMBERTI DODONAEI volghens fyne lætfte verbeteringhe &c. T' Antwerpen in de Plantynfche Druckerye van Balth. Moretus 1644. *fol. mai. Haec editio eodem ordine, ac poſterior latina, huius figuras omnes continet, exceptis* 3. *omiſſis et* 21. *mutatis; inſerta autem non ſolum ſunt hinc inde* 43. *additae, verum etiam acceſſit p.* 1364—1492. *appendix* 97. *icones ſtirpium, fructuum, radicum et lignorum exoticorum ex CLVSII operibus potiſſimum mutuatas continens. Editae autem ſunt huius Auctoris ſtirpium imagines tam antea hoc ordine:* 1) de frugum hiftoria liber vnus. EIVSD. epiftolae duae: vna de farre, chondro, trago, ptifana, crimno et alica; altera de zytho et cereuifia. Antuerpiae ex offic. Io. Loei 1552. 8. *pagg.* 78. *(auerſis non numeratis) figg.* 36. *et auctoris imago. Epiſt. p.* 83—94. 2) trium priorum de ftirpium hiftoria commentariorum imagines vnacum indicibus, graeca, latina, officinarum, germanica, brabantica gallicaque nomina complectentibus. Ibid. 1553. 8. *pagg.* 439. *figg. totidem, praef. pagg.* 6. 3) pofteriorum trium de ftirpium hiftoria commentariorum imagines vnacum marginalibus annotationibus; item EIVSD. annotationes in aliquot prioris tomi imagines &c. ibid. 1554. 8. *pagg.* 302. *figg.* 274. *quibus icones frugum no.* 1. *inſertae ſunt.* 4) de ftirpium hiftoria commentariorum imagines in duos tomos digeftae, fupra priorem editionem multarum nouarum figurarum acceffione locupletatae ac poftremo recognitae. Acceffere in vtriusque tomi imagines annotationes. Ibid. 1559. 8. *Prioris tomi prima tantum plagula ſeu pagg.* 16. *differunt ita, vt ipſe index vsque ad pag. dictam auctior ſit; poſterioris vero tomi index totus recuſus et auctus eſt, contenta quoque p.* 274 *(ſeu vltimae primae editionis) mutata ſunt et hic tomus ad p.* 445. *ampliatus et* 134. *nouis figuris auctus eſt, ceterum autem, vti prior, non differt, quare vtrique index erratorum prioris editionis hic quoque apparet.* 5) Hiftoire des plantes, contenant la defcription des herbes, leurs efpeces &c. traduit de bas allemand en francois par CHARLES DE L' ECLVSE (CLVSIVS) &c. ibid. 1557. *fol. vid. SEGV. biblioth. p.* 57., *qui liber vero nondum ad meas peruenit manus.* 6) Frumentorum, leguminum, paluftrium et aquatilium herbarum ac earum, quae eo pertinent, hiftoria. Additae funt imagines viuae recens expreffae &c. ibid. ex offic. Chr. Plantini 1556. 8. *pagg.* 271. *ic.* 85. *quae omnino recens exſculptae et meliores ſunt.* 7) idem liber eodem titulo ibid. 1569. 8. *pagg.* 293. *ic.* 89. *expoſitione ergo et figuris auctus eſt.* 8) Florum et coronariarum odoratarumque nonnullarum herbarum hiftoria. Altera editio ibid. 1569. 8. *pagg.* 309. *ic.* 109. *Prima editio, quam nondum poſſideo, a.* 1568. *prodiit, teſte SEGVIER. l. c.* 9) Purgantium aliarumque eo facientium, tum et radicum, conuoluulorum ac deleteriarum herbarum hiftoriae Libri IIII. Acceffit appendix ftirpium ac florum peregrinorum, itemque vmbelliferarum &c. ibid. 1574. 8. *pagg.* 376. *ic.* 140. *app. p.* 377—505. *ic.* 81. 10) Hiftoria vitis viniique et ftirpium nonnullarum aliarum, item medicinalium obferuat. exempla. Coloniae ap. Maternum Cholinum 1580. 8. *pagg.* 46. *ſtirp. (*18*) hiſt. p.* 47—96. *obſ. med p.* 97—168.

Dorſt. THEODORICI DORSTENII Botanicon. Francofurti excudit Chr. Egenolphus 1540. *fol. Plura vid. Cat. ſeq. art. XI.*

* *Durant.* Herbario nuovo di CASTORE DVRANTE &c. In Roma per Jacomo Bericchia et Jac. Tornierii 1585. *fol. Huic editioni paginis* 492. *et icon.* 965. *reſpondent illae* Venetiis 1602. et 1617. *recuſae.*

* *Fabreg.* Defcription des plantes, qui naiffent ou fe renouvellent aux environs de Paris &c. par M. FABREGOU Tom. I. à Paris chez Jaq. Lambert &c. 1734. 12. *mai. pagg.* 354. *praef.* 24. T. II. ibid. 1736. *pagg.* 358. *Praef.* 44. T. III. *pagg.* 248. *praef.* 37. et IV. *pagg.* 312. ibid. 1739. T. V. *pagg.* 304. et VI. *pagg.* 471. ibid. chez Giffey 1740.

Fuchſ. LEONHARDI FVCHSII de hiftoria ftirpium commentarii. Bafil. in offic. Ifingriniana 1542. *fol. mai. Plura vid. Catal. ſeq. art. X.*

* *Garidel.* Hiftoire des plantes, qui naiffent aux environs d' Aix &c. par Mr. GARIDEL. Imprimè à Aix et fe vend à Paris chez Charles Osmont 1723. *fol. pagg.* 522. *praemiſſ. pagg. XLVII. tabb. aen. praeter frontiſpicium aeri pariter incisum,* 100. *figg. totidem. Numeri tabulis adſculpti indicant quidem* 117; *ſed deficiunt* 16. 24. 26. 31. 41. 43. 66.—70. 82. 86. 88. 92. 93. 95. 105. 115. *adeoque vndeuiginti, atque hae ipſae non ſolum in meo exemplari, verum etiam in illo ſupralaudati BEVRERI, et quum SEGVIERIVS p.* 71. *pariter* 101. *(computato procul dubio frontiſpicio) tantum icones indicet, concludere licet, reliquas nunquam fuiſſe ſculptas.*

Gerard. The Herball or generall hiftorie of Plantes by JOHN GERARDE, enlarged and amended by THOM. JOHNSON. London by Adam Islip, Joice Norton and Richard Whitakers 1636. *fol. pagg.* 1630. *ic.* 2821. *praemiſſ. pagg.* 35. *ind. pagg.* 46. *Haec aucta editio nomine Gerardi emaculati plerumque citatur.*

Geſn. H. CONR. GESNERI de hortis Germaniae liber. *Prodiit cum VAL. CORDI annotationibus &c. vid. Cordus*

* Geſn.

* *Gesn. st. coll.* } EIVSDEM de stirpium collectione tabulae &c. per CASP. WOLPHIVM, Tiguri in officina Fro-
Gesn. tab. coll. } schouiana 1587. *8. pagg. 146. auersis non numeratis. Primum editae sunt ab ipso GESNERO cum* DAV. KYBERI lexico rei herbariae trilingui Argentor. ap. Wendel. Rihelium 1553. *8. a p. 467. ad 548.*

* *Guiland Th.* MELCH. GVILANDINI apologiae aduersus P. A. MATTHIOLVM liber primus, qui inscribitur Theon. Pataui apud Percacchium 1558. *4.*

Hall. ALBERTI HALLERI Enumeratio methodica stirpium Heluetiae indigenarum. Tom. I. et II. Goettingae ex offic. Abr. Vandenhoek 1742. *fol. mai. pagg. 794. praemiss. pagg. 36. tab. aen. 24. icones 77.*

Heist. I. LAVR. HEISTERI Index plantarum rariorum atque officinalium, quas a. 1730. in hortum Acad. Iuliae intulit. *8. pagg. 40.*

Heist. II. EIVSDEM designatio plantarum, quibus a. 1731. hort. Ac. Iuliae auxit. *8. pagg. 32.*

Heist. III. EIVSDEM catalogus plantarum, quibus a. 1732. hortum Acad. Iuliae iterum auxit. *8. pagg. 24.*

Heist. IV. EIVSDEM Enumeratio plantarum, quibus a. 1733. hortum Acad. Iuliae denuo auxit. *8. pagg. 16.*

Heist. syst. EIVSDEM systema Plantarum. Helmstadii typ. Drimbornii 1748. *8. mai. pagg. 48.*

Herm } PAVL. HERMANNI Horti Academici Lugduno Bataui Catalogus &c. Lugduni Bat. apud Corn. Bou-
H. L. B. } testeyn 1687. *8. mai. pagg. 690. tabb. aen. 107. Prostat eadem editio ibid. ap. Janssonios a. 1720. hoc titulo*: Index Plantarum, quae in horto Academico Lugduno Batauo aluntur &c. *cui loco dedicationis et admonitionis, praefixa est horti Lugduno-Batavi historia pagg. 16, sola recens excusa.*

Heuch. Ind. IO. HENR. HEVCHERI Index plantarum Horti medici Academiae Vitembergensis. Vitembergae sumpt. et typ. Christ. Gerdesii 1711. *4. pagg. 54.*

Heuch. Pr. I. EIVSDEM noui prouentus Horti medici Acad. Vitemb. Ibid. apud eundem 1711. *4. pagg. 87. ic. 1.*

Heuch. Pr. II. EIVSDEM noui prouentus &c. ibid. ap. Io. Lud. Meiselium 1713. *4. pagg. 60. ic. 1. Quoniam RIVINVS plantarum flore regulari tantum figuras et nomina specifica exhibuit, HEVCHERVS vero secundum systema Riuianum plantas flore regulari quoque recensuit, hic in supplementum dicti systematis citatur.*

Hist. Ox. II. Plantarum historiae vniuersalis Oxoniensis &c. auctore ROBERTO MORISON tomus secundus. Oxonii e theatro Scheldoniano 1715. *fol. mai pagg. 617. tabb. aen. 126. ic. 1374. praemiss. pagg. 6 Ind. pagg. 3.*

Hist. Ox. III. — — — — — — — — — &c. tomus tertius. ibid. 1715. *pagg. 657. tabb. aen. 166. ic. 2212. praemiss pagg. 22. Ind. pagg. 9. conf. praef. nostra p. 3.*

* *Hofm.* CASPARI HOFMANNI de medicamentis officinalibus libri duo &c. Lutetiae Parisiorum apud Gasp. Meturas 1646 *4 mai.*

* *Hoffm. Fl. Alt.* MAVRICII HOFFMANNI Florae Altorfinae deliciae sylvestres &c. Altd. typ. Henr. Meyeri 1677. *4. Huic editioni nouus titulus nouaque dedicatio praefigebatur et duae paginae, 36. nouas plantas recensentes, addebantur*; *ceterum a prima editione* ibid. typ. Ge. Hagen a. 1662. *excusa non differt.*

* *H. Chels.* ISAACI RAND Horti medici Chelseani index compendiarius Lond. sumpt. Auctor. impr. Guil. Strahan et prost. ap. Io. Whiston 1739. *8. mai. pagg. 214.*

H. Eyst. Hortus Eystettensis opera BASILII BESLERI 1613. *folio maximo plagg. seu foliis 395. dedic. priuil. &c. pl. 8. indices 4. class. pl. 19. tabb. aen. 365. icon 1086 Acced. frontispicium et 4. classium tituli aeri pariter incisa. Alterum exemplar eodem titulo prodiit, omisso tamen Besleri nomine et additis*: curis secundis anni MDCXL, *in quo descriptiones omissae, quartae etiam classis stirpes hiemales vel vernis vel auctumnalibus insertae, reliquae vero singulae nouo et meliori nominum indice instructae sunt, cuius curam, vt ex dedicatione noua colligendum, CARVLVS BERTIVS gessit. Adhuc aliud possideo exemplar prius iam in publicum editum hac inscriptione*: Icones siue repraesentatio viua florum et herbarum opera BAS. BESLERI, Philiatri et Pharmacopoei Norici, in gratiam herbarum cultorum nouiter accurata diligentia promulgata: hortorVM Dona et VIrtVtes nosCere VIrtVs est: *i. e. a. 1627. in quo pariter descriptiones deficiunt et classis plantar. hiem. inter reliquas occurrit, index vero generalis manu tantum scriptus est*: *hoc exemplar omnium rarissimum et suppositittium videtur*: *ex dedicatione namque ad IO CHRISTOPH. Episc. et Princ. Eystett. et IO. CVNRADI a. 1612. iam defuncti (cuius auspiciis splendidum hoc opus editum est) successorem a. 1613. data patet, tunc iam tabulas absque descriptione impressas fuisse, quarum aliquot exemplaria procul dubio seruauit BESLERVS et titulo peculiari postea edidit, reliqua vero Eychstadium misit, quae demum a. 1640 nouo titulo comparuerunt. Vtriusque huius editionis tabulis nullus adsculptus est numerus. Quarti denique exemplaris, ad normam primi denuo recusi, eidem titulo adsculpta sunt*: curis Reuerendiss. et Celsiss. Episcopi ac S. R. Imperii Principis IO. ANTONII MDCCXIII, *quae vero editio, noua praefatione I. G. STHENANDRI (STARCKMANNI) adornata hoc demum anno in publicum prodiit. Tabulae aeneae omnium harum editionum sunt eaedem, sed primae, ob celaturae primam puritatem et chartae elegantiam, nitidiores.*

H. L. B. Hortus Lugduno Batauus, vid. HERMANNVS.

* *H. R. P.* Hortus Regius. Pars prior. Parisiis apud Dionys. Langlois 1665. *fol. pagg. 188. app. pagg. 4. Auctor est DIONYSIVS JONQVET: altera pars non sequuta est.*

* *Hort. Soc.* A catalogue of trees, shrubs, plants and flowers, both exotic and domestic, which are propagated for sale in the Gardens near London by a Society of Gardeners. London. 1730. *fol. mai. pagg. 90. tit. praef. pagg. XIV. tabb. aen. 21. figg. ad viuum coloratae 57. Est amplioris operis prima tantum pars; sed continuatio ex dissidio auctorum non sequuta est.*

* *Jussieu.* Histoire des plantes, qui naissent aux environs de Paris, par M. PITTON TOURNEFORT seconde edition augmentée par M. BERNARD de JUSSIEU Tom. I. et II. à Paris chez Jean Musier 1725. *12. mai. T. I. pagg. 407. Praef. pagg. 116. T. II. p. 528.*

* *Knaut. meth.* CHRISTIANI KNAVT methodus plantarum genuina &c. Lipsiae et Halae in offic. Adami Sellii 1716. *8. pagg. 267.*

Kram. IO. GEORG. HENR. KRAMERI Tentamen botanicum emendatum et auctum, siue methodus Riuino-Tournefortiana emendata et aucta. Viennae Austriae ap. Leop. Io. Kaliwoda 1744. *fol. pagg. 150. cum tribus interfertis, tit. dedic. et introductio pagg. 60. tabb. aen. 3. florum, fructuum, foliorum et radicum characteres sistentes. Prima editio, cum hac vix comparanda, prodiit hoc titulo*: Tentamen botanicum siue methodus Riuino-Tournefortiana &c. Dresdae typo Io. Guil. Harpeter 1728. *8. mai. pagg. 151.*

* *Linder.* FRANC. BALTH. von LINDERN Tournefortius Alſaticus &c. Argentor. imp. Heinr. Leonh. Stein 1728. *8. pagg. 160. tit. dedic. &c. pagg. 10. indic. pagg. 16. tabb. aen. 5. ic. 7. Multo auctior poſtea excuſus eſt hic liber hac inſcriptione:* Hortus Alſaticus &c. conſcriptus a FR. BALT. von LINDERN. ibid. impenſ. Io. Beckii 1747. *8. pagg. 302. praemiſſ. pagg. 16. ind. p. 74. tabb. aen. 12. figg. totidem, omnibus nouis, omiſſis illis prioris editionis.*

Linn. G. CAROLI LINNAEI Genera plantarum eorumque characteres naturales &c. Editio ſecunda aucta et emendata. Lugd. Bat. ap. Conr. et Ge. Iac. Wishoff 1742. *8. pagg. 527. gen. 1021. praemiſſ. pagg. 42.*

* *Linn. G. I.* EIVSDEM Genera plantarum ibidem 1737. *8. pagg. 384. Gen. 935. cum tabula aen. claſſium characteres delineante. Acc.* EIVSD. corollarium ibid. 1737. *pagg. 26. gen. 936—994. et* methodus ſexualis *pagg. 23. Haec prima editio tunc tantum citatur, quando generis nomine a ſecunda differt.*

Linn. H. Cl. EIVSDEM Hortus Cliffortianus. Amſtelaedami 1737. *fol. mai. pagg. 502. praemiſſ. pagg. 31. tabb. aen. 32.*

* *Linn. H. Vpſ.* EIVSDEM Hortus Vpſalienſis. ibid. ap. I. Wetſtenium 1748. *8. pagg. 306. tit. praef. pagg. 10. ind. &c. pagg. 40. tabb. aen. 3.*

* *Linn. Fl. Suec.* EIVSDEM Flora Suecica. Lugd. Batau. ap. Conr. et Ge. Iac. Wishoff 1745. *8. pagg. 419. praemiſſ. pagg. XVI. tab. aen. 1.*

* *Linn. mat. med.* EIVSDEM Materia medica, L. I. de plantis. Holmiae typ. et ſumpt. Laur. Saluii 1749. *8. pagg. 252. praemiſſ. pagg. 32. tab. aen. 1.*

* *Lob. Hiſt.* | Plantarum ſeu ſtirpium hiſtoria MATTHIAE de LOBEL. Antuerpiae ex offic. Chr. Plantini 1576.
Lob. Obſ. | *fol. pagg. 671. ic. 1495.*

* *Lob. Adv.* Stirpium aduerſaria noua auctoribus PETRO PENA et MATTH. de LOBEL. *Fol. pagg. 456. ic. 273. Poſt p. 456. accedit plagula, cuius vtraque pagina ſiſtit deſcriptiones et icones Mechoacae, plantae cuiusdam marinae anonymae, Conchae anatiferae et Lithoxyli anglici, quibus ſubſcriptum legitur:* Londini excudebat prelum Thom. Purfoetii 1571, *itemque alia cum arboris Chiſti Ledi folio et copioſo mendorum typographicorum indice. Haec eadem editio, noua tantum tituli plagula praefixa, comparuit annexa* LOBELII hiſtoriae Antw. a. 1676. *editae, ſed remota ſunt duo folia vltima acceſſoria, quorum contenta tamen (exceptis mendis typographicis) ipſi hiſtoriae partim p. 545. et 559. inſerta, partim ſub finem addita ſunt. Acceſſerunt vero huic editioni appendix nonnullarum ſtirpium p. 457—471. cum 34. figuris, et poſt indicem duo adhuc folia, 10. aliarum ſtirpium icones ſiſtentia. Eadem editio iterum prodiit hoc titulo:* Dilucidae ſimplicium medicamentorum explicationes et ſtirpium aduerſaria auctoribus PETRO PENA et MATTH. de LOBEL, quibus acceſſit altera pars &c. opera et ſtudio eiusdem MATTH. de L'OBEL. Londini ex typogr. Th. Purfootii 1605, *quam editionem comprehendit liber, cui titulus,* MATTH. de L'OBEL in G. RONDELLETII officinam animaduerſiones. Londini 1605 prelo Th. Purfootii, *pagg. 156. cum icone caſſiae fiſtulae, caryophyll. aromaticorum, piperis, zingiberis et ſtellae marinae, qui liber, tituli tantum plagula mutata, iterum comparuit hac inſcriptione:* Pharmacopoeia RONDELLETII cum MATTH. LOBELII et LVD. MYREI animaduerſionibus et paragraphis &c. Lugduni Batau. ap. Io. Maire 1618. *Huic exemplari annexum iterum eſt folium iſtud Mechoacae &c. icones continens cum ſubſcripto primae editionis anno* 1571, *ſed loco alterius folii, praeter ciſti figuram menda typogr. ſiſtentis, additum eſt aliud folium cum pagg. numero 456. 457. antecedentis figuras tres vltimas vberiori explicationi illuſtrans; appendices autem editionis Antverpianae deſunt. Quod autem primarium huius editionis eſt, acceſſit illi altera aduerſariorum pars peculiari hoc titulo:* M. de L'OBEL aduerſariorum altera pars, cum prioris illuſtrationibus, caſtigationibus et auctariis, rariorum aliquot ſtirpium &c. delineationibus &c. balſami, opobalſami, xylobalſami &c. explanationibus &c. *pag. 458.—549. ic. 39. quibus accedunt aliae tres, vna fruticis balſami, et duae arboris molle dictae, in vna tabula iunctae. Prodiit autem hic de balſamis tractatus antea ſigillatim hac inſcriptione:* Balſami, Opobalſami et Xylobalſami cum ſuo cortice explanatio. Interprete et auctore M. de L'OBEL. Londini excudebat Arnold. Hatfield, impenſ. Io. Norton 1598. *4. pagg. 40. ic. 5. quae fruticem balſami, racemi arboris molle cum fructibus maturis et duobus foliolis appoſitis, eiusdem plantulam trimeſtrem ex ſemine natam, itemque ramum ex CLVSIO, et denique zingiberis plantam cum radice, omnes ſeparatim et paullo maiores ſiſtunt, altera vero Aduerſarior. icon rami florentis arboris Molle hic non reperitur. Praeterea et Hiſtoriae et Aduerſariorum icones aliaeque in vnum volumen congeſtae et belgica lingua expoſitae prodierunt hoc titulo:* Kruydtboeck oft Beſchryvinghe van allerleye Gewaſſen &c. deur MATTHIAS de LOBEL. T' Antwerpen by Chriſtoffel Plantyn 1581. *Fol. pagg. 994. ic. 1619. P. II. pagg. 312. ic. 526. ſucced. et indic. pagg. 80. app. pagg. 3. ic. 8. Ceterum ad haec opera adhuc pertinent:* EIVSDEM ſtirpium illuſtrationes &c. accurante GVIL. HOW. Londini typis Th. Warren, impenſis Ioſ. Kirton 1655. *4. pagg. 175.*

Lob. | Plantarum ſeu ſtirpium icones. Antwerp. 1581. 4. forma oblonga. *T. I. pagg. 816. ic. 1615. T. II. pagg.*
Lob. ic. | *280. ic. 558. Eadem editio poſtea prodiit hoc Titulo:* Icones ſtirpium ſeu plantarum tam exoticarum quam indigenarum, ibid. 1591, *quae non, niſi nouo titulo et adiuncto 7. linguarum indice a prima differt. Continet hoc opus icones omnes et eodem ordine (paucis translocatis) in opere praecedenti belgica lingua eodem anno excuſi, ſed ſolis nominibus adſcriptis. Titulus quidem auctorem non indicat, eius tamen mentionem facit dedicatio.*

* *Loeſel.* Flora Pruſſica, ſiue plantae in regno Pruſſiae ſponte naſcentes, quarum catalogum et nomina IO. LOESELIVS olim diſſeruit, curante IO. GOTTSCHED. Regiom. 1703. ſumpt. typographiae Georgianae *4. pagg. 294. tit. dedic. &c. pagg. 8. index germanic. et lat. pagg. 80. tabb. aen. 83. figg. 85. Prima editio hac inſcriptione frontiſpicio aeri inciſo inſculpta prodiit:* Plantas in Boruſſia ſponte naſcentes e manuſcripto parentis mei diuulgo IO. LOESELIVS Io. filius 1654. *ſine loci et typographi nomine et ſine figuris 4. pagg. 83. ind. lat. et germ. pagg. 11.*

* *Lonic. Hiſt. nat.* Naturalis hiſtoriae opus nouum per ADAMVM LONICERVM. Francof. ap. Chr. Egenolphum. *Fol. 1551. teſte dedicatione, foliis 352. ſeu pagg. 703. icon. 627. app. pagg. 2. ic. 4.* T. II. ibidem. *Fol. 1555. iterum indicante dedicatione, foliis 59. ſeu pagg. 118. icon. 92. onomaſt. et ind. pagg. 52.*

Lonic. Krb. ADAMI LONICERI vollſtændiges Kræuterbuch &c. ehedem von PETRO VFFENBACHIO vermehret

mehret &c. anjezo aber mit einer Zugabe begleitet von BALTHASAR EHRHART &c. Ulm verl. Dan. Bartholomaei und Sohn, 1737. *Fol. pagg. 750. icon. stirp. 840. Additamentum peculiari titulo instructum pagg. 136. comprehendit non solum breuem commentationem in LONICERI herbarium, verum etiam recensionem praecipuorum remediorum in regno vegetabili a recentioribus detectorum, vtramque ex propriis obseruationibus et probatissimis auctoribus collectam. Plura de vtroque LONICERI opere vid. cat. seq. artic. XI.*

Ludvv. CHRISTIANI GOTTLIB LVDWIG definitiones generum plantarum auctae et emendatae. Lipſ. ap. Io. Frid. Gleditſchium 1747. *8. pagg. 316. praemiss. pagg. 16. ind. pagg. 28. Prima editio alia ratione composita prodiit ibid. 1737. 8. mai. pagg. 144. praemiss. pagg. 16. ind. pagg. 16.*

Lugd. Hiſtoria generalis plantarum. Lugduni ap. Guil. Rouillium 1587. *fol. mai. Vol. I. pagg. 1095. fig. 1451. Vol. II. pag. 1097—1922. figg. 1248. App. pagg. 36. figg 52. IACOBVM DALECHAMPIVM auctorem esse huius operis postea a IOANNE MOLINEO ampliati, indicat praefatio vt et alia eiusdem editio in linguam gallicam traducta hoc titulo:* Hiſtoire generale des plantes, contenant XVIII livres en deux Tomes: tirée de l' Exemplaire latin de la bibliotheque de Mr JAQVES DALECHAMP, puis faite francoiſe par Mr. JEAN DES MOULINS. Dernier edition reveuë, corrigée et augmentée de pluſieurs plantes et figures, qui manquoient dans les precedentes &c. à Lyon chez Phil. Borde, Laur. Arnaud, et Cl. Rigaud 1653. *fol. Vol. I. pagg. 960. figg. 1473. Vol. II. pagg. 758. figg. 1279. conf. praefat. nostra p. 2.*

***Magn.** *Bot.* PETRI MAGNOL Botanicum Monſpelienſe. Lugd. ex Officina Franc. Carteron, imp. Franc. Bourly 1676. *8. pagg. 287. ic. 23. app. p. 289—309. app. alt. pagg. 2. Editioni* Monſpelii ex officina Dan. Pech. imp. Paul Marret 1686 *excusae nouus tantum titulus praefixus est; deficit autem altera appendix.*

***Magn.** *H R. M.* EIVSDEM hortus regius Monſpelienſis. Monſpelii apud Honoratum Pech 1697. *4. minor. pagg. 209. praemiss. pagg. 16. tabb. aen. 21. ic 24.*

***Magn.** *char.* EIVSDEM nouus character plantarum, opus poſthumum ab Auctoris filio in lucem editum. Monſpelii ap. viduam Hon. Pech 1720. *4. pagg. 340.*

Matth. PETRI ANDR. MATTHIOLI Commentarii in VI. libros Dioſcoridis. Venetiis ex officina Valgriſiana 1565. *fol. mai. pagg. 1459. praemiss. pagg. 170 effig. auctoris et icones plantar. 932. Huius editionis figurae, ob magnitudinem et artificiosam repraesentationem, praeferendae sunt omnibus in reliquis huius auctoris operibus contentis. Paratae autem sunt maximam partem sumtibus Magnatum in Germania, vbi primum prodierunt in opere bohemica lingua exposito et a. 1562. Pragae excuso, quod recenset D. de HALLER in Praef. operis Weinmanniani §. XVII, quodque anno sequenti in Germanicam linguam versum prodiit hoc titulo:* New Kreüterbuch von PETRO MATTHIOLO in latein geſtellt, durch GEORG HANDSCH verdeutſcht. Gedruckt zu Prag durch Ge. Melantrich von Aventin auff ſein und Vincenti Valgriſs Buchdr. zu Venedig Uncoſten. 1563. *fol. mai. foliis 575 seu pagg. 1149. praemiss. 76. imago auctoris et ic. plant. 810. non computatis plusquam 10, eandem plantam ab alia facie sistentibus. Num haec editio a bohemica differat, nescio. Agit tantum de plantis et alio ordine exposita est, quam latina, quae secundum DIOSCORIDIS libros sex disposita, praeter animalium et mineralium figuras has omnes plantarum imagines, aliasque 122. additas et 8 emendatas vel saltem mutatas continet, atque praeterea haud raro nomina plantarum alia indicat. Has editiones plures aliae iam praecesserunt, quarum SEGVIERIVS biblioth. bot. p. 120. sequ. septem, et modo indicatas sequutarum (praeter CAMERARII versionem Germanicam, quam huius nomine supra indicaui) tredecim indicat. Ex his quatuor et alias sex possideo, quae sunt* 1) PETR. ANDR. MATTHIOLI commentarii in libros ſex PED. DIOSCORIDIS de medica materia Venet. in officina Eraſmiana apud Vinc. Valgriſium 1554. *fol. pagg. 707. praemiss. 46. icon. plant. 506 quae octauam folii partem aequant.* 2) I diſcorſi di M. PIET. ANDR. MATTHIOLI nei ſei libri della materia medicinale di PED. DIOSCORIDE. In Vinegia, nella bottega d' Eraſmo, appreſſo Vincenzo Valgriſi 1555. *fol pagg. 741. praemiss pagg. 88. icon. 506. eaedem.* 3) EIVSDEM commentarii ſecundo aucti in libros VI. PED. DIOSCORIDIS &c. His acceſſit eiusdem apologia aduerſus AMATVM LVSITANVM, quin et cenſura in eiusdem enarrationes. ibid. 1558. *fol. pagg. 776. praemiss. pagg. 100. icon. eaedem additis 133. eiusdem magnitudinis*, adeoque *639 apolog. pagg. 50.* 4) EIVSDEM commentarii &c. iam denuo ab ipſo autore recogniti et locis plus mille aucti. Acceſſerunt quoque ad margines graeci contextus quam plurimi, ex antiquiſſimis codicibus deſumti, qui DIOSCORIDIS ipſius deprauatam lectionem reſtituunt. ibid. ex officina Valgriſiana 1570. *fol. pagg. 955. praemiss. pagg. 163. icones eaedem cum additis eiusdem magnitudinis 936. Harum omnium editionum curam procul dubio habuit auctor: ex illis autem alibi recusis ad manus sunt* 5) PED. DIOSCORIDIS de materia medica libri ſex innumeris locis ab ANDR. MATTHIOLO emendati ac reſtituti &c. Lugduni ap. Io. Frellonium 1554. *12. pagg. 564 praemiss pagg. 29. notar. et indic. curat. pagg. 145. sine iconibus.* 6) EIVSDEM commentarii denuo aucti &c. acceſſit eiusdem apologia aduerſus AMAT. LVSITANVM &c. Lugduni ap. Gabriel Coterium 1562. *4. mai. pagg. 837. praemiss. pagg. 110. icon. 640. quadruplo minores, apol. pagg. 69.* 7) Les Commentaires de M. PIERRE ANDRE MATTHIOLI ſur les ſix livres des ſimples de PED. DIOSCORIDE, traduit de latin en francois *(ab ANT du PINET, Seigneur de Noroy testante dedicatione)* ſeconde impreſſion &c. a Lyon par la veſue de Gabr. Cotier 1566. *fol. pagg. 538. icones numero et magnitudine vt no. 6. eaedem, praemiss. pagg. 63 ind. lat. et gall. pagg. 22.* 8) eodem titulo traduits de latin en francois par M. ANT. du PINET et de nouveau accreus d'un bon nombre de figures, et reveus et augmentez en plus de mille lieux ſur la derniere edition de l'Autheur &c. ibid. 1572. *fol. pagg. 606. icon. eaedem cum additis eiusdem magnitudinis 838. praemiss. pagg. 124. cum auctoris effigie, ind. pagg. 32.* 9) P. A. MATTHIOLI opera quae extant omnia, h. e. Commentarii in VI. Libros PED. DIOSCORIDIS de medica materia, adiectis in margine variis graeci textus lectionibus &c. nunc a CASP. BAVHINO poſt diuerſarum editionum collationem infinitis locis aucti, ſynonymiis quoque plantarum et notis illuſtrati, adiectis plantarum iconibus, ſupra priores editiones, plusquam trecentis (quarum quam plurimae nunc primum deſcribuntur) ad viuum delineatis &c. &c. 1598. *folio. pagg. 1027. icon. 1288. praemiss. 116. cum effigie C. Bauhini, ind. pagg.*

 22

22. *Apologiae et reliquis, peculiari frontispicio instructis, subscriptum legitur:* Francofurti ex offic. typogr. Nic. Bassaei 1598. *pagg. 236. ind. pagg. 6. Huius editionis figurae iterum cum auctoris primis conueniunt, sed omnes recens effigiatae et multae Camerarianae Matthioli Epitomes iconum imitationes sunt.* 10) eodem titulo editio altera Basil. sumptibus Io. Kœnig 1674. *quae editio neque contentis neque paginis a priori differt, noua tantum dedicatio accessit.*

* *Miller.* The Gardeners Dictionary &c. by PHILIP MILLER. the third edition corrected. London printed for the Author and sold by C. Rivington 1737. fol. *Voluminis II. secunda editio* ibid. 1740. *Vtrumque Volumen alphabetico ordine conscriptum est, postea vero eorum contenta vna serie recensita et recusa sunt hoc titulo:* the Gardeners Dictionary &c. by PHIL. MILLER. The fifth edition corrected. Dublin printed by S. Powell &c. 1741. *fol. Secundum quod exemplar versio germanica adornata prodiit hac inscriptione:* das Englische Gartenbuch, oder PHILIPP MILLERS Gærtner-Lexicon &c. übersezet von D. GE. LEONH. HVTH. Erster Theil (A—L.) Nürnberg auf Kosten Jo. Ge. Lochners 1750. *fol pagg. 548. vel potius 528. (typographi enim errore pag. 420. sequitur pag. 441) praemiss. pagg. 14. tabb. aen. 5.* Zweyter Theil (M—Z) ibid. 1751. *fol. pagg. 620. index angl. et germ. pagg. 20. tabb. aen. 6. ex quibus vnica Polygalam Senegavv dictam, tres foliorum et florum variam figuram, reliquae, vti omnes prioris voluminis, ad hortorum culturam pertinentia repraesentant.*

**Monti cat.* Catalogi stirpium agri Bononiensis prodromus &c. IOSEPHI MONTI. Bononiae studiorum 1719. apud Constant. Pisarri. 4. *min. pagg. 66. praemiss. pagg. 28. Ind. pagg. 8. tabb. aen. 3. quarum prima cypri, secunda graminis duas species, tertia locustas et spicas variorum graminis generum repraesentat.*

Moris. vid. Oxoniens.

* *Munt. Oeffen.* Waare Oeffening der Planten &c. beschreeven door ABRAHAMVS MVNTING. T' Amsterdam voor Jan Rieuwertsz 1672. 4. *pagg. 652. tabb. aen. 40. icon. 52.*

**Munt. Aardgevv.* Nauwkeurige Beschryving der Aardgewassen &c. door ABRAHAM MVNTING. Te Leyden en t' Utrecht by Pieter van der Aa en Franc. Halma 1696. *fol. mai. pagg. 929. praemiss. pag. 36. Ind. pagg. 64. tabb. aen. 243. icon. 262. Eaedem icones huius operis, additis duabus tabulis nouis, postea absque explicatione, sed accuratiori nomenclatura, prodierunt hoc titulo:* AB. MVNTINGII Phytographia curiosa &c. varias denominationes collegit et adiecit FRANCISC. KIGGELAER Amstel. ap. Rod. et Gerh. Wetstenios 1713. *fol. mai. expositio pagg. 47. praemiss. pagg. 24.*

Park. Theatrum botanicum, or an universall and compleate Herball, composed by JOHN PARKINSON. London printed by Tho. Cotes 1640. *fol. pagg. 1755. praemiss. pagg. 18. icon. 2716.*

* *Park. Par.* Paradisi in sole paradisus terrestris, or a choise Garden of all sorts of rarest flowers &c. collected by JOHN PARKINSON, the second impression much corrected and enlarged. London printed by R. N. and are to be sold by Rich. Thrale 1656. *fol. pagg. 612. praemiss. pagg. 10. ind. p. 16. tabb. ligno incis. 110. fig. 832.*

* *Pluk. Phyt.* LEONARDI PLVKENETII Phytographia, siue stirpium illustriorum et minus cognitarum icones &c. pars prior Lond. 1691. sumtibus Auctoris. 4. *mai. seu fol min. continet auctoris effigiem et tab. 1—136. figg. 810.* Pars altera, ibid. anno eod. *continet tab. 137—314 figg. 1015.* pars tertia, ibid. 1692. *continet tab. 315—454. figg. 890. in summa 2715. Ad hoc opus* pertinent 1) EIVSDEM Almagestum botanicum siue phytographiae Pluc'netianae onomasticon methodo synthetica digestum &c. adiiciuntur et aliquot nouarum plantarum icones &c. ibid. 1696. *pagg. 402.* 2) Almagesti botanici mantissa &c. ibid. 1703. *pagg. 192. praemiss. pagg. 12. ind. pagg. 28.* 3) EIVSDEM Amaltheum botanicum, i. e. stirpium indicarum alterum copiae cornu &c. ibid. 1705. *pagg. 214. praem. pagg. 5 app. et ind. pagg. 10. In sex volumina Londini compacta ita diuisum hoc opus inde accepi. Quum illud primum prodiret, phytogr. P. I. continebat t. 1—72, P. II. t. 73—114. app. t. 115—117. Alt. app. t. 118—120, P. III. t. 121—250, P. IV. (quae a. 1696. vna cum almagesto edebatur) t. 251—328, ex quibus autem t. 281. 282. 288. 292. ad. 296. tunc nondum paratae erant, testante Mantissae praefatione. Cum hac mantissa sequebantur t. 329—454. Ita diuisum est exemplar Dom. BEVRERI. Conf. SEGVIERII bibl. bot. p. 149.*

* *Ponted.* IVLII PONTEDERAE Anthologia siue de floris natura libri tres &c. accedunt EIVSDEM dissertationes XI. &c. Patauii typis Seminarii 1720. ap. Io. Manfré 4. *pagg. 303. praemiss. pagg. 24. diss. pagg. 296. praemiss. pagg. 12. ind. et tabul. explic. pagg. 54. tabb. aen. maior. 12. variorum generum characteres delineantes, inter quas Chamaeriphes tricarpos spinosa folio flabelliformi secundum totum habitum suum repraesentatur.*

Rand. vid. *H. Chels.*

Rai. I. Historia plantarum &c. auctore IO. RAIO. Tomus primus. Londini typis Mariae Clark, prostant ap. Henr. Faithorne 1686. *fol. pagg. 983. praemiss. pagg. 24. Cur consilium de iconibus addendis (cuius ad calcem libri mentio fit) non expletum fuerit, praefatio sub finem indicat.*

Rai. II. EIVSDEM historiae plantarum tomus secundus cum duplici indice &c. ibid. anno eodem *pag. 985—1940. indices pagg. 36. praemiss. pagg. 8.*

Rai. III. EIVSDEM historiae plantarum tomus tertius, qui est supplementum duorum praecedentium &c. ibid. ap. Sam. Smith et Beni. Walford 1704. *pagg. 666. praemiss. pagg. IX. dendrol. pagg. 135. app. pagg. 255. ind. pagg. 6. Conf. praefatio nostra p. 3.*

Rai. meth. EIVSDEM methodus plantarum emendata et aucta. Accedit methodus graminum, iuncorum et cyperorum specialis. ibid. ap. eosdem 1703. et veneunt Amstelaed. ap. Ianssonio-Waesbergios *8. mai. pagg. 202. ind. pagg. 26. praemiss. pagg. 32. cum auctoris effigie. Editio* Amstelaed. ap. Rud. et Gerh. Wetstenios 1710. *nonnisi tituli plagula denuo impressa differt; illa vero* Londini (*Erfordiae vt iam monuit SEGVIERIVS)* ap. Christ. Andr. Mynthing 1733. *8. recusa paginis non respondet, caret etiam auctoris effigie et dedicatione.* Prima editio, *(teste LINNAEI bibliot. bot.) prodiit* Londini 1665. *8. quam nondum vidi; recusa est* ibid. 1682. impensis Henr. Faithorne et Io. Kersey *8. min. hoc titulo:* methodus plantarum noua synoptice in tabulis exhibita. *pagg. 166. praem. pagg. 24. ind. pagg. 34. Huic editioni p. 161—166. annexa est synopsis methodi, qua in suffruticibus et herbis disponendis vtitur ANDREAS CAESALPINVS, methodus vero graminum &c. nondum addita est.*

Rai. syn. EIVSDEM synopsis methodica stirpium Britannicarum &c. Editio III. multis locis emendata et 450. circiter

circiter speciebus nouiter detectis aucta cum iconibus. Londini impens. Guil. et Io. Innys 1724. *8. mai. pagg. 482. (p. 281—288. bis numeratis et *. notatis) tabb. aen. XXIV. fig. 67. praemiss. pagg. 16. ind. &c. pagg. 30. Hanc editionem a DILLENIO adornatam esse constat, licet nec titulus nec dedicatio illum declaret.*

* *Rai. syn. II.* EIVSD. synopsis methodica stirpium Britannicarum &c. editio secunda &c. acc. RIVINI Epistola de methodo et auct. responsio. Londini impensis S. Smith et B. Walford 1696. *8. mai. pagg. 346. sine fig. Praemiss. pagg. 37. ind. pagg. 11. Epist. peculiari titulo instructa p. 56. access. porro* I. RAII de variis plantarum methodis dissertatio breuis *iterum peculiari titulo instructa pagg. 48. praemiss. pagg. 13. Diss. et Epist. in III. editione omissae sunt. Haec editio tantum citata est, vbi DILLENIVS in IIItia editione alia nomina generica indicauit.* Prima editio *(teste LINNAEO et SEGVIERIO) excusa est* Londini ap. Sam. Smith 1690. *8. pagg. 317.*

* *Renealm.* PAVLI RENEALMI specimen Historiae Plantarum. Parisiis apud Hadrian Beys 1611. *4 mai. pagg. 150. tabb. aen. 25. ic. 55. tit. dedic. pagg. 3. Ind. pagg. 4.*

Riv. I. D. A. Q. R. (*i. e. Doct. AVGVSTI QVIRINI RIVINI*) Ordo plantarum, quae sunt flore irregulari monopetalo &c. 1690. Lipsiae impressus literis Christoph. Fleischeri *fol. reg. pagg. 22. cui praefixa est* EIVSDEM introductio generalis in rem herbariam. 1690. sumpt. Autoris Lipsiae typis Christoph. Güntheri. *fol. reg. pagg. 33. praemiss. pagg. 8. cum auct. effigie. Hic ordo comprehendit 125. tabulas et index specierum praefixus pagg. 4. harum indicat 180. In meo exemplari deficit icon Veronicae minimae folio serpylli; accesserunt vero 35. aliae species in memorato indice non indicatae, ita vt numerus earum ad 215. ascendat, ex quo patet, post primam harum tabularum impressionem reliquas demum figuras spatiis vacuis relictis ausculptas esse, et proinde exemplaria huius ordinis inter se differre, licet eundem editionis annum prae se ferant.*

Riv. II. D. A. Q. R. ordo plantarum, quae sunt flore irregulari tetrapetalo. Ibid. 1691. typ. Chr. Fleischeri. *pagg. 20. tit. dedic. pagg. 6. index pagg. 4. Hic ordo continet 121. tab. et 164. icones in indice praefixo indicatas.*

Riv. III. — — &c. flore irregulari pentapetalo. Ibid. 1699. typ. Io. Henr. Richteri. *pagg. 28. tit. dedic. pagg. 6. ind. pagg. 4. Huius ordinis tab. 139. continent 154 figuras, in meo vero exemplari deficit icon Pyrolae folio rotundo minori in indice indicatae.*

Riv. IV. — — &c. flore irregulari hexapetalo *sine loco, anno et descriptione, qui ordo post obitum Auctoris imperfectus in lucem editus est et 17. tabulis 29. figuras sistit.*

Roy. ADRIANI van ROYEN Florae Leydensis Prodromus &c. Lugduni Batau. ap. Sam. Luchtmans 1740. *8. mai. pagg. 538. praemiss. pagg. 72. cum tab. ichnogr. horti acad. ind. pagg. 30.*

Ruell. De natura stirpium libri III. IO. RVELLIO auctore Basil. 1537. in typographia Frobeniana. *fol. pagg. 666. praemiss. cum indicibus pagg. 92.* Prima editio Parisiis in offic. Simon. Colinaei 1536. *fol. SEGVIERIO p. 172. testante excusa ad meas manus nondum peruenit, alia vero hoc titulo:* Prima pars de natura stirpium libri tres, IO. RVELLIO autore &c. Venetiis ap. Io. Bapt. Pederzanum 1538. *8. pagg. 608. praemiss. cum ind. pagg. 124.* Secunda pars IO. RVELLII, Canonici Parisiensis et Medici, de natura stirpium liber II. et III. ibid. anno eodem *pagg. 823. Adest etiam* In RVELLIVM de stirpibus epitome. Cui accesserunt volatilium, gressibilium, piscium et plantarum, magis frequentium apud Gallias nomina, omnia multo quam antea locupletiora per LEODEGARIVM a QVERCV. Parisiis ap. Io. Lodoicum Tiletanum 1544. *8. pagg. 75. quae nil aliud est, quam catalogus nominum et synonymorum cum nominibus gallicis.*

* *Rupp. I.* HENR. BERNH. RVPPII Flora Ienensis &c. edita a IO. HENR. SCHVTTEO, cui accedit supplementum. Francof. et Lips. ap. Ern. Claud. Baillar 1718. *8. pagg. 376. tabb. aen. 4. plantarum, icon. 9. praemiss. pagg. 12. cum tab. synopt. generum, ind. pagg. 98.*

* *Rupp. II.* EIVSDEM Flora Ienensis multis in locis correcta et aucta. Ibid. 1726. *8. pagg. 311. tabb. aen. eaedem, praemiss. pagg. 8. cum tab. gener synopt. ind. pagg. 124.*

Rupp. / *Rupp. III.* ALBERTI HALLER Flora Ienensis HENR. BERNH. RVPPII ex posthumis Auctoris schedis et propriis obseruationibus aucta et emendata. Accesserunt plantarum rariorum nouae icones. Ienae sumpt. Christ. Henr. Cunonis 1745. *8 pagg. 416. praemiss. pagg. 16. cum tab. gen. synopt. Ind. latin. pagg. 22. Haec editio semper, priores vero nonnisi vbi nomen genericum mutatum fuit, citatae sunt. Tabulae aen. 4 priorum editionum, vtpote deperditae atque praeterea viles, hic omittuntur; 6. autem nouae elegantissimae sistunt 10 plantarum imagines.*

* *Scheuchz.* Agrostographia, siue graminum, iuncorum, cyperorum, cyperoidum, iisque affinium historia. Auctore IO. SCHEVCHZERO. Tiguri typis et sumpt. Bodmerianis 1719. *4. pagg. 512. praemiss. pagg. 40. ind. pagg. 24. tabb. aen XI. figuris 179 characteres genericos et specificos sistentes, cum aliis 8. tabulis, 20. species integro habitu suo et naturali magnitudine delineantibus. Primum prodiit* EIVSDEM Agrostographiae helueticae prodromus sumtibus Auctoris 1708. *fol. pagg. 28. in quo iam praememorati operis 8. posteriorum tabularum icones publicauit. Sequuta est* EIVSDEM operis agrostographici idea. Tiguri typis Bodmerianis 1719. *8. sine figuris pagg. 93. praemiss. pagg. 7. app. pagg. 7.*

* *Schmiedel.* CASIMIRI CHRISTOPH. SCHMIEDEL icones plantarum et analyses partium aeri incisae atque viuis coloribus insignitae &c. edidit Ge. Wolfg. Knorrius Norimb. typis Io. Ioseph. Fleischmanni 1747. *fol. Huius operis tunc inchoati IX. tantum nunc exstant tabulae cum expositionis pagg. 28.*

* *Segu. Ver.* Plantae Veronenses &c. Auctore IO. FRANCISC. SEGVIERIO Vol. I. Veronae 1745. typis Seminarii *8. pagg. 516. praemiss. pagg. LXXI.* Vol. II. ibid. anno eod. *pagg. 480. acced.* Biblioth. bot. supplementum *pagg. 79. Hoc opus praeter mappam topographicam continet tabb. aen. 16. quibus repraesentantur 47. icones. Serius illud ad manus meas peruenit, quare hinc inde tantum illud citaui.*

* *Slevogt* Dissertatio medica inauguralis de Urticis, quam praeside IO. HADRIAN. SLEVOGTIO tradit IO. MELCH. DRECHSLER 1707. Ienae litt. Gollnerianis. *4. pagg. 30. cum tab. aenea.*

* *Svvert.* Florilegium EMANVELIS SWERTII &c. in duabus partibus et quatuor linguis concinnatum. Impressum

preſſum Francofurti ad Moen. apud Anton. Kempner, ſumptibus Auctoris 1712. de nouo correctum et emendatum. *folio mai.* Florilegii pars ſecunda &c. opera et impenſis EM. SWERTII ibid. ex offic. typogr. Eraſm. Kempfferi 1612. *Antiquiorem editionem nullibi indicatam reperi, facile etiam patet, additamentum correctionis et auctionis paullo poſt huic eidem frontiſpicio aeri inciſo tantum adſculptum fuiſſe. Poſſideo aliud exemplar hoc titulo:* Florilegium ampliſſimum et ſelectiſſimum &c. auctore EM. SWERTIO. Amſtel. ap. Frederic de Wit ſine anno, *itemque aliud* eodem titulo ibid. ap. Io. Ianſſonium a. 1620. Pars ſecunda Francofurti ex officin. typogr. Eraſm. Kempfferi 1614. *Inter has editiones nulla intercedit differentia, ſi excipias tituli plagulam. Pars I. ſuper 67. tabulis aeri inciſis repraeſentat 320. figuras, pars altera 43. tabulis ſiſtit 240. figuras. Expoſitio iconum conſiſtit in nudo nominum catalogo quatuor linguis, hortulanorum more, conſcripto pagg. 24. Praemittuntur dedicatio, praefatio &c. pagg. 16. cum effigie auctoris.*

* *Tabern. Krb.* IACOBI THEODORI TABERNAEMONTANI neu vollkommen Kräuterbuch, durch C. BAVHINVM gebeſſert und durch HIER. BAVHINVM vermehret &c. Baſel in verl. Io. Ludvv. Königs 1731. *fol. pagg. 663. ic. 641. praemiſſ. pagg. 10.* II. und III. Theil durch NIC. BRAVN beſchrieben, durch C. BAVH. gebeſſert und durch HIER. BAVH. vermehret &c. ibid. anno eod. *P. II. a p. 665 ad 1316. P. III. p. 1317—1529. icon 1831. in ſumma 2472. Acc. Indices X. linguarum, virium et praeparatorum communes* in omnes tres partes *pagg. 96. Haec editio contentis et pagg. reſpondet illi, quae* ibid. 1664. typis Iac. Werenfels, ſumpt. Io. Königii *prodiit*, ibidemque a. 1687. typis et ſumpt. Io. Ludou. Königii et Io. Brandmylleri *recuſa eſt. Augmentatio HIER. BAVH. conſiſtit in marginalibus et ſynonymis. Differunt autem ab his editiones antecedentes. Illa, quam C. BAVH. figuris quoque auxit, primum excuſa eſt* Francof. ad Moen. per Nic. Hoffmannum, ſumptibus Io. Baſſaei et Io. Dreutelii 1613. *(cuius vero part. I. tantum poſſideo pagg. 686.) et denuo impreſſa* ibid. per Paul. Iacobi, ſumpt. Io. Dreutels 1625. *P. I. pagg. 642. praemiſſ. pagg. 12, acc. indices proprii pagg. 84.; P. II. pagg. 598. praemiſſ. pagg. 8. P. III. pagg. 202. Indices II. et III. partis pagg. 48. Omnium autem prima et ipſius Auctoris editio, titulo* Neuw Kreuterbuch, ibid. typis Nic. Baſſaei a. 1588, *prodiit pariter in folio, quae autem primam tantum partem conſtituit pagg. 818. icon. 558. praemiſſ. pagg. 16. cum indice 10. linguarum, uti ſequentes editiones, iam inſtructa pagg. 28. Reliquas partes, illo iam mortuo, edidit NIC. BRAVN* M. D. Marpurgenſis ibid. 1591. *teſte eius praefatione in ſequentibus editionibus conſeruata: hanc enim ipſam editionem nondum vidi.*

Tab. ic. Eicones plantarum ſeu ſtirpium &c. in tres partes digeſtae, adiecto indice gemino, curante NIC. BASSAEO. Francof. ad Moen. 1590. *4. mai. forma oblonga, pagg. 1128. icon. 2303. praemiſſ. pagg. 8. ind. lat. et germ. pagg. 15. Auctorem titulus non indicat, ſed dedicatio, quae porro docet, hoc opus ante commentariorum II. et III. partis editionem, in lucem editum eſſe. SEGVIERIVS bibl. bot. p. 190. priorem anni 1588. editionem eiusdem formae indicat, quam nondum vidi, neque etiam dedicatio citata ipſa die S. Bartholomaei a. 1590. data, eius mentionem facit. Forte primae commentariorum partis editio prima anni 1588. erroris anſam dedit.*

* *Thal.* Sylua Hercynia, ſiue catalogus plantarum ſponte naſcentium in montibus et locis vicinis Hercyniae, quae reſpicit Saxoniam, conſcriptus a IO. THALIO. Francof. ad Moen. ap. Io. Feyerabend, imp. Sigiſm. Feyerabendii, Henr. Dackii et Petr. Fiſcheri 1588. *4. pagg. 133. ic. 14. Prodiit cum IOACH. CAMERARII Horto ſupra indicato.*

* *Till.* Catalogus plantarum Horti Piſani auctore MICHAELE ANGELO TILLI. Florentiae 1723. typis Regiae Celſitudinis apud Tartinium et Franchium *Fol. alph. 2. tabb. aen. 50. figurae 83.*

Tournef. IOSEPHI PITTON TOURNEFORT Inſtitutiones rei herbariae. Editio altera, Gallica longe auctior. T. I. Pariſiis ex typographia regia curante Io. Aniſſon eiusdem typogr. praefecto 1700. *4. pagg. 664. T. II. et III. tabulas aeneas 476. continent. Acceſſit* Corollarium ibid. 1703. *4. p. 54. tabb. aen. a 477. ad 489. Recuſum prodiit hoc opus eidem titulo hiſce additis:* editio tertia, appendicibus aucta ab ANTONIO DE JUSSIEU. Lugduni iuxta exemplar Pariſiis e typographia regia 1749. *4. cui editioni ſuis locis inſerta ſunt addenda in priore editione p. 664—666. indicata, abſque paginarum numero mutato; quae autem illuc pertinentia Corollarium continet, cum eodem recuſa ſunt. Proſtant etiam D. DE JUSSIEU additamenta ſigillatim hoc titulo:* Appendices ad IOSEPH. PITTON TOURNEFORT inſtitutiones rei herbariae ab ANTONIO DE JUSSIEU &c. Pariſiis e typographia regia 1719. *4. et continent 1.) TOURNEFORTII vitam p. I—X. 2) Iudicium de methodo eiusdem p. XI—XX. 3.) Botanographorum elogia Tournefortianae Iſagogi addenda p. XXI XXX. 4) Catalogum operum botanicorum, quae in indice ſcriptorum rei herbariae Tournefortii inſtitutionibus praemiſſo deſiderantur p. XXXI. XXXII. Ipſis inſtitutionibus nil acceſſit.*

* *Tourn. hiſt.* Hiſtoire des plantes, qui naiſſent aux environs de Paris avec leur uſage dans la Medicine. Par M. PITTON TOURNEFORT. à Paris de l' imprimerie royale 1698. *12. mai. pagg. 543. Praeter editionem a D. BERNH. DE JUSSIEU auctam et ſuperius indicatam, proſtat etiam in Anglicam linguam traductum hoc opus ſequenti titulo:* TOURNEFORT'S Hiſtory of Plants growing about Paris, with their uſes in Phyſick, and a mechanical account of the Operation of Medicines. Translated into Engliſh with many Additions, and accommodated to the plants growing in Great Britain by JOHN MARTYN. In two Volumes. Vol. I. London printed for C. Rivington 1732. *8. mai. pag. 311.* Vol. II. with copious Indexes of the names and virtues. ibid. anno eod. *pagg. 362. Sed haec editio plane differt a prototypo non ſolum ordine mutato et notis translatoris, verum etiam additamentis ex auctiori JUSSIEU editione et VAILLANTII botanico pariſienſi collectis.*

Trag. HIERON. TRAGI de ſtirpium vſitatis nomenclaturis &c. commentarior. libri III. &c. Argentorati excud. Wendelin. Rihelius 1552. *4. conf. Cat. ſeq. Artic. IX.*

* *Turn.* A new Herball &c. gathered and made by WILLIAM TURNER. Imprinted at London by Steven Mierdman 1551. *fol. min. abſque paginarum numero 2. alph. 2. plagg. 169. figg.* The ſeconde Parte of WILLIAM Turners Herball &c. Imprinted at Collen by Arnold Birckmann. 1562. *pagg. 171. auerſis non numeratis. figg. 266. ex quibus multae cum FVCHSII figuris conueniunt.*

Vaill. Botanicon Pariſienſe, ou denombrement par ordre alphabetique des Plantes, qui ſe trouvent aux environs

rons de Paris &c. par feu M. SEBASTIEN VAILLANT &c. à Leide et à Amsterdam chez Jean et Herman Verbeek et Balth. Lackeman 1727. *fol. mai. pagg. 205. tabb. aen. 33. icon. 354. ex quibus tamen nonnullae vnam speciem a diuersa facie sistunt.*

** Vaill. Act.* Histoire de l' Academie Royale des Sciences année 1718. avec les memoires &c. à Paris de l' imprimerie Royale 1719. *4. p. 143—191. cum tabb. aen. 2.* anni 1719. ibid. 1721. *pag. 9—47. tabb. aen. 4. & p. 277—318. tab. aen. 1.* anni 1720. ibid. 1722. *pag. 277—338. tab. aen. 1.* anni 1721. ibid. 1723. *pag. 174—224. tabb. aen. 2.* anni 1722. ibid. 1724. *pag. 172—215. tabb. aen. 2. quibus in locis vel noua plantarum genera definiuit, vel specierum nomina mutauit Auctor.*

** Volck.* Flora Norimbergensis &c. opera et labore IO. GE. VOLCKAMERI *(filii)* Norimbergae sumtibus Michaellianis 1700. *4. p. 407. tabb. aen. 25. figurae totidem. Editio* anni 1718. ibid. apud Petr. Conr. Monath *non, nisi tituli plagula, differt.*

Wachend. Horti Vltraiectini Index. Auctore EVER. IAC. VAN WACHENDORFF. Traiecti ad Rhen. ap. Nic. van Vucht 1747. *8. mai. pagg. 394. Proleg. pagg. XXX.*

** Weinm.* Phytanthozaiconographia siue conspectus plantarum &c. a IO. GVIL. WEINMANNO collectarum, quae, aeri incisae per BARTH. SEVTERVM, IO. EL. RIDINGERVM et IO. IAC. HAIDIVM, explicantur a D. GE. NIC. DIETERICO Vol. I. August. Vind. apud nominatos artifices, impr. Ratisb. per Hier. Lenzium 1737. *fol. pagg. 200.* Vol. II. ibid. 1739. *pagg. 516.* Vol. III. explic. a D. AMBROS. CAR. BIELERO. Ibid. 1742. *pagg. 488.* Vol. IV. ibid. 1745. *pagg. 540. tabb. aen. 1025. figurae pictae vltra 4000.*

** Zannich.* Istoria delle Piante che nascono ne' Lidi intorno a Venezia. Opera postuma di GIAN. GIROLAMO ZANNICHELLI, accresciuta da GIAN JACOPO figliuolo dello stesso &c. Publicata a spese sue in Venezia 1735. appresso Antonio Bartoli. *Fol. mai. pagg. 290. tab. aen. 311. (4tuor in singulis foliis) figg. 349. Hoc opere augere et emendare studuit Auctor ea, quae ante illum DONATVS adgressus est in tractatu, cui titulus:* Trattato de semplici, pietre et pesci marini, che nascono nel lito di Venetia &c. di ANTONIO DONATI, Farmacopeo. In Venetia 1631. Appresso Pietro Maria Bettano. *4. pagg. 120. tabb. aen. 30. figg. 32. cum aliis duabus, vnius lapidis, alterius piscis cuiusdam.*

II.

CATALOGVS OPERVM BOTANICORVM

a germanis ab artis typographicae inuentione ad annum MDL vsque compositorum typisque excusorum et a me collectorum.

I. Vetustissimus horum librorum, quem mea quidem collectio asseruat, germanica lingua impressus est *Augustae Vindelicorum per Hans Baemler a. 1475.* in folio et inscribitur *das Püch der Natur*, i. e. liber naturae, qui titulus vero non constituit peculiare frontispicium, sed initium ipsius operis. Caret paginarum numero et sic dicto custode, constat foliis 292. seu pagg. 583. Recusus est totidem foliis per eundem a. 1478. et vtraque editio capitibus seu sectionibus XII. agit 1) de homine, 2) de coelis, planetis, elementis &c. 3) de quadrupedibus, 4) de auibus, 5) de monstris marinis, 6) de piscibus, 7) de serpentibus &c. 8) de insectis &c. 9) de arboribus, 10) de plantis, 11) de gemmis et metallis, 12) de fontibus miraculosis cum appendice de monstris humanis. Cuilibet sectioni praefixum est peculiare frontispicium compositum ex figuris ligno incisis, aliquot specimina rerum, quarum expositio traditur, sed vilissime sistentibus et pigmentis rudi penicillo obductis. Paginis 366—503. recensentur arborum circiter 80. et plantarum 90, quarum descriptiones, quae singulae nomen latinum et germanicum vt et qualitates viresque medicas breuissime exponunt, peculiaribus figuris carent.

II. Secundus horum librorum est ORTOLFF von BAYRLANDT *Artztpuch*, i. e. liber medicinalis, quem excudit *Ant. Koburger Norimbergae 1477.* in fol. pariter sine frontispicio peculiari, paginarum numeris, custode, litterisque initialibus, et constat foliis 84. seu paginis 167. Recusus est *Augustae Vindelicor.* ab *Anton. Sorg a. 1488.* 4. cum praefixo titulo: *Ein Artzneybuch von allen gepræsten der menschen, wye man den helffen sol zu irer gesuntheyt und stercke*, sine custode, cum litteris tamen initialibus et paginis 186. iam adpressis, cuius exemplari abs me asseruato manus cuiusdam veterani adscripsit: *durch D. ORTHOLPHVM HEYDENBERGER der Artzney usf Bayerlandt*, vnde proprium huius auctoris nomen cognitum redditur. In hoc libro non solum sub finem capita 26. agunt de quibusdam vegetabilibus, verum etiam vltima 79. capita sigillatim recensent plantas quasdam medicinales; sed vti figuris carent, ita etiam descriptio, quae de viribus potissimum agit, ex veteribus, PLATEARIO, GALENO &c. tantum compilata est, cuius farinae aliquot alios adhuc tractatus iam seculo XV. et plures seculo XVI. excusos producere possem, si scopus praefixus hoc permitteret, vel etiam recensio eorum lectoribus vtilis aut saltem iucunda foret. Vnum tamen silentio praeterire nequeo, scilicet *S. HILDEGARDIS Physicam*, quia omnium a germanis editorum operum physicorum et antiquissimum et rarissimum habetur, licet seculo XVI. demum typis excusum fuerit. Separatim nunquam, quantum scio, prodiit, sed aliorum auctorum operibus iunctum, cuius collectionis prima editio (quam nondum possideo) Argentorati apud *Io. Schottum* 1533. fol. impressa, fusius recensetur eiusque titulus integer sistitur in libro, cui titulus: *Kurtze Nachricht von den Büchern und deren Urhebern in der Stollischen Bibliothec no. DIII. seu part. XIV. Ienae 1741. 4. p. 469.* et *in CHR. GVIL. KESTNERI Bibliotheca medica Ienae 1746. 8. mai. p. 342.* Meum exemplar, *ibid. 1544.* editum, illum prolixum prae se fert titulum, qui verbotenus legitur in *Lindenio renouato GE. ABRAH. MERCKLINI Norimb. imp. Io. Georg. Endteri 1686.* 4. p. 332, quare eundem transcribere supersedeo, et pro instituti ratione solius tractatus, de quo sermo est, titulum indico, qui est: *Lib. quatuor HILDEGARDIS de Elementorum, Fluminum aliquot Germaniae, Metallorum, Leguminum, Fruticum, Herbarum, Arborum, Arbustorum, Piscium, Volatilium, et Animantium terrae naturis et operationibus*, cui tractatui haec praefiguntur: *in Physicam Sanctae HILDEGARDIS de Pinguia, eiusdem praefatio.* Ceterum autem moneo, 1) Nomen GE. KRAVT, Hagenoensis, quod huic collectioni a

MERCKLINO praefigitur, titulum ipsum non continere, et typographum breui praefatione tantum indicare, se eius opera in TROTVLAE tractatus, qui primo loco positus est, editione vsum fuisse: an haec *SEGVIERIO biblioth.bot.p. 85. et 99.* ansam assertionis dederint, exstare EIVSDEM *librum supra quatuor Hildegardis de elementorum &c. leguminum, fruticum, herbarum, arborum, arbustorum naturis et operationibus Argentinae ap. Io. Schottum 1544 in fol.* iudicent alii; in meo certe exemplari eiusmodi commentarii nullum exstat vestigium, neque talem sigillatim excusum indicant alii; 2) TROTVLAE tractatum pagg. 35. excipere illum HILDEGARDIS pagg. 121. et hunc a pagg. 122. ad 247. ORIBASII, THEODORI et HIPPOCRATIS tractatum; Deinde sequi ESCVLAPII tractatum pagg. LXXIX. distinctum; Denique annecti OCTAVII HORATIANI tractatum et ALBVCASIS chirurgiam (cuius in titulo generali nulla fit mentio et quae propterea procul dubio etiam a MERCKLINO omittitur) pagg. 319, cui ad calcem additur editionis annus 1532. Ex hoc et paginarum numeris distinctis, cum illis vero primae editionis a KESTNERO indicatis conuenientibus, suspicio mihi oritur, numne hoc HILDEGARDIS exemplar sit illud ipsum a. 1533. iam impressum et titulo tantum nouo (vel potius primo remoto in noua collectione) oblatum. 3) quae in HILDEGARDIS opere de vegetabilibus agunt, libro II. capp. CLXXXI, et libro III. capp. LV. a pag. 11. ad 86. pertractantur, quorum et reliquorum expositio anilis a KESTNERO l. c. satis iam declarata est. 4) His addo, HILDEGARDIM, coenobii S. Ruperti prope Bingium in tractu moguntino Abbatissam et multis aliis operibus claram, seculo XII. vixisse: cur autem GVL. DV VAL, teste SEGVIERIO p. 85, hos libros inter supposititios reposuerit, ego quidem perspicere nequeo, siquidem nil continent, quod sequioris sexus ingenium superat. Ceterum conf. art. sequ. V. no. 9.

III. Primus eorum librorum, qui singularum plantarum, quas recensent, figuris ornati sunt, est **Herbarius latinus**, cuius editiones in mea bibliotheca asseruantur sequentes 1) sine titulo, loco et anno; 2) alia iisdem carens; 3) alia, cui, tituli loco, maiori typo inscribitur **Herbarius**, sed locus et annus pariter deficiunt; 4) in fronte gerit hunc titulum: **Herbarius Maguntie impressus anno 2c. lxxxiiij**, cum subiuncto scutulo *Io. Fausti* et *Petri Schoyfferi* rubro pigmento impressis, ceterum non differentibus ab illis, quae inter *ROTHSCHOLZII insignia bibliopolarum et typographorum* no. 26. reperiuntur, curatius vero repraesentantur a celeberrimo Polihystore SCHWARZIO in suae dissertationis, qua *primaria quaedam documenta de origine typographiae* proposuit, altera parte Altorfii a. 1740. ventilata p. 53.; 5) inscribitur **Herbarius Patavie impressus anno domini et cetera lxxxv**; 6) **Herbarius Patavie impressus anno domini et cetera lxxxvj**, quae editio omnino recusa est. Omnes hae editiones in quarto, ut aiunt, ordinario excusae sunt sine paginarum numeris et sine litera, quam custodem appellant. Quaelibet ex 150. foliis totidemque capitibus constat, quorum singula vnico formae folio comprehenduntur et praefixam habent figuram cum addito capituli numero, dimidium folii occupantem, ligno incisam, sed adeo ieiune sculptam, vt vix ex vlla naturale exemplar cognosci queat. His, praeter praefationem vnico folio seu pagg. 2. comprehensam et capitulorum indicem 3. pagg., annexa est appendix pagg. 36. capitulis XCVI. alia remedia, quae vocant simplicia, ex tribus naturae regnis breuiter et absque figuris exponens cum peculiari indice pagg. 2. In omnibus praefatio et ipsa expositio eadem typusque monachorum litteris similis est; in figuris autem haec differentia occurrit, ut no. 1. capite II. abrotani iconem plane aliam quam reliquae, no. 4. vero omnes icones ita inuersas sistat, vt dextri lateris partes a sinistris compareant. Omnes autem hae figurae inter se magis quam cum ipsa natura conueniunt, omnesque, exemplari no. 3. excepto, pigmentis vilissime obductae sunt. No. 1. loco germanicorum nominum belgico germanica (*Niederlaendische*) indicat, ceterum huius editionis omnes charactres suspicioni fauent, eam antiquiorem esse illa no. 4. Editio no. 2. cum 5. et 6. tum figuris tum typo plane conuenit, quod docet, eam Patauiae quoque excusam esse; quum vero in his tribus editionibus, vti in reliquis, latino nomini semper additum sit germanicum, nullum est dubium, quin illae secundum exemplar quoddam in Germania prius impressum recusae tantum sint: e. gr. cap. CXXXVI., quod salicem sistit, legitur no. 1. Wilgke, , no. 2. 6. Weiden, no. 3. Wyden, no. 4. Widen, no. 5. Weden. Editio no. 3. et figurarum formatione eundem licet ad ductum facta, et capitulorum litteris initialibus romanis grandiusculis (Praefatio tamen et appendicis capitula littera initiali vti editiones 1. 4. carent, 2. 5. 6. vero loco maiorum in areae quadratae vacuae relictae medio typum paruum et ordinarium plerumque impressum habent) omnium maxime a reliquis recedit, conf. art. seq. VII. no. 2. Fusius autem haec omnia hic exponere, nec spatium nec instituti ratio permittit, id vnicum addo, nullam harum editionum nominare auctorem huius operis, omnium vero praefationem indicare hunc eius titulum: **Aggregator practicus de simplicbius**, atque monere, hoc opus in gratiam inopum aegrotorum, vt sibi ipsis subuenire possint paucis expensis, ex veteribus medicis compilatum et in meliorem ordinem redactum esse. Huc 7) pertinet idem opus in linguam belgico germanicam versum sine titulo et loco; sub finem tamen indicis praefationem excipientis additum est typographi insigne, mihi autem, quid? quod ipsi laudato SCHWARZIO beatae nunc memoriae super eodem abs me consulto, ignotum nec in Rothscholziana collectione contentum, et ad calcem appendicis leguntur haec: **ghemaeckt int iaer ons heeren mcccc eñ lxxxjjjj.** Initium facit interpretis praefatio hac inscriptione **dye prologhe de ouersettere vyt den Latyn in dyetsche**, quam sequitur auctoris praefatio translata, cuius vero nomen etiam in hac editione non indicatur, operis vero titulus ita explicatur: **de vergheringh der simpel der medicinen in manier van practisien.** Haec editio constat fol. 163, seu pagg. 326. praef. et ind. fol. 7. app. fol. 36. ceterum autem paginarum numeri, custodis, et appendicis capitulorum litterae initialis defectu, nec non forma et contentis conuenit cum editionibus latinis, figuris vero, pari modo coloratis, sigillatim cum illa no. 1. indicata, a qua tamen se distinguit nominibus belgicis hinc inde mutatis et plerumque pluribus latino iunctis, ex quo opinio confirmatur, illam no. 1. prius, quam hanc et reliquas, excusam esse; vt taceam, verosimile haud esse, editionem 1. et 4. (quae editionis annum primum declarat) ob mutatas figuras, vti 1. et 7. ob mutatum sermonem et belgicorum nominum augmentum, vno eodemque anno typographorum prelum relinquere potuisse. His recensitis editionibus D. SEGVIERVS *Bibliot. bot. p. 215. seq.* cum eius *supplementi vnacum plantis Veronensibus editi p. 40.* collata sequentes addit: 8) Vicentiae 1491. 9) Venetiis 1509. 10) lingua italica Venetiis sine anno, 11) ibidem 1520. omnes itidem in quarto, in octauo vero 12) ibid. 1539. 13) capitibus XVIII. aucta ibid. 1536. et denique gallica lingua 14. 15. 16.) tres editiones Parisiis sine anno

publi-

publicatas, vt et in folio 17) ſine loco et anno: ſed de no. 13. et 17. dubium ſupereſt, quousque cum hoc opere conueniant.

IV. Hunc latinum herbarium ſequutus eſt alius germanica lingua conſcriptus, cuius ſequentes aſſeruo editiones: 1) ſine titulo; annum vero, quo excuſa eſt, haec ſubſcriptio ad calcem rubris litteris addita indicat: **diſſer Herbarius iſt tzu Mentz gedruckt und geendet uff dem xxviij. dagt des Mertz anno mcccclxxxv.** et inſignibus iisdem ſupra III. 4. indicatis huic ſubſcriptioni rubrica ſubiectis declarat, illudpariter ex *Fauſti Schoyfferique* typographia prodiiſſe. Recenſuit iam hocce cimelium laudatus SCHWARZIVS in ſua diſſertatione ſupra citata p. 42. §. XXXXVI. Forma integro folio minori reſpondet, titulus nullus adeſt, praefatio tamen hunc indicat: **Ortus ſanitatis, oder Gart der Geſundheit.** Figurae ligno inciſae multo maiores ſunt illis Herbarii latini et plerumque duas tertias folii partes longitudine ſua explent, differunt etiam penitus ab iisdem, atque praeterea maximam partem naturae exemplaribus propius accedunt et multae ſatis reſpondent, omnes vero pariter rudi penicillo pigmentis obductae ſunt. Expoſitio porro multo amplior et ſtylo eodem conſignata eſt, cuius ſpecimen mutili ſui exemplaris exhibuit ill. D. de HALLER in praefatione operis Weinmanniani §. III. Capitulorum numerus ad 435. excurrit, ideoque 285. maior eſt illo Herbarii latini, vel ſaltem 149. computatis etiam illius appendicis capitulis. Ex his 369. plantarum et 10. animalium icones praefixas habent, 56 autem illis penitus carent, quorum tamen maxima pars de foſſilibus vel ex regno animali productis agit, quae hic illis plantarum paſſim inſerta, in altero opere vero ad appendicem eius relata ſunt. Ceterum nec huius operis auctor nominatur et editor in praefatione plura non indicat, quam quod magiſtrum artis peritum conduxerit, vt herbarum vires atque naturam ex probatis veterum ſcriptis in vnum opus colligeret, quodque interea figuras colligens deprehenderit, multas dari nobiles plantas in Germania non prouenientes, atque propterea coeptum opus imperfectum reliquerit manuſcriptum, vsque dum, peregrinatione in Palaeſtinam pluresque regiones orientales, quas nominat, abſolutas et plantis ibidem naſcentibus indagatis earumque genuinis imaginibus viuo colore per idoneum pictorem ſibi itineris comitem aſſociatum repraeſentatis inſtructus redux in patriam opus hoc perfici et vulgi in vſum germanica lingua conſcribi curauerit. Si huius operis praefatio, capitum numerus eorumque expoſitiones aeque ac figurae conferuntur cum iisdem operis praecedentis: vix dubitare licet, vtriusque auctorem eſſe diſtinguendum. Vtut autem hoc opus latino longe praeferendum ſit, quia multas iam continet laudabiles plantarum effigies, multas tamen etiam ſiſtit, tum ratione ipſius figurae tum partium colore, naturalibus exemplaribus parum ſimiles, imo haud paucas manifeſte fictas, praecipue omnes fere illas pharmacorum exoticorum, vt adeo ea, quae de his praefatio promittit, non reperiantur: taceo nomina ſaepius corrupta, aliaque falſa. Omnem ergo laudem huic operi conciliant plantae, quarum figuras naturae ſimiles repraeſentat, quae, me ſaltem iudice, ſunt ſequentes: *agrimonia* (eius folium) *apium* (dulce, celery Italorum) *ariſtolcgia longa* (ſtudio ſeruaui nomina auctoris, vti ſunt ſcripta, paucis illuſtrationis gratia ſubinde additis et lunulis incluſis) *ariſtologia rotunda* (fumaria radice caua) *acetoſa*, *arum*, *atriplex*, *alleluia*, *aſarum*, *acorus* (iris paluſtris) *alkekengi*, *auena*, *betonica*, *branca vrſina* (ſphondylii folia) *berberis*, *borago*, *burſa paſtoris*, *brionia* (baccis rubris) *barotus* (lamium vulgare album) *brunella*, *bervvinca* (pervinca) *camomilla*, *celidonia*, *cicorea*, *conſolida maior* et *regalis*, *cardo benedictus*, *cinogloſſa*, *cardo* (carduus fullonum ſ. dipſacus) *cheiri*, *cardiaca*, *coſtus* (hortorum, eius folia) *caſtaneus*, *cartamus*, *diapenſia*, *durchvvachs* (perfoliata) *epatica* (ſtellata) *eſula*, *eufragia*, *ebulus* (eius folia) *edera terreſtris*, *elleborus niger* (Hippocratis Tabern., eius caulis cum foliis) *fenugrecum* (cum ſiliquis) *faba*, *flammula* (ranunculus prat. erectus acris) *frage* (fragaria) *flores frumentorum* (cyanus) *flores S. Iohannis* (leucanthemum ſeu bellis maior) *gladiolus* (iris hortenſis) *geniſta* (tinctoria) *gamandria* (teucrium pratenſe) *herba paraliſis*, *herba rubea* (geranium Robert.) *humulus* (lupulus) *gariofilata*, *gallitricum*, *iuspiamus* (hyoſcyamus) *lactuca*, *liquiricia* (eius folia) *leuiſticum* (eius folia) *lilium album*, *lilium conuallium*, *lauendula*, *linum*, *ladanum* (ciſtus) *meliſſa*, *menta*, *mentaſtrum*, *malua*, (ſylueſtris repens) *millefolium*, *maiorana*, *marubium*, *moracelſi* (morus) *mercurialis* (mas ſeu ſterilis) *morſus diaboli*, *morſus galline* (alſine) *morabacci* (rubus ſylueſtris) *nigella* (nigellaſtrum) *naſturcium* (aquaticum ſ. ſiſymbrium) *neſpilus* (meſpillus domeſtica) *origanum*, *orobus* (vicia) *orant* (antirrhinum minimum Lob.) *pionia*, *papauer* (ſatiuum) *parietaria*, *pentafilon* (pentaphyllum repens maius) *polipodium*, *plantago maior* et *minor*, *pimpinella* (tragoſelinum) *pirola*, *protentilla* (potentilla ſ. anſerina) *piſa*, *paſtinaca domeſtica* daucus) *piritrum* (ptarmica vulgaris) *perſicaria* (mitis) *premula veris* (bellis minor) *roſa*, *raffanus* (niger) *rapa*, *ribes*, *ſambucus*, *ſaluia* (minor aurita) *ſerpillum*, *ſolatrum*, *ſcolopendria*, *ſtafiſagria* (eius folia) *ſpinachia*, *ſticados arabicum*, *ſticados citrinum*, *ſpica nardi*, *ſoldanella* (eius folia) *titimallus Springvvurtz* (catapucia) *tormentilla* (eius folia) *trifolium*, *trifolium acutum*, *tanacetum* (eius folia) *vrtica*, *verbena*, *viola* (martia) *virga paſtoris* (dipſaci eiusdem alia icon) *Valeriana* (ſylueſtris maior, eius folia) *ypericon*, *yacea* (viola tricolor). His annumerandae adhuc ſunt illae effigies ſecundum naturam pariter quidem delineatae, ſed falſo nomine propoſitae, nempe *affodilus*, cuius et gladioli cap. 195. icon eadem eſt iridis hortenſis; *Apollonaria Schirling*, eſt tuſſilago cum flore, cuius ſola folia cum radice *vngulae caballinae brantlattig* nomine c. 420. exhibentur, ſynonymum germanicum *Huflattig* vero *lappacio rotundo* ſic dicto c. 245. (quod eſt bardana cum flore) iungitur, cuius folia ſola lappacii *groiſſ klett* nomine c. 226. exhibentur; *caput monachi* eſt calendula; *camepitheos* eſt Dulcamara; *Diptamum* eſt polygonatum vulgare cum flore; *dens leonis* videtur geranium batrachioides; *egilops* eſt aquilegia; *ellebori albi* nomine ſiſtitur idem polygonatum cum fructu ſeu baccis; *filla* eſt caryophyllata cum flore, quae ſeminifera *gariofilatae* nomine c. 205. indicata eſt; *ferula* eſt ſonchus laeuis laciniatus; *filago* eſt bugula; *fiſtula paſtoris* eſt chelidonium maius cum ſiliquis, quod florens *celidoniae* nomine c. 85. occurrit; *Hermodattilus* eſt hieracii vel potius taraxaci ſpecies; *herba vrinalis* eſt linaria vulgaris florens, quae fictis floribus c. 235. ſequitur; *pes corui* eſt ranunculus aconiti folio flore albo; *pruna* repraeſentantur ramulo fructifero rubi idaei; *ſatirion* videtur anacampſerotis ſpecies; *ſabina* eſt thuya; *ſenacion* et *ſenacionum* eſt ſcrophularia aquatica; *tapſia* eſt barbarea; *Tamarindi* loco exhibetur tanacetum florens; *Vermicularis* eſt anacampſeros vulgaris; *vulgago*, *vulfago* vel *ciclaminus* ſiſtitur eadem aſari c. 19. icone; *yringus* eſt carduus Mariae; *ynguinalis* eſt eryngium vulgare. Imagines vero prae reliquis prorſus fictae mihi videntur *anacardus*, *aloe*, *aſa fetida*, *balauſtia*, *bdellium*, *bombax*, *cynamomum*, *cyminum*, *carui*, *cubebe*, *cardamomum*, *camphora*, *crocus*, *coloquintida*, *caſſia lignea*, *coconidion*, *cataputia* (cuius genuina

icon titimalli nomine sistitur) *dyagridion*, *dragantum*, *dactilus*, *emblici*, *epitimum*, *euforbium*, *filipendula*, *gummi arabicum*, *galbanum*, *granatum*, *incensaria*, *karabe seu electrum*, *lacca*, *melilotum*, *mastix*, *mirra*, *macis* et *nux muscata*, *mirabolani*, *nux indica*, *oleander*, *oliuarum arbor*, *olibanum*, *osmunda*, *peonia* (quae distinguitur a pionia supra indicata) *palma*, *pes columbinus*, *peucedanum*, *pinee* (pinus ital.) *pistacee*, *psillium*, *piper*, *palacium leporis*, *reubarbarum*, *rubea tinctura*, *sinapis*, *scordeon*, *squinantum*, *scammonea*, *serapinum gummi*, *squilla*, *sandalum*, *sene* (senna) *sanguis draconis*, *sarcocolla*, *scrofularia* (cuius vera icon senecionis nomine adest) *turbit*, *terbentina*, *tamariscus*, *tribuli marini*, *viticella*, *Zucarum* i. e. saccharum. Prolixam hanc recensionem nemini grauem fore confido ob raritatem huius operis, cuius genuinae icones tanto minus obliuioni dandae sunt, quanto maiorem laudem illae, ceu primae ex barbariei tenebris erutae et sub ipsa figurarum sculpendarum origine factae, omnino merentur, et quanto viliores comparuerunt eaedem in sequentibus huius operis editionibus recusis, nimirum 2) sine titulo *Augustae Vindelicorum 1486.*; 3) breui hoc titulo: *Herbarius zu teutsch von allerhand Kreuteren*, *ibid. 1488.* 4) sine titulo, *ibid. 1496.* Hae tres editiones per *Io. Schonsperger* excusae paginis et figuris iisdem sibi inuicem respondent, ab illa vero Moguntina figuris vilioribus differunt, vtpote quae (licet earum imitationes, si illam cymini cap. 114. illamque cap. 116. additam citri excipias) non solum omnes inuersae multoque minores, et tamen foliorum serratorum denticuli maiores, verum etiam, praecipue ob partium et extensionis proportionem haud obseruatam, omnes deteriores redditae sunt. Fossilium aliarumque simplicium figurae in Moguntina editione omissae his quidem insertae sunt, sed lepidae et nullius plane vsus. Ceterum ex his editio no. 2. litteris capitum initialibus, foliorum numero atque etiam custode, quem vocant, adhuc caret, no. 3. 4. vero iis, si foliorum numerum excipias, iam instructae sunt. 5) Alia editio prodiit *Vlmae* per *Conrad. Dinckmut 1487.* sine titulo, litteris initialibus, paginarum numeris et sine custode; figurae autem, omnes recens factae, nec Moguntinae nec Augustanae editioni penitus similes, neque tamen Augustanis meliores sunt, et fossilium, animalium &c. lepidas repraesentationes interſertas quoque habent. His editionibus antiquior videtur 6) alia, cuius vero non nisi mutilum exemplar ad manus est: deficiunt enim non solum priora capita, sed etiam indicis vltimae plagulae, ideoque incertum est, num titulo quodam gaudeat, numque editionis locum et annum declaret; aetatis autem suae characterem indicant non solum defectus litterarum capitum initialium, numeri foliorum atque custodis, sed etiam figurarum omnium simplicium illorum, quibus Moguntina caret: addi potest, figuram cymini cap. 114. illi Moguntinae et Vlmensis editionis similem esse. Omnes autem plantarum figurae et magnitudine et praua imitatione cum Augustanis praecipue vero cum Vlmensi conueniunt, multae tamen mutatae, non vero emendatae sunt. 7) Alia sine loco et anno, prima autem praefationis plagula deficit, quare et hoc exemplar non indicat, num titulus praefixus fuerit. Hanc autem editionem illa no. 6. aetate parum inferiorem esse, vero simile videtur ex defectu foliorum numeri, omniumque earum figurarum, quibus illa no. 6. et Moguntina caret; adest vero iam foliorum custos, adsunt etiam iam litterae initiales, sed omnes quadratae et ligno incisae: neque hae singulis capitibus praefixae sunt, sed totidem ferme iisdem carent spatio quadrato vacuo relicto, cui littera pigmento rubro adscripta est: e. gr. ex capitibus 52., quae lit. A. comprehendit, 29. ornantur eiusmodi litteris sculptis, iisque vario modo figuratis et non vna serie, verum per varias vices additis. Herbarum animaliumque figurae omnes eaedem sunt, quas no. 6. continet. 8) Alia editio hoc titulo: *in disem Buch ist der Herbari oder Kreüterbuoch: genant der gart der gesuntheit: mit merern figuren und registern.* Haec editio litteris capitum initialibus, maioribus quidem, sed simplicibus et fusis, foliorum numero atque custode iam instructa est. Figurarum augmentum consistit solummodo in illis, quibus, vti in Vlmensi et Augustanis editionibus, fossilia aliaque simplicia no. 6. omissa repraesentantur, quae vero, vtut ab Augustanis differant, maioris tamen pretii haud sunt. Ex herbarum autem figuris paucae sunt eaedem cum 6. et 7., plurimae quidem illis similes, sed rudiores et plerumque inuersae, multae prorsus aliae. Quum vero in hoc quoque meo exemplari tractationis tria vltima capita et indicis finis deficiant, iterum dubius sum, an locum et annum haec editio indicet. 9) Eodem titulo, ac no. 8., *Argentorati per Io. Pryss 1507.* Huius editionis figurae sunt eaedem, quas no. 8. continet, paucis exceptis, quae in no. 6. et 7. reperiuntur, ex quibus concludere licet, no. 6. 7. et 8. etiam Argentorati excusas esse. 10) *Ibid per Renat. Beck 1515.* Titulus et contenta iterum no. 8. et 9. respondent, quemadmodum etiam eaedem figurae partim ex no. 6. et 7. partim ex no. 8. et 9. hic comparent. Omnes hactenus recensitae editiones eandem adhuc praefationem, quam Moguntina exhibet, praefixam habent. 11) Hoc titulo: *das Kreuterbuch oder Herbarius von neuen corrigirt und gebessert*, *ibid per Balth. Beck 1527.* et 12) *eodem titulo ibid. 1530.* Vtriusque huius editionis figurae, ordo et numerus capitum a prioribus non differunt, neque etiam ipsa tractatio de notabili emendatione testatur, licet hanc titulus & noua praefatio breuissima promittant. 13) Inscribitur: *Kreuterbuch von allem Erdgewächs, anfenglich von D. IO. CVBA zusammenbracht &c. gemehrt von D. EVCHAR. RHODION* (in praefatione ROESSLIN) *Francof. ad Moenum apud Chr. Egenolff 1533.* Titulus atque praefatio noua primum nominat auctorem huius operis, sed quo iure quibusue testimoniis id fiat, non indicat, neque haec plura de eodem refert, quam quod IO. CVBA (quem cl. D. IO. BRVCKERVS in *historia vitae ADOLPHOR. OCCONVM p. 11. 12.* Augustanis medicis adscribit et primo loco recenset, eius vero abitum vel obitum indicare nequit) Francofurti ad Moenum Physicus seu medicus ordinarius *(vveiland Stat artzt albie zu Franckfurt)* olim constitutus fuerit. Ceterum in hac quoque editione antiquus contentorum ordo, sed sine capitulorum numero, adhuc obseruatur, figurae autem prorsus nouae, minores quidem, satis tamen artificiose sculptae et naturae exactius respondentes comparent, nonnullae vero etiam omissae sunt. Constat autem hic liber. pagg. 212. icon. plant. 162. fructuum 19. et lignor. vel corticum 4. ex quibus aliquot bis occurrunt, nonnullae etiam falso nomine indicantur. 14) *Kreutterbuch von aller Kreutter, gethier, gesteyne und Metal natur, nutz und gebrauch*, *ibid. per eundem 1535.* pagg. 319. icon. plant. 250. Hac editione plures herbarum icones, maiores, iterumque emendatae sistuntur. 15) *Eodem titulo*, cum hoc additamento: *alles über vorige edition gebessert und gemehret*, *ibid. per eundem 1536.* Haec editio omnino denuo, sed totidem paginis iisdemque plantarum figuris recusa est, correctionem vero et augmentum obseruare non potui: 16) *Kreuterbuch von natürlichen Nutz und gründlichen gebrauch der Kreuter, baeum, gesteud und Früchten &c. ibid. 1550.* foliis 263. seu pag. 526. icon. plant. 708. Haec editio, multis nouis figuris aucta,

omnibus

omnibus autem (13. 14. 15. 16.) RHODIONIS praefatio adhuc praefixa, eius tamen aeque ac CVBAE nomen in titulo omissum est. 17) *Kreuterbuch new zugericht von allerhand Baeumen, Stauden, Hecken, Kreutern, Fruchten und Gewürtzen &c. mit vielen newen Kreutern und Figuren, in die zweyhundert, über andere ausgegangene Edition gemehret &c. ibid. apud heredes Egenolffi 1557.* foliis 342. seu pagg. 683. icon. plant. 708. 18) *Titulo eodem ibid. 1560.* absque vlla mutatione recusa haec editio, quam demum AD. LONIZERVS (teste praefatione vtriusque eadem) in meliorem ordinem redegit et expositione multum emendauit ita, vt antiquus Herbarius germanicus nunc noua et correctiori sub facie in lucem prodiret, qua postea, LONICERI nomine praefixo, saepius recusus est, de quo sequenti articulo XI. plura. Dum haec sub prelo iam sudabant, emtionis iure ad me peruenit 19) alia antiqua editio hac ad calcem subscriptione: **Gedruckt und volendet diser Herbarius durch Hannsen schönsperger in der Keyserlichen Statt zu Augspurg an der mittwochen nach dem weyssen suntag. Anno mcccc. und in dem lxxxvij. jare.** Haec ab illa no. 2. recensita non differt, et cum 2. 3. 4. collata docet, intra triennium in vno loco tertium, et post octo annos quartum recusum fuisse hoc opus, quod solum satis testatur de cupiditate, qua exceptum fuit. Ex his exemplaribus no. 1 — 7. 11. 12. 15. 18. et 19. figurae pari negligentia, ac in herbario latino, pigmentis obductae reperiuntur. Ad hoc opus pertinet quoque 20) editio Batava lingua excusa hoc titulo: *den groten Herbarius, gheprent t' Utrecht van Sinte Martens Tooren by Jan Bernts 1538.* Huius editionis capita et figurae cum illis no. 2 — 12. adhuc conueniunt, sed hae multo minores vilioresque sunt. Praeter has editiones, quas omnes in folio excusas possideo, a D. SEGVIER *biblioth. p 215.* et sub CVBAE nomine *p. 242. supplem. p. 40.* sequentes indicantur: 21) Herbarius lingua vernacula Germano-Belgica Moguntiae 1483. in folio sine figuris, ex Mscr. spicilegio veterum seculi XV. editionum. SAM. ENGEL *biblioth. selectiss. p. 73.* alius quidem editionis Moguntiae 1483. cum figuris editae mentionem facit; sed quum ipse addat: hanc esse eundem librum, quem IO. GE. SCHELHORNIVS *amoenit. litterar. tom. III. p. 123.* recenset, hic vero ibidem non solum formam in quarto, verum etiam annum 1484. indicet, nullum est dubium, quin typograhi vitio annus 84. in 83. mutatus, adeoque hic liber ille ipse sit herbarius latinus supra artic. III. 4. expositus: conf. D. de HALLER l. c. Num vero liber a SEGVIERIO indicatus expositione et capitulorum numero cum latino, an cum germanico herbario conueniat, numque forsan eadem prioris in belgicam linguam translatio supra art. III. 7. recensita sit, et anno antecedente iam sine figuris in folio prodierit, indicet ille, cui eum ipsum inspiciendi occasio suppetit. Praeterea a SEGVIERIO l. c., hoc opus recensetur excusum belgico idiomate 22) Antverpiae 1514., germanico 23) Lybecae 1492. 24) ibid. 1520. 25) Argentor. 1521. 26) ibid. 1528. 27) ibid. 1529. 28) ibid. 1536. 29) Venetiis 1538. Hae omnes itidem in folio prodierunt, ad quas etiam *Biblioth. p. 243.* refertur 30) alia in 4to, Francof. 1535. per *Herm. Gülffrich;* Gallica lingua expositae 31) sine loco et anno; 32) Parisiis sine anno; 33) ibid. 1539. et denique Anglico sermone 34) Londini 1526. 35) ibid. 1539. 36.) ibid. 1561., quarum forma iterum in folio indicatur: num autem hae citatae editiones omnes cum hac, an cum antecedente, an cum sequente opere conueniant, an aliquae earum opus prorsus aliud constituant, iterum nonnisi ex illarum inspectione affirmari potest.

V. Horti sanitatis titulo latine compositi operis editiones a me asseruantur sequentes: 1) *Ortus sanitatis, de herbis et plantis, de animalibus et reptilibus, de auibus et volatilibus, de piscibus et natatilibus, de lapidibus et in terre venis nascentibus, de vrinis et earum speciebus, tabula medicinalis cum directorio generali per omnes tractatus,* sine loco et anno, sine foliorum numeris et sine litteris capitum initialibus maioribus, cum minoribus tamen areae vacuae relictae adpressis et cum custode. Alph. 4. pl. 8. seu pagg. 400. 2) Alia editio sine loco et anno atque a no. 1. difficulter distinguenda, siquidem nonnisi custodis litterae et numeri his additi quandoque variant, atque praeterea sectionis posterioris variorum tractatuum peculiares tituli alio typo exscripti sunt. 3) Alia editio sine loco et anno itemque sine foliorum numeris; sed non solum vbique typo verum etiam capitulorum litteris initialibus maioribus distincta. 4) *Venetiis per Bernardinum Benalium et Io. de Cereto de Tridino alias Tacuinum 1511.* 5) sine loci et typographi nomine *1517.* Omnes hae editiones in folio excusae eodem titulo ordineque in publicum prodierunt. *Prior sectio* agit de herbis et plantis, et continet 530. capita, quo numero quidem illum herbarii seu horti sanitatis germanici nonnisi 85. superat; sed quum ex illis, quae in germanico opere de animalibus et fossibilibus simul agunt, pauca tantum huic, reliqua vero posteriori sectioni inserta sint, numerus capitum de plantis ad 150. ferme auctus est. Reperiuntur autem inter has omnes plantae operis germanici, sed alio ordine, eodem tamen modo expositae, et illarum figurae, paucis exceptis, conueniunt cum iisdem adeousque, vt illae editionis no. 1. 2. 3. 5. sint plane eaedem ac istae Argentoratensis editionis art. IV. 10., ex quo colligere licet, illas operis huius editiones pariter Argentorati excusas esse. Quae huic operi accesserunt figurae, eiusdem cum reliquis farinae, imo quaedam ex his vere monstrosae et ex ludicro auctoris ingenio fictae sunt: conf. D. de HALLER l. c. §. V. His accedit, quod haud raro figurae aliis capitibus, quam quo pertinent, praefixae reperiantur. Quod ad figuras editionis no. 4. attinet, eae omnes non nisi harum imitationes et adhuc viliores ceterum in meo exemplari pari negligentia coloratae sunt. Praefatio huius sectionis in singulis editionibus recensitis ab illa germanici operis hoc tantum momento praecipue differt, quod auctor eius declaret, illum, qui peregrinationem in Palaestinam ceterasque regiones orientales, non solum *plantarum*, verum etiam *animalium, lapidum ceterorumque ad confectionem medicinarum necessariorum et propter raritatem incognitorum* gratia suscepit, fuisse *permaxime nobilem quendam dominum*, cuius instinctu opus hoc conficiendum aggressus fuerit. Reliqua huius operis *alteram seu posteriorem eius sectionem* constituunt capitibus 144. absolutam et peculiari frontispicio instructam hac inscriptione: *sequuntur alii tractatus, primus de animalibus, secundus de auibus, tertius de piscibus, quartus de lapidibus*, quas sequitur *tractatus de vrinis* et denique *tabula medicinalis cum directorio*, de quibus vero plura si referrem, ab instituti ratione alienum esset: id vnicum moneo, priores quatuor tractatus germanico sermone conscriptos annexos iam esse germanici operis editioni supra artic. IV. 9. indicatae et sigillatim etiam Argentorati per eundem *Io. Pryss 1509.* vt et per *Balth. Beck 1529.* (conf. no. 9. 11. et 12.) excusas in mea bibliotheca exstare, tractatum vero de vrinis et reliqua in Moguntina iam et omnibus editionibus recensitis reperiri. Latini operis editionibus indicatis

addit D. SEGVIER *biblioth. p. 242.* 6) antiquiorem Moguntiae 1491. fol. ad cuius exemplar procul dubio reliquae recusae tantum sunt; 7) recentiorem Venetiis 1521. fol., quibus forsan 8) iungendus est liber gallico idiomate expositus et ab eodem *supplem. p. 40.* hoc titulo indicatus: *Arbolayre, contenent les qualités, virtus, proprietés des herbes, arbres, gommes et semences &c.* fol. sine loco et anno. 9) Nuper admodum D. FRID. BOERNER in Epistola quadam gratulatoria germanice scripta (qua praecipue exposuit: *ob dem Frauenzimmer erlaubt sey, die Arzneykunst auszuüben* i. e. an feminis liceat, artem medicam exercere) Lipsiae ap. *Io. Gottl. Imm. Breitkopf* 1750. 4. pl. 2. excusa, aliam adhuc huius libri editionem, quem ipse possidet, p. 12. hoc indicauit titulo: *Hortus sanitatis, quatuor libris haec quae sequuntur complectens: de animalibus et reptilibus, de auibus et volatilibus, de piscibus et natatilibus, de gemmis et in venis terrae nascentibus. Singula autem capita suis pulcre depicta sunt schematibus siue figuris. Omnia castigatius, quam hactenus videre licuit, id quod aequus lector ex collatione facile peruidere poterit. Appositus est index rerum, quae ad medicinam spectant, quam copiosissimus. Argentorati per Matthiam Apiarium. 1536. Fol. foliis 130.* Non solum ex hoc titulo, verum etiam ex primi capituli initio, quod auctor citatus speciminis loco addidit, satis clarum est, hunc librum posteriorem tantum Horti sanitatis partem esse: num prior, de vegetabilibus potissimum agens, eodem anno simul recusa sit, neque hic indicatur, neque alibi annotatum reperi. Ceterum huius libri l. c. mentio facta est, quia auctor in ea opinione versatur, ac si esset opus S. HILDEGARDIS supra art. II. indicatum. Auctores, qui ab ipso citantur, nempe PASCHALIS GALLVS *biblioth. med. Basil. 1590. 8. p. 419.* ISR. SPAACHIVS *nomenclat. script. medicor. Francof. 1591. 8. p. 168.* THOM. IAMES *catal. biblioth. Bodlejanae 1620. 4. p. 253.* IO. CASP. EBERTVS *Eröffnetes Cabinet des gelehrten Frauenzimmers Francof. et Lips. 1706. 8. p. 184.* et POLYC. FRID. SCHACHER *Diss. de feminis ex arte medica claris Lips. ex offic. Langenh. 1738. 4. p. 31.* omnino HILDEGARDIS physicam 1533. et 1544. typis excusam recensent, sed Horti sanitatis ne verbulo mentionem faciunt, vtpote qui non solum figurarum additione, verum etiam expositione se penitus distinguit.

VI. Sub finem seculi XV. comparuit quoque HIER. BRVNSVIGII de arte destillandi tractatus eiusmodi figuris refertus: dum enim eius liber secundus agit de aquis ex herbis per destillationem parandis, atque etiam ipsius herbae breuis historiam (quae excerpta reperitur in BRVNFELSII herbarii tom. II. appendice pag. 183. vsque ad finem HIERONYMI *herbarii Argentorat. apodixis germanicae* titulo) tradit, singulis herbae ipsius imago praefigitur. In mea collectione tractatus hic sequentibus titulis prostat. 1) *Hie anfahen ist das büch genant liber de arte distillandi von der Künst der distillierung, zusammen colligiert und gesetzt von* HIERONYMO BRVNSCHWYGK, *so dan von vilen erfahrenden Meystern der ertzny er erfahren und ouch durch sin teglich hantwürckung erkundet und geleret hatt.* Ad calcem: *Hiemit volendt das büch genant lyber de arte distillandi de simplicibus von* IERONIMO BRVNSCHWYG *vvundt Artzot der Keiserlichen freyen statt Strassburg, und getruckt durch den vvolgeachten* Johannem Grüeninger zu *Strasburg in dem achten tag des meyen 1500.* fol. pagg. 212. auersis non numeratis, icon. plantar. 238., quarum vero aliquot bis terue alio nomine insertae, omnes autem cum iisdem Herbarii Germanici editionis Argentoratensis, supra art. IV. no. 6. seqqu. recensitae, vel eaedem vel saltem iisdem similes sunt, additis aliquot aliarum rerum imaginibus futilibus: comprehendunt hunc librum II. pag. 15 — 123. In praefatione Auctor de se ipso haec scribit: *ich* HIER. BRVNSCHWYG *des geschlechts* SALERN, *bürtig von Strasburgk* &c. 2) *Medicinarius. Das buch der Gesuntheit. Liber de arte distillandi simplicia et composita. Das nüv büch der rechten kunst zu distilliren. Ouch von* MARSILIO FICINO *und anderer hochberöpmter Artzte natürliche und güte Kunst zu behalten den gesunden leib und zuvertryben die kranckheit mit erlengerung des lebens. Ibid. per eundem 1505.* fol. pagg. 188. (vel potius ob errorem in numeris commissum 192.) auersis non numeratis, icon. 200.: nonnullae enim plantarum aeque, ac aliarum rerum, figurae primae editionis omissae sunt. Titulus equidem auctorem priorum librorum non nominat, praefatio vero iisdem verbis modo citatis eundem declarat. 3) *Das Distilierbuch. Das buoch der rechten Kunst zü distilieren und die wasser zu brennen, mit figuren angezögt &c. Erstmales von meister* IERONYMO BRVNSCHWICK *zesamen coligiert und ouch dabei von* MARSILIO FICINO *des hochberümpten, des langen und gesunden lebens, als er an im selb bewert, und hundert und zehen iar rüwigklichen gelebet hat. Ibid. per eundem 1515.* fol pagg. 130. auersis non numeratis, icon. 198. futilibus omissis. 4) *eodem titulo ibid. per eundem 1521.* fol. pagg. 130. icon. 207. futilibus iterum missis. Marsilii tractatus peculiari titulo vti in praecedenti editione instructus a. 1528. Omnium harum editionum lingua germanica excusarum figurae, paucis exceptis, sunt eaedem, et no. 2. 4. coloratae, in omnibus vero pari negligentia locatae, quare vero simile videtur, eas a typographo tantum, vtpote iam paratas, pro lubitu lucri caussa additas esse, hincque in omnibus editionibus in eadem typographia excusis, numero, ordine, quandoque etiam habitu (vti etiam illae herbarii germanici eiusdem officinae typographicae) variare. 5) *Distilierbuch der rechten kunst, newe und gemein distilier und brennöfen mit aller zugehörender bereitschafft zu machen, aus allen Kreütern die wasser zu brennen und distilieren. Von M.* HIERON. BRAVNSCHWEIGEN *colligiert &c. sampt lebendiger abcontrafactur der Kreuter &c. iezund von newem gemehrt und gebessert &c. Francof. ad Moenum per Weygand Han,* fine anno 4. pagg. 101. plantar. ic. (a pag. 13. ad 90.) 185. 5) *Eodem titulo ibid. per eiusdem typographi haeredes,* sine anno, 4to pagg. 126. figurae eaedem (vnica sambuci omissa) sed vilissime coloratae. Hae editiones quoad expositionem et ordinem cum Argentoratensibus conueniunt (si excipias aquas, quae ex aliis rebus, quam herbis, parantur, quae alteram partem constituunt, pariter cum imaginibus inutilibus praefixis, et FICINI tractatum omissum) sed figurae omnes recens sculptae, minores quidem, naturae tamen magis respondentes et illis Egenolffiani herbarii germanici similes sunt. Plures huius operis editiones non vidi, neque etiam vllam ab aliis indicatam reperi. Conf. D. de HALLER l. c. §. VI. Prodiit quidem primus huius tractatus liber, de arte destillandi in genere, cum herbarii germanici editione a RHODIONE publicata (art. IV. no. 13.) et procul dubio etiam vires aquarum simplicium reliquis ibidem recensitis insertae sunt; sed hae non solum nullibi distinguuntur, verum etiam ipsa plantae historia, quatenus

a BRVN-

a BRVNSCHWIGIO traditur, nullibi reperitur, et icones, vt l. c. iam indicatum est, prorsus aliae sunt. Recusus quoque est hic tractatus cum PED. DIOSCORIDIS herbario, primum per IO. DANZIVM von AST germanice reddito et deinde a PETRO VFFENBACHIO correcto, figuris aeneis ornato et Francof. ad Moen. sumtibus *Conr. Corthoys* 1610. in fol. edito, hoc peculiari titulo instructus: *Ars destillandi, oder Diestellier Kunst* HIER. BRAVNSCHWEIG &c. *aufs new übersehen, mit schönen Figuren in Kupffer geziert, von allen erratis entlediget und mit besserm Teutsch begabet 1610.* a pagg. 474. ad pag. 616. Sed hac quoque in editione plantarum descriptiones et figurae omissae sunt, et illae in titulo indicatae repraesentant tantum instrumenta pro aquis destillandis necessaria, plantarum vero icones nonnisi priori DIOSCORIDIS herbario insertae reperiuntur, quae, satis laudabiles, primae forsan sunt in Germania aeri incisae. Asseruatur porro in mea collectione eiusdem Auctoris tractatus hac inscriptione: *liber de arte distillandi de compositis, das buch der waren kunst zu distillieren die composita und simplicia, und das buch thesaurus pauperum, ein schatz der armen genant Micarium &c. von mir* JHERONIMO BRVNSCHWICK &c. (in praefatione BRVNSCHWEIG von SALERN, bürtig zu Strasburg) *Argentor. 1512.* sine typogr. nomine. fol. pagg. 344; paucis tituli verbis mutatis *ibid.* per Io. Grüninger 1519. fol. pagg. 330; *ibid. per Balth. Gruninger 1532.* fol. pagg. 280. in omnibus auersis non numeratis. Sed hoc opus pariter germanico idiomate et in folio excusum, pars altera est prioris et agit solummodo de compositis medicamentis, neque etiam vllam plantarum descriptionem aut iconem continet, adeoque ab antecedenti penitus distinguendum est. Liber eiusdem tractatus quintus est sic dictus thesaurus pauperum, quem sigillatim excusum possideo hoc titulo: *thesaurus, pauperum Hauss Apoteck guter gebräuchlicher Artzeney &c. durch* HIER. BRAVNSCHWEIG, *Francof. ad Moen. apud Chr. Egenolfi haeredes 1591.* 8. pagg. 133. auers. non numer. nil continet quam remedia euporista contra varios morbos, et procul dubio idem est cum illo, quem SEGVIERIVS p. 233. titulo *Apothecae vulgi 1729.* 8. germanice impressae indicat.

VII. Silentio denique hic praetereundum haud est PETRI de CRESCENTIIS opus ruralium, quoniam aliquot stirpium figuras pariter continet, licet hae quoque nonnisi typographis tribuendae, ipsae viles et absque iudicio plerumque locatae sint. Huius operis possideo sequentes editiones in folio excusas 1) *PETRVS DE CRESCENTIIS zu teutsch mit figuren,* ad calcem: *gedrückt und volendet noch der Geburt Christi M CCCC XCIIII.* sine paginis sed cum custode. foliis 229. ind. 5. 2) PETRVS DE CRESCENSIS *Das büch von Pflantzung der aecker, boem und aller krüter.* ad calcem: *nüvv getruckt und geendet M D XII.* vnacum indice pagg. 172. auersis non numeratis. Vtraque editio locum, vbi excusa est, non indicat, inter figuras autem, quas haec et illa exhibet, nulla prorsus est differentia, si paucas excipias in posteriori omissas vel alio loco insertas. Reperiuntur harum circiter 160, ex quibus illae herbarum maximam partem sunt eaedem cum istis herbarii germanici Argentorati excusi (vnde coniectura de loco typographi facilis est) arborum vero circiter 40. adhuc viliores. Praeter has stirpium icones plures insertae sunt aliae nullius prorsus momenti. 3) PETRVS DE CRESCENTIIS *von dem nutz der ding die in aeckern gebowt werden. Argentor. impress. apud Io. Schott 1518.* pagg. 169. auersis non numeratis, tit. praef. et ind. fol. 6. icon. stirp. 157. ex quibus vltra 100. sunt illae ipsae, quae editio Herbarii latini superius art. III. no. 3. recensita continet, ex quo concludere licet, eam herbarii latini editionem Argentorati quoque excusam esse. 4) *De omnibus agriculturae partibus et de plantarum animaliumque natura et vtilitate lib. XII. per* PETRVM CRESCENTIENSEM &c. *Basil. per Henrich. Petri 1548.* pagg. 385. tit. praef. et index pagg. 12. icon. stirp. 135, quae, ante memoratis minores, paullo maiori quidem artificio sculptae et maximam partem naturali exemplari similiores sunt; nihilominus tamen pariter de incuria auctoris testantur et haud paucae, vti in antea memoratis, incongruo loco, imo etiam plus quam semel insertae reperiuntur. Plures huius operis editiones variis linguis impressas indicat saepius citatus D. SEGVIERIVS *p. 354,* ex quibus tamen non nisi tres occurrunt cum figuris, nempe Venetiis 1511. 4. ibid. italica lingua 1561. 4. ibid. eadem lingua 1564. 8. cum 16. figg. quas nondum vidi; sex aliae autem sine figuris ab ipso etiam indicatae mihi ad manus sunt, nempe 5) latino sermone exposita in folio columnis diuisis, sine titulo, sine paginarum numeris et sine litteris initialibus (pigmento nunc rubro nunc caeruleo artificiose adscriptis) cum littera tamen custodis. Ad calcem legitur: Praesens opus ruralium commodorum PETRI DE CRESCENTIIS hoc industrioso caracterisandi stilo ad cunctorum utilitatem omnipotentis dei suffragio novissime impressum est in domo Johannis de Westfalia. Alma ac florentissima in universitate Lovaniensi, foliis 195. sine anno 6) Alia editio iisdem characteribus eademque mole cum hac rubra ad calcem subscriptione: Präsens opus ruralium commodorum Petri de Crescentiis. quodam industrioso caracterisandi stilo: novissime omnipotentis dei suffragio adinuento. extitit hac littera vera modernata abscisa. et formata: impressum per Joannem de wvestfalia Paderbornen dyocesis. In alma ac florentissima universitate Louaniensi residentem. Anno incarnationis Dominice m°cccc°.lxxiiii°. mensis Decembris die nona. ‡‡‡ Hoc in exemplari aliquot litterae initiales auro et variis pigmentis elegantissime pictae sunt. 7) Antiquior editio in fol. sine paginarum numero, custode et sine litteris initialibus foliis 205. columnis integris cum hac in fine subscriptione: Petri de crescencys ciuis bonoñ. ruralium comodorum libri duodecim finiunt feliciter per iohannē Schüßler ciuem augustensem impressi. circit. xiiij. kalendas marcias. anno vero a partu virginis salutifero Millesimo quadringentesimo et septuagesimo primo ꝛc. 8) editio pariter in folio cum hoc simplici titulo primo folio impresso: Opus ruralium commodorum Petri de Crescentiis. Ad calcem: Präsens opus ruralium commodor. Petri de crescentiis hoc industrioso caracterisandi stilo ad cunctor. vtilitatem omnipotentis dei suffragio impressum est argentine. Anno domini m cccc lxxxvj Finitum quinta feria ante festum sancti Gregorii. Haec editio constat foliis 147. columnae sunt diuisae et singulis paginis tituli loco adscriptus est librorum numerus, ceterum nec paginarum numeri nec custodis litterae adsunt, et loco initialium litterarum maiorum areis vacuis impressae sunt litterae minores. conf. Scriptores rei rusticae &c. curante IO. MATTH. GESNERO *Lips. sumpt. Casp. Fritsch 1735.* 4. mai. editi praemissor. p. XLIX. 9) *de agricultura,*

cultura omnibusque plantarum et animalium generibus libri XII. auctore optimo philosopho et agricola PETRO CRESCENTIENSI &c. *Basil. per Henr. Petrum* 1538. 4. pagg. 574. 6) *Trattato dell' Agricoltura di* PIERO *de'* CRESCENZI &c. *di nuovo rivisto e riscontro con Testi a penna dallo'* NFERIGNO. *In Firenze* 1605. *appresso Cosimo Giunti*. 4. pagg. 576. tit. dedic. et praef. pagg. 8. ind. pagg. 12.

Atque haec sunt opera illa stirpium imaginibus ornata, ex quibus, renascente rei herbariae studio, eius cultores informationem haurire poterant, vsque dum feliciori sidere, priori iam seculi XVI. dimidio, plures viri cordatiores et doctiores, omnes quantum scio (neque etiam LINNAEVS biblioth. bot. alios istius aeui inter ichniographos indicat) Germani, stirpium descriptiones figuris naturae magis similibus illustratas cum publico communicarunt, quorum operum breuem recensionem coronidis loco addo.

VIII. Omnium autem primus genuinas stirpium imagines paratas cum publico communicare coepit immortalis memoriae BRVNFELSIVS, cuius opera huc pertinentia sequenti ordine prodierunt. 1) *Herbarum viuae eicones ad naturae imitationem summa cum diligentia et artificio effigiatae, vnacum effectibus earundem, in gratiam veteris illius et iamiam renascentis herbariae medicinae per OTH. BVNF. recens editae 1530, quibus adiecta ad calcem appendix isagogica de vsu et administratione simplicium, item index commentariorum singulorum. Argentorati apud Io. Schottum.* Fol. praeter dedic. et indic. pagg. 266. App. plagg. 14. icon. 86. 2) *Noui herbarii Tomus II. per OTH. BRVNF. recens editus 1531. ibid.* pagg. 90. icon. 49. cum appendice varios aliorum auctorum commentarios continente pagg. 199. et ind. pagg. 5. 3) *Tomus herbarii OTHONIS BRVNFELSII III.* (posthumus) *corollariis operi praefixis, quibus respondet calumniatoribus suis, passim errata quaedam priorum tom. diluens. Ibid. ap. eundem* 1536. pagg. 240. ind. pagg. 2. icon. 103. 4) Recusus est ibid. apud eundem *Tom. I. eodem titulo* et absque mutatione a. 1532. 5) *Tom. II.* vero a. 1536. eodem quidem titulo, sed ita mutatus prodiit, vt non solum paginis, verum etiam quatuor iconibus (*Iaceae nigrae*, *Rorismarini*, *Saluiae*, *Valerianae*) sed paruis additis differat. 6) A. 1537. ibidem apud eundem comparuit iterum *Tom. I.* a. 1632. recusus vna cum *Tom. II. et III.* a. 1536. edito, sed hoc titulo generali praefixo: *OTH. BRVNFELSII herbarium tomis tribus exacto tandem studio, opera et ingenio candidatis medicinae simplicis absolutum:* qua in editione nil reperitur mutatum. 7) Tandem a. 1539. iterum *eodem titulo generali* apud eundem prodibat hocce opus, cuius *Tom. I.* paginis quidem respondet praecedentibus editionibus, sed non contentis, quibus denuo accesserunt sex icones (*plantaginis aquaticae*, *Dracontii maioris*, *Parietariae*, *Aristolochiae*, *Verbenae foeminae*, *Perfoliati*) ex quibus autem quatuor vltimae totidem aliis hic omissis (*Boni Henrici*, *Fumariae bulbosae secundae speciei*, *Senecionis*, *Bifolii sine flore*) ceu emendatae substituuntur. *Tom. II.* est idem a. 1536. recusus; *Tom. III.* vero etiam denuo impressus, paginis quidem conuenit cum eius prima editione, sed cotinet quatuor figuras nouas (*Astrantiae*, *alteram iconem Semperuiui*, *Filicis*, *Cumini*) et duas emendatas (*Allii*, *Porri*) totidem vero etiam viliores (*Acetosellae*, *Anisi*) et vna (*Colchici*) prorsus omissa est. Ceterum huius editionis vltimo tomo iterum accessit appendix de vsu et administratione simplicium in praecedenti editione omissa. Praeter has latinas editiones 8) prodiit hoc opus in germanicam linguam traductum hac inscriptione: *Contrafayt Kreüterbuch nach rechter vollkommener art, und beschreibungen der alten, bestberümpten ärtzt, vormals in Teutscher sprach, der massen nye gesehen, noch im Truck aussgangen. Sampt einer gemeynen Inleytung der Kreüter vrhab, erkantnuss, brauch, lob, und herrlicheit. Durch* OTHO BRVNNFELSS *newlich beschrieben 1532. zu Strassburg bey Hans Schotten.* fol. pagg. 332. praemiss. pagg. 20. index nom. german. et morbor. pagg. 14. icon. 176. ex quibus 4. bis occurrunt. 16. nouae autem (p. 34. *vveisser Augentrost*, 90. et 92. *Teuffels Abbiss*, 97. et 185. *Frauvven röslin* (lychnis coronaria) 102. *vveiss Gilgen*, 112. *Blavv Gilgen*, 128. *Edler Hanen Füss* (Geranii species) 136. *Chamillen*, 214. *Gross Vogelkraut* et *Klein Vogelkraut*, 233. *Wolffsmilch* (Esula rotundifolia) 238. *Edler Steinbrech* (Herniaria) 241. *Schlutten* (Alkekengi) 243. *Widerthon oder Widertodt* (polytrichon aureum) 262. *Springkraut* (Catapucia) 323. *Katzentreubel männlin und vveiblin*) accesserunt, quae in III. tomis latinis omnium editionum non reperiuntur. 9) *Ander Teyl des Teutschen Contrafayten kreüterbuchs. Durch Doctor* OTTH. BRVNNFELSS *zusammen verordnet und beschriben 1537. fol. ibid. ap. eundem*, pagg. 173. tit. praef. pagg. 3. ind. pagg. 2. icon. 98. ex quibus 27. ad priorem tomum, vtpote ibidem iam descriptae, referuntur, et vnica, scilicet p. 145. Ricinus, descriptione caret, ceterum 32 icones (p. 14. *Crocus* (Colchicum cum fructu) 32. *Knoblauch*, 36. *Zybelen* (cepa, cuius eadem icon quidem op. lat. T. III. edit. 1540. iam reperitur, sed minor) 41. *Weisser Senff*, 48. *Mörrettig*, 62. *Reiss* (Nasturtium hortense) 67. *Zysseren* (Cicer) 75. *Römischer Mangold*, 76. *rother Mangold*, 84. *Weinreb*, 87. *Hartryegel* (Ligustrum cum baccis) 88. *Schlehen*, 88. * *Wegkholder* (Iuniperus) 90. *Brombären*, 92. *Beerenkloe* (an Astrantia) 96. *Bertram* (Ptarmica) 98. *Diptam* (Fraxinella) 108. *Wylder Hysop*, 112. *Stabvvürtz*, 114. *Encian* (quo nomine damnoso errore sistitur icon Belladonnae) 116. *Bachbunn* (Beccabunga rotundifolia) 118. *Saurrauch* (Berberis cum fructu) 132. *Haussvvurtz* (Sedum maius) 137. *Beervvurtz*, 138. *Nept*, 139. *Peonien Rosen*, 140 *Hopff* (Lupulus) 142. *Weisse Nyessvvurtz* (an Arnica) 144. *Geyssblatt* (Caprifolium) 145. *Wunderbaum* (Ricinus) 146. *Rosen*, 148. *Röte* (an Carthamus) nouae sunt. Praefatio docet, hunc tomum post auctoris obitum in lucem prodiisse, et illarum plantarum, quae postea latinis tomis accesserunt, descriptionem latinam ex schedis auctoris relictis Doct. MICH. HERR adornasse. His operibus accensendus adhuc est 10) liber, cui titulus: *In* DIOSCORIDIS *historiam herbarum certissima adaptatio, cum earundem iconum nomenclaturis graecis, latinis et germanicis. Der kreüter rechte warhafftige contrafactur, erkanntnuss, und nahmen kryechisch, latinisch und teutsch, nach der beschreibung* DIOSCORIDIS 1543. *Argentorati Io. Schottus aere perennius dedit.* fol. pagg. 372. sed falso calculo: siquidem pagg. 108. ad 111. et pagg. 244. ad 299. omissae sunt, et quidem non solum in meo exemplari, verum etiam in alio collato. Accedit index plantarum, nominum latinorum, temporis quo florent et quo colligendae, naturae seu complexionis eiusque graduum, et loci vbi crescunt pag. 14. Continet nempe hic liber 314 icones, ex quibus 271. eaedem sunt, quae in BRVNFELSII operibus vel latinis vel germanicis apud eun-

dem

dem typograghum excusis reperiuntur, si excipias quinque (secundae edit T. II. p. 63 *Rosmarinum*, 92. *Salviam*, primae edit. T. III. p. 105. *Anisum*, p. 135. *Allium*, Germ. edit. T. II. p. 40. *Sinapi*) quae hic eodem quidem habitu, sed magnitudine aucta, sistuntur; reliquae vero quadraginta tres (p. 27. *Cicuta*, 28. *Ruta montana* (Thalictrum) 78. *Aloe*, 79. *Sena*, 81. *Sambucus*, 96. *Helix* (Bryonia baccis rubris) 113. *Omphalocarpon* (Aparine) 114. *Solidago Saracenica*, 115. *Stichas vel stoechas* (an Cinara) 146. *Ribes*, 161. *Hymphör* (Rubus idaeus), 162. *Vitis alba* (Bryonia baccis nigris), 170. *Cyclaminus* (Lathyrus aruensis tuberosus), 178. *Hieracium paruum*, 179. *Androsemon* (Hypericum Androsaemum dictum), 196. *Ein Wasserkraut forte Wasser Epff* (Apium palustre), 197. *Nardus indica* (Lauendula latifolia), 198. *Pseudonardus*, *lauendula* (Lauendula angustifolia), 200. *Anethum*, 201. *Blitum*, 202. *Betonica pratensis* (Caryophyllus syluestris) et *Betonica syluestris* (Lychnis flore laciniato), 206. *Ocimum minus*, 217. *Aconitum pardalianches* (Paris), 219. *Tusago* (Chamaedrys montana), 307. *Sanct Catharinen Blüm* (Nigella aruensis) et *Weinkraut* (an Lycopodium), 313. *Absinthium marinum*, 314. *Abrotanum foemina*, 315. *Ononis*, 316. *Heracleotica*. *nux auellana*, 317. *Cypressus* (an Chamaepitys, parua icon), 319. *Narcissus* (planta flore radiato ex icone non cognoscenda), 321. *Lysimachia* (quadrifolia lutea), 322. *Pteris*, *Filix mas* (an Polypodium), 328. *Centummorbia* (Numularia), 352. *Spatula foetida* (falsa icon mihi ignota), 353. *Polygonum*, 356. *Vergiss mein nit* (Echium scorpioides palustre), 358. *Veratrum album*, 361. *Ruta syluestris mas* (Thalictrum), 366. *Telephium*, *Crassula maior*, *Aizoum syluestre* (an Baccharis), 372. *Brennkraut* (an Galeopsis calycibus aculeatis) accesserunt, quum omissae sint e contrario decem et septem (*Plantago rubea* T. I. p. 25, *Chamaedrys* 125, *Bifolium* absque flore 183, *Gänsblümlein* (Alyssi species) T. II. p. 34., *Vnifolium* 68, *Pentaphyllon* app. 215, *Elichryson* T. III. p. 114, *Centauria* (Centaurium minus) 125, *Cuminum* 138, *Chaerefolium* 141, *Origanum* 159, *Millefolium paruum* 171, *Napus* 193, *Siser* 198, Germ. edit. T. I. *Napi* alia figura p. 45, *Thymus* 109, *Wilde vvelsche bohnen* (Lychnidis species) 119) quae memorata opera continent. Ceterum huius libri singulis stirpibus nuda tantum nomina graeca, latina et germanica adduntur saepissime correcta, vnde etiam species vnius generis accuratius coniunguntur; seruantur tamen multorum nomina falsa et praecipue etiam illud Gentianae p. 87. Belladonnae imagini iterum adscriptum. Pag. 221. ad 312. inseruntur plantarum nondum cognitarum descriptiones ex DIOSCORIDE in germanicam linguam versae. Quoniam huic libro nulla praefatio nec alia informatio praefixa est, incertum manet, cuius ope vsus sit typographus in illis, quae ad correctionem et auctionem eius pertinent. Ceterum adhuc moneo, SEGVIERIVM p. 54. hunc librum annumerare FVCHSII operibus, deceptum a catalogo bibliothecae Riuinianae ab ipso citato, vbi p. 577. no. 6419. Fuchsii opera botanica sequitur.

IX. Eodem tempore, quo BRVNFELSIVS rem herbariam egregie illustrauit, pari studio eundem scopum sibi praefixit TRAGVS siue, quod germanica lingua idem significat, BOCK, quem SEGVIERIVS p. 15. BOACK perperam scribit: quousque tunc temporis iam in distinguendis stirpium nomenclaturis penetrauerit, satis docet eiusdem epistola ad BRVNFELSIVM a. 1531. data et huius herbarii Tom. II. append. p. 272—281. inserta. Operum, quae ipsemet edidit, sequentes possideo editiones. 1) *New Kreütter Buch, von underscheydt, wurckung und namen der kreütter so in Teutschen landen wachsen. Auch derselbigen eygentlichen und wolgegründten gebrauch in der Artznei, zu behalten und zu fürdern leibsgesundheyt fast nutz und tröstlichen, vorab gemeynem uerstand. Beschriben durch HIERONYMVM BOCK aus langwiriger und gewisser erfarung, und gedruckt zu Strassburg, durch Wendel Ribel. Im Iar 1539.* fol. Pars I pagg. 174. auersis non numeratis. Praemiss. ind. pagg. 20. Pars II. pagg. 88. ind. pagg. 8. Capita 200, describere 478 plantas, ipsa indicat praefatio; sed tot capita comprehendit pars I. et 119. pars II: caret autem haec editio iconibus. 2) *Kreutter Buch. Darin Unterscheid, Wurckung und namen der kreuter, so in Deutschen landen wachsen, auch derselbigen eigentlicher und wolgegrundter gebrauch inn der Artznei fleissig dargeben, Leibsgesundheit zu behalten und zu furdern seer nutzlich unt tröstlich, vorab dem gemeinen einfältigen man. Durch H. HIERONYMVM BOCK aus langwiriger und gewisser erfarung beschriben, und jezund von newen fleissig uberseben, gebessert und gemehret, dazu mit hüpschen artigen Figuren allenthalben gezieret &c.* ad calcem: *gedrukt zu Strassburg bey Wendel Ribel 1546.* fol. pagg. 353. auersis non numerat. icon. 477. (inter quas cap. 42. p. 51. b, vbi de aquilegia agit, icon quoque *Rhapontici enulae folio* nomine *Rapontic* occurrit, quae in omnibus sequentibus editionibus omissa est.) praemiss. cum indic. pagg. 38. Pars I. iterum comprehendit cap. 200.; sed P. II. 150. Hanc esse primam huius autoris editionem figuris ornatam, testatur typographi praefatio eodem a. 1546. scripta, vbi indicat, se ante 3. annos de figuris addendis sollicitum fuisse, ex quo simul patet, eum curam earundem habuisse, id quod probabilius redditur ex eo, quod auctor in sua praefatione et dedicatione eodem anno consignata figurarum nullam plane mentionem facit: hinc vbicunque hae figurae illarum BRVNFELSII aut FVCHSII (de quibus artic. sequ.) imitationes tantum sunt, plagium hoc forte non auctori sed typographo tribuendum est. SEGVIERIVS l. c. ex Cat. bib. Lugd. bat. editionem eiusdem anni ibidem excusam titulo longe alio recenset, quo elementorum, quadrupedum, auium et piscium simul mentio fit; sed nullum aliud exemplar in citato catalogo reperire potui, quam p. 131. solo hoc titulo: *HIER. BOCK Kreuterbuch. Strasb. 1546. fol.* de erroris origine conf. numerum 8. mox sequentem. 3) HIERON. TRAGI *de stirpium, maxime earum, quae in germania nostra nascuntur, vsitatis nomenclaturis, propriisque differentiis, neque non temperaturis ac facultatibus, commentariorum libri tres, germanica primum lingua conscripti, nunc in latinam conuersi, interprete DAVIDE KYBERO Argentinensi. His accesserunt a fronte praefationes duae, altera D. CONR. GESNERI &c. rei herbariae scriptorum, qui in hunc vsque diem scripserunt, catalogum complectens: altera ipsius Authoris, herbariae cognitionis laudes, et alia nonnulla scitu tum necessaria, tum iucundissima, continens. Praeterea corollarii vice ad calcem operis adiectus est BENED. TEXTORIS Segusiani de stirpium differentiis ex DIOSCORIDE secundum locos communes libellus &c. Ad haec indices sex: quibus non tantum nomenclaturae graecae, latinae, germanicae, arabicae, hebraicaeque, sed et morborum curationes optimo ordine indicantur, subiunximus. Argentorati excudebat Wendelin. Ribelius anno 1552.* 4. pagg. 1200 praemiss. pagg. 66. indic. pagg. 62. Hac editione continentur eaedem no. 2. icones et 15. nouae (p. 13. *melissa vulgaris*, 130. *polygonaton*, *Lydvveich*, 144. *Bellis maior*, 167. *Psyllium*, 297. τιθύμαλος κυπαρισσίας, 312. *Prunel*

 la

la (Bugula), 464. *vulgare apium*, 523. *iecoraria*, 678. *gramen*, 781. *orchis foemina altera*, 790. ἀσφόδιλος, 832. *cucumis filuestris*, 841. *tribulus aquaticus*, 863. *acanthus seu branca vrsina italica vera*, 876. *cuminum satiuum*) vt et 3. emendatae (p. 406. *elleborus niger verus* (adonis), 543. *filicis maioris alterum genus* (osmunda), 904. *Sphatula foetida*) nec non totus liber III. a p. 939. ad 1127. capitt. 80. et figg. 76. arborum et fruticum potiffimum hiftoriam tradens. Ceterum icones L. I. et II. totidem capitibus et eodem ordine ac in no. 2. recenfentur, fi excipias illas p. 37. 72. f. 1. 729. 772. 778. 814. 885. alio nomine et loco expofitas. Praefatio TRAGI noua et multo prolixior, fed fine die et confule data, cap. XI. de artifice, qui figuras delineauit haec commemorat: *noftros vero commentarios iconibus illuftrauit adolefcentulus quidam Argentinenfis Dauid Kandel nomine. Is enim Wendel. Ribelii noftri fumptibus ad me Hornbachium conceffit, vbi herbarum fruticum, arborumque imagines fimpliciffime, fed et ad imitationnem viuarum ftirpium, quas illi proponebam, diligentiffime expreffit &c.* 4) *Verae atque ad viuum expreffae imagines omnium herbarum, fruticum et arborum, quarum nomenclaturam et defcriptiones HIER. BOCKIVS in fuo tum germanico, tum latinitate donato ac recens aedito Herbario comprehendit, nunc primum hac minori forma in gratiam et vtilitatem omnium herbariae rei ftudioforum excufae,* cum fubfcripto hoc ipfo titulo germanice reddito. *Strafsburg bei Wendel Ribel 1553.* 4. pagg. CCCXXXIII. continet eodem ordine omnes icones no. 3. vnica Acanthi omisfa, cum appofito nomine latino et germanico. Tituli pagina auerfa oftendit auctoris effigiem, et ad calcem adiectus eft index nominum germanicorum pagg. 6. ceterum praefatione et omni defcriptione caret. 5) *Kreuter Buch, darinn Unterfcheid, Nahmen und Würckung der Kreütter, Stauden, Hecken und Beümen, fampt ihren Fruchten, fo in teutfchen landen vvachfen &c.* iisdem verbis ac no. 2 ad calcem: *Strafsburg durch Jof. Ribel 1560.* fol. pagg. 413. auerfis non numeratis, praemiff. indic. pagg. 48. In hac editione omiffae funt editionis 2. 3. 4. figurae 15. fequentes: *vulgare rapum alterum f. rot Ruben, Vicia, lilium album, cufcuta,* edit. no. 3. *acanthus,* edit. no. 3. et 4. *pfyllium, gramen, orchis foemina altera, afphodelus, tribulus aquaticus, cuminum fatiuum, fphatulae foet. icon emendata, thymelaea, febeften, iuiubae.* 6) *Eodem titulo, ibidem per eundem 1565.* nec paginis nec contentis, nec figuris differt a no. 5, fi excipias iconem *viciae, cufcutae, fphatulae foet. emendatae, thymelaeae, febeften, iuiubarum* ex edit. no. 2. 3. et 4. additas. 7) *Eodem titulo ibid. per eundem 1572.* differt pagg. 369. auerfis non numeratis, contenta autem cum figuris refpondent no. 6., fi vnicam *tribuli aquatici* figuram ex edit. no. 3. et 4. additam excipias. 8) *Eodem titulo* cum hoc additamento: *item van den vier elementen, zamen und wilden thieren, auch Vögeln und Fifchen, Milch, Käs &c. alles durch H. HIER. BOCK aus langvviriger und gevviffer erfahrung befchriben. Jezund aufs nevv mit allem Fleifs überfehen und mit vielen nützlichen Experimenten gebeffert und gemehret, auch vvie man die Kreütter zu rechter Zeit famlen und diftilliren foll. Durch MELCHIOREM SEBIZIVM &c. fampt fünff nützlichen Regiftern, ibid. per eund. typograph. 1580.* fol. pagg. 450. auerfis non numeratis, praemiff. cum ind. plantar. nominum graecor. arabic. latinor. et germanicor. pagg. 60. virtutum pagg. 44. Differt haec editio a praecedentibus praefatione SEBIZII d. d. 14. Aug. 1577. data, inftructione de plantarum collectione et aquis ex illis deftillandis inter praemiffa contentis, vt et Parte IV. pag. 397. feqq. quae antea figillatim iam excufa fuit. Reliquum et quod ad ftirpes proprie pertinet opus, praeter virtutum expofitionem paullo prolixiorem, figuris conuenit cum no. 5. fi excipias 6. icones (p. 35. *gefüllter Hanenfüfs*, p. 43. *Wild Nigella*, p. 54. *Krottendill*, p. 122. b. *klein Stabvvurtz*, p. 294. b. *melonen* p. 315. *mondragora Weiblein*) et vnam (p. 295. *Peponen*) mutatam. 9) *Kräutterbuch, weylandt des weitberhymten und hocherfahrnen Herren HIERONYMI TRAGI, genant BOCK, auf vielfaltiges begeren und freundliches Erfuchen mit Vleifs überfehen und mit der kräutter zunamen vrfachen, qualiteten, deren gradbus, gebrauch in den Apotecken in fehr vielen innerlichen und äufferlichen experimentis gemehret und gebesfert durch MELCHIOREM SEBIZIVM &c. fampt angehenckten Speifskammer ermelten Herrn H. BOCKEN, darinn aber für difsmal nichts geändert vvorden. Strafsburg in Verlegung Wilhelm Chriftian Glafers 1630.* fol. pagg. 892. praemiff. p. 47. indic. pagg. 79. P. IV. pagg. 94. ind. pagg. 8. Huius editionis titulus aeri incifus eft et eius curam habuit MELCH. SEBIZII filius eiusdem nominis. Figurae omnes funt eaedem ac no. 8. Quae pater eius addidit, littera s. et quae filius adiecit * notata funt, ad quem porro pertinent fynonyma plantarum ex aliis auctoribus collecta et ad margines notata. Omnes hae editiones (no. 5—9) continent TRAGI praefationem eandem, quam no. 3. exhibuit, germanice compofitam cum fubfcripto d. 4. Febr. a. 1551. Eodem etiam anno operis huius editionem germanico fermone recufam effe, indicat SEBIZIVS filius in fua praefatione, quam editionem nondum vidi neque etiam a LINNAEO et SEGVIERIO annotatam reperi. Praeter has SEGVIERIVS p. 15. aliam editionem germanici operis in fol. a. 1580. et 1586. itemque imaginum (no. 4.) in 4. a. 1554. indicat, quae etiam ad manus meas nondum peruenerunt.

X. Tertius vtiliffimi huius inftituti focius erat LEONARDVS FVCHSIVS, vel propterea praeftantior, quod primus excufferit inueteratum illud praeiudicium, DIOSCORIDEM omnes nouiffe plantas, omnesque plantas, quas nouit, vbique crefcere. Primitiae fcientiae fuae funt *Annotationes aliquot herbarum et fimplicium a medicis hactenus non recte intellectorum*, quae cap. 34. comprehenfae extant in Brunf. herb. T. II. app. a p. 129. ad 155, quae vero epitome tantum funt earum, quas inter alias, ad materiam fic dictam medicam non pertinentes, continet huius auctoris libellus Haganoae in aedibus Io. Seceril a. 1530. impreffus hoc titulo: *Errata recentiorum medicorum LX. numero, adiectis eorundem confutationibus in ftudioforum gratiam iam primum aedita.* 4. pagg. 79. auerfis non numeratis. Operum eius botanicorum editiones in mea bibliotheca afferuantur fequentes: 1) *de hiftoria ftirpium commentarii infignes, maximis impenfis et vigiliis elaborati, adiectis earundem viuis plusquam quingentis imaginibus, nunquam antea ad naturae imitationem artificiofius effictis et expreffis, LEONHARTO FVCHSIO autore &c. Acceffit iis fuccincta admodum vocum difficilium et obfcurarum paffim in hoc opere occurrentium explicatio. Vnacum quadruplici indice, quorum primus quidem ftirpium nomenclaturas graecas, alter latinas, tertius officinis feplafiorum et herbariis vfitatas, quartus germanicas continebit. Bafil. in officina Ifingriniana 1542.* fol. mai. capp. 343. pagg. 896. ic. 512. praemiff. cum auctoris effigie p. 28. Acced. ad calcem effigies Henr. Füllmaureri et Alb. Meyeri pictorum, nec non Viti Rud. Speckle fculptoris fuper vna pagina. 2) *New Kreuterbuch, in vvelchem*

nit

nit allein die gantz histori, das ist, nahmen, gestalt, statt und zeit der vvachsung, natur, krafft und vvürkung, des meystentheyls der kreüter so in teutschen und andern landen vvachsen, mit dem besten Vleiss beschriben, sonder auch aller derselben vvurtzel, stengel, bletter, blümen, samen, frücht, und in summa die gantze gestalt, also artlich und kunstlich abgebildet und contrafayt ist, das dessgleichen vormals nie geschehen, noch an tag kommen. Durch LEONHART FVCHSEN &c. *Mit dreyen nützlichen Registern &c. Basel durch Mich. Isingrin 1543.* fol. mai. capp. 346. pagg. 345., inter quas (secus ac in latina editione) non numerantur illae iconum, quarum reperiuntur CCCCCXV. vel potius XVIII: numerus XXIII. enim duabus figuris additus est, figura post XII. numero caret et figuras 357. et 358. vna pagina continet. Accesserunt ergo huic editioni sex icones (c. 7. f. 12. * *Hünerbiss*, c. 11. f. 23. *spiziger vvegerich*, c. 186. f. 276. *vvilder meerhirss*, c. 210. f. 315. *knabenkraut vveible das mittel*, c. 325. f. 482. *vveiss mertzenblüm*, c. 344. f. 512. *kuchenschell*) nouae. Ceterum figurae vtriusque editionis sunt eaedem, et singulae integram folii paginam magnitudine aequant, iis tantum exceptis, quarum exemplaria natura sua minora sunt: paucae in edit. no. 2. aliis nominibus et alio ordine reperiuntur. Qui has icones cum illis TRAGI confert, facile deprehendit, illarum vt et earum a SEBIZIO additarum, magnam partem imitationes tantum harum esse. 3) *Laebliche abbildung und contrafaytung aller kreuter, so der hochgelert Herr* LEONHART FVCHS, *der Artzney Doctor, inn dem ersten theyl seines neuvven kreüterbuchs hat begriffen, in ein kleinere form auff das allerartlichest gezogen, damit sie füglich vonn allen mögen hin und vvider zur notürfft getragen und gefürt vverden. Gedr. zu Basell durch Mich. Isingrin 1545.* 4) *LEONHARTI FVCHSII medici, primi de stirpium Historia commentariorum tomi viuae imagines, in exiguam angustioremque formam contractae, ac quam fieri potest artificiosissime expressae, vt quicunque rei herbariae radicitus cognoscendae desiderio tenentur, eas vel deambulantes vel peregrinantes in sinu commodius gestare, adque natiuas herbas conferre queant. Vnacum duplici indice, quorum primus stirpium nomenclaturas latinas, alter vero germanicas continet. Basileae 1545.* 5) *Plantarum et stirpium icones* LEONHARDI FVCHSII, *medici et botanici celeberrimi, exquisite simul et artificiose in manualem hanc epitomen, Phytologiae studiosis percommodam, congestae: adiecto omnium quae continentur indice diligentissimo. Lugduni 1595.* Hae tres (3. 4. 5) libri in 8. pagg. 516. prodierunt, ad quam magnitudinem icones etiam redactae sunt, satis quidem exemplari illarum no. 1. et 2. respondentes, sed ob imminutam magnitudinem non omnia tam clare repraesentantes, atque praeterea, more artificum, figuras denuo sculpentium, inuersae. Ipsae figurae in singulis sunt eaedem, atque omnes illae, quas no. 1. et 2. continet, vnica (*Verbenaca recta siue mas* no. 1. p. 592. et no. 2. fig. 236.) excepta hicque omissa, vt adeo 517. (p. 361. nempe duas) icones contineant. Singulis his, sine vlla descriptione, additum est nomen latinum et germanicum, paucis aliud, quam in no. 1. et 2, quae propterea etiam alio ordine occurrunt. Ceterum no. 3. a 4. et 5. non differt nisi titulo et praefatione germanica. Prodiisse autem no. 3. et 4. auctoris consensu, docet eiusdem praefatio praefixa, prior d. 10. Augusti, posterior d. 28. eiusdem scripta. Prioris tomi no. 3. et 4. mentio fit, quia auctor sibi proposuit alterum quoque edere, atque etiam iam multas icones illi destinatas parandas curauit, quae nunc ad manus D. D. IO. GESNERI, Tiguri Canonici et medicinae Professoris celeberrimi peruenerunt. conf. ill. HALLERI Praef. ad opus Weinmann. §. VIII. nota k. 6) *de historia stirpium commentarii insignes maximis impensis et vigiliis elaborati,* LEON. FVCHSIO *authore: scholiis in singula prope capita longe vtilissimis a viro quodam medicinae doctissimo adiectis et plantarum voces gallicas passim exprimentibus. Accessit iis succincta admodum vocum difficilium et obscurarum passim in hoc opere occurrentium explicatio. Vnacum triplici indice* (germanico omisso) *&c. Parisiis apud Carolum Guillard 1547.* 12. p. 492. auersis non numeratis, praemiss. et ind. pagg. 32. 7) *de Historia stirpium commentarii insignes* LEONH. FVCHSIO *autore. Accessit iis succincta &c.* vt no. 6. *Adiecimus praeterea indicem vulgarium seu gallicarum dictionum, nunquam antea excusum. Lugduni ap. Guil. Gazelum 1547.* 12. p. 957. praemiss. et ind. pagg. 20. vocum explic. pagg. 16. 8) *eodem titulo* et addito: *vnacum quintuplici indice, graecas, latinas, herbariis seu officinis vsitatas, gallicas et italicas nomenclaturas continente. Lugd. ap. Io. Tornaesium et Guil. Gazeium 1555.* 12. pagg. 976. praemiss. et ind. pagg. 48. voc. expl. pagg. 15. Hae editiones (6. 7. 8.) figuris carent. 9) *De Historia stirpium commentarii insignes. Adiectis earundem viuis et ad naturae imitationem artificiose expressis imaginibus,* LEONH. FVCHSIO *autore. Accessit iis succincta admodum vocum quarundem &c. explanatio. Triplex item index. Prior stirpium latinas nomenclaturas, alter officinis et vulgo vsitatas, tertius gallicas dabit. Lugd. apud Balthaz. Arnoletum 1549.* 8. pagg. 852. icon. 512. praemiss. cum ind. et auct. effigie pagg. 29. voc. expl. pagg. 11. Haec editio ad exemplar no. 1. recusa est, sed figurae eousque imminutae sunt, vt longitudine vix 3 pollices superent adeoque ad vsum prorsus ineptae sint. 10) *Commentaires tres excellens de l'histoire des plantes, composez premierement en latin par* LEONARTH FOUSCH (corrupto nomine) *medecin tres renomé. Et depuis, nouuellement traduitz en langue Francoise, par vn homme scavant et bien expert en la matiere* (in Regis priuilegio adpresso nominatur ELOY MAIGNAN, Docteur en la faculté de medecine a Paris) *a Paris, chez Jaques Gazeau 1549.* fol. sine paginis. Constant autem praemissa cum indice nominum gallicorum et latinorum vt et virtutum pagg. 22. opus ipsum pagg. 554. icon 512. quod ad normam editionis latinae no. 1. compositum est ideoque totidem icones continet, quae vero sunt eaedem ipsae in minorem formam redactae, quas no. 3. 4. et 5. ostendunt, omissis illis, quae no. 2. accesserunt.

XI. Inter primos, qui rem herbariam imaginibus illustrarunt, fuit quoque CHRISTIANVS EGENOLPHVS, Francofurti ad Moenum bibliopola notissimus. Iam a. 1533. enim coepit, antiquum herbarium germanicum a RHODIONE emendatum nouis et naturae similioribus figuris ornare, quas successu temporis emendare et augere continuauit, conf. articul. super. IV. no. 13—16. Has easdem figuras etiam sigillatim in publicum edidit hoc titulo: 1) *Herbarum imagines viuae, der kreuter lebliche conterfeytunge. Francof. Chr. Egenolphus excudebat,* ad calcem, 1535. 4. foliis 40. seu pagg. 80. ind. lat. et germ. pagg. 7. figg. 226. Recudebatur absque mutatione a. 1538. 2) *Imaginum herbarum Pars II. Ander Theyl der kreütter conterfeytungenn. Ibid. 1536.* foliis 20. ind. pagg. 3. figg. 65. Praeter figuras nil continet hic libellus

bellus, quam nomina germanica et latina, atque haec saepius adhuc barbare scripta. 3) Super his ipsis figuris deinde commentatus est DORSTENIVS in opere, superiori catalogo iam citato, cui titulus: *Botanicon, continens herbarum, aliorumque simplicium, quorum vsus in medicinis est, descriptiones, et iconas ad viuum effigiatas: ex praecipuis tam graecis quam latinis authoribus iam recens concinnatum. Additis etiam, quae Neotericorum obseruationes et experientiae vel comprobarunt denuo, vel nuper inuenerunt. Aut. THEODERICO DORSTENIO, medico. Francofurti Christianus Egenolphus excudebat.* fol. foliis 306. seu pagg. 612. ic. 284. Huius operis vnica tantum editio mihi nota est. Possideo quidem eiusdem duo exemplaria, quorum vnum praefixum habet simplicem inscriptionem addito typographi signo, alterum eandem, cum iconibus martagi, scrophulariae et papaueris erratici subiunctis, operi ipsi tamen iterum insertis, ornatam; sed vtrumque eandem praefationem, kalendis Martii 1540. datam, et ad calcem eundem impressionis annum 1540. ostendit, ceterum etiam nullam differentiae notam exhibet. 4) Paullo post ex eadem typographia prodierunt *PED. DIOSCORIDIS de medica materia libri sex, IO. RVELLIO interprete &c. additis annotationibus per GVALTH. H. RYFF, Access. scholia noua cum nomenclaturis graecis, latinis, haebraicis, germanicis, IO. LONIOZERO auctore 1543.* fol. pagg. 439. icon. 595. Lonic. schol. pagg. 174, cui operi hae ipsae figurae, et multae earum maiores, plures quoque recens factae insertae sunt, 5) et quum *idem opus eodem titulo* (mutato tamen nomine RYFF in RIVIVM et additis VAL. CORDI annotationibus, itemque EVRICI CORDI iudicio de herbis et simplicibus medicinae &c. et CONR. GESNERI nomenclaturis DIOSCORIDI adscriptis &c.) *ibid. 1549.* fol. pagg. 448. reliquar. a p. 449. ad 554. recuderetur, numerus harum plantarum imaginum ad 786. vsque auctus est. 6) Anno sequenti 1550. idem Egenolffus nouam parauit Herbarii germanici editionem (art. IV. 16.) in qua hae ipsae icones maximam partem iterum comparuerunt. 7) Anno 1551. edidit ADAMVS LONIZERVS, Egenolffi gener, sui operis historiae naturalis Tom. I. et a. 1555. Tom. II. (vid. hoc nomen catal. I.) quod opus iisdem iterum figuris refertum est. 8. 9.) Tandem duae adhuc Herbarii germanici editiones prodierunt eiusdem LONICERI curis in meliorem ordinem redactae (art. IV. 17. 18) id quod opus postea saepius recusum fuit praefixo LONICERI nomine, (conf. SEGVIERII *Biblioth. bot. p. 111.*) cuius sequentes, omnesque germanica lingua et in folio excusas possideo editiones. 10) *Kreuterbuch, kunstliche conterfeytunge der Bäume, Stauden, Hecken, Kreuter, Getreyde, Gewurtze, mit eigentlicher Beschreibung derselben Namen in sechserley Spraachen, nemlich Griechisch, lateinisch, Italiänisch, Französisch, teutsch, und hispanisch, und derselben Gestalt, naturlicher Krafft und Wurckung. Sampt kunstlichem und artlichem Bericht des Destillirens. Item von furnembsten Gethieren der Erden, Vögeln, und Fischen. Desgleichen von Metallen, Ertze, Edelgesteinen, Gummi, und gestandenen Säfften. Ietzo aufs fleissigst zum letztenmal von newem ersehen und durchaufs an vilen Orten gebessert, auch weit uber vorige Edition gemehret, mit vollkommenen nützlichen Registern alles Innhalts. Durch* ADAMVM LONICERVM. *Francof. ap. Christian. Egenolffi haeredes 1582.*, quae omnino vltima fuit, quam ipse Lonizerus auctiorem reddidit. conf. dedic. editionis no. 13 sequentis. 11) *Eodem titulo ibid. 1598.* 12) *Eodem titulo ibid. per Sigism. Latomum, impensis Vincentii Steinmeyers* 1604. Hae tres editiones foliis 382. seu pagg. 763, vt et contentis et stirpium figuris 908. a se inuicem non differunt. 13) *Eodem titulo* cum hoc additamento: *bishero von H. ADAMO LONICERO &c. zum öfftermal in offenen Truck verfertiget worden, nunmehr aber durch PETR. VFFENBACHIVM &c. auf das fleissigst übersehen, corrigirt und verbessert, an vielen Orten augirt und vermehrt, und in acht sonderbare Theil unterschieden, sampt dreyen unterschiedlichen vollkommenen nützlichen Registern alles seines Innhalts hierzu dienlich. Ibid. per Matthaeum Kemffer, sumpt. Vincentii Steinmeyers* 1630. 14) *Eodem titulo apud Mich. et Io. Frid. Endter, bibliopolas Norimbergae, praelo Matth. Wagneri, Vlmae typographi* 1678. 15) *Eodem titulo Vlmae typis et sumptibus Matthaei Wagneri 1679.* Hae editiones (13. 14. 15) iterum pagg. 750. et stirpium figuris 840. a se inuicem non differunt; VFFENBACHII vero correctio ad explicationem et remotionem quarundam iconum inutilium tantum pertinet. Neque etiam 16) recentissima illa editio, in catalogo I. *Lonizeri* nomine citata, ab his vllatenus differt, nisi cel. EHRHARTI additamentis ibidem indicatis. Quod ad stirpium figuras sigillatim attinet, multae ex primis Egenolffianis in omnibus his editionibus adhuc reperiuntur, ex quo facile patet, quoties Egenolffianae figurae a RHODIONIS tempore, adeoque duorum seculorum spatio, non solum in repetitis editionibus vnius operis, verum etiam in diuersis operibus, publico obtrusae fuerint, maximam partem a BRVNFELSIO, FVCHSIO, TRAGO aliisque mutuatae, id quod ipse FVCHSIVS virgula censoria notat tum in praefatione operis sui latini, tum in schediasmate peculiari hoc titulo euulgato: *Apologia LEON. FVCHSII, qua refellit malitiosas GVALTHERI RYFFI, veteratoris pessimi, imputationes, quas ille DIOSCORIDI nuper ex EGENOLPHI officina prodeunti attexuit; obiterque quam multas, imo propemodum omnes, herbarum imagines e suis de stirpium historia inscriptis commentariis idem suffuratus sit, ostendit. Basileae ap. Mich. Ising.* (rin) *1544.* 8. plagg. 4. cum dimid. seu pagg. 64.

XII. Plures adhuc libros stirpium imaginibus illustratos eodem tempore in publicum hinc inde prodiisse, nullum est dubium; num vero aliqui eorum, praeter figuras ab auctoribus hactenus recensitis desumtas, peculiares notatu dignas et ad stirpium cognitionem quicquam conferentes contineant, me latet. Verosimile e contrario est, typographos tantum tales ornamenti potissimum caussa addidisse. Probant hoc certe opera sequentia 1) *Kreutter-Buch des hochberümpten* PEDACII DIOSCORIDIS *Gründliche und gewisse Beschreibung aller materien oder Gezeugs der Artznei, das ist, nicht allein der kreutter, sonder auch alles, was sonst in der Artznei gebreuchlich ist, in sechs büchern verfasst, ietzt erstmals aus der grichischen und lateinischen Sprachen gründlich verteutscht durch* IOHAN DANTZEN *von* AST, *der Artzney Doctor &c. Franckfurt am Mayn bei Cyriaco Iacobi zum Bart, a. 1546.* pagg. 198. auersis non numeratis, icon. 273. praemiss. p. 17. Figurae inaequales, maximae quinque pollices longitudine vix superant, omnes autem Egenolffianis simillimae sunt. 2) *Ein newer* ALBERTVS MAGNVS. *Von Weibern*

Weibern und Geburten der Kinder sampt iren Artzneien. Von tugenden etlicher furnemer Kreuter. Von Krafft der edlen Gestein. Von Art und Natur etlicher Thier. Mit sampt eim bewerten Regiment für die Pestilentz. Alles von newen gebessert durch Q. APOLLINAREM. *1549. sine loco et typographi nomine* 4. pagg. 44. auersis non numeratis, ic. plant. 36. ind. pagg. 4. 2) *ALBERTVS MAGNVS, darin durch sechs kurtzer büchlein vil kleinlichkeiten der natur beschriben werden. I. von weibern und geburten der kinder &c. II. von des grossen Alexanders Kreutter (der syben Planeten kreutter genant) sampt iren eigenschafften und vermögen. III. von Krafft und würckung der Edelgestein &c. &c. Jezunder von newen gemehrt und gebessert durch Q.* (QVINTVM) *APOLLINAREM M. D. Argentor. per Wendel Rihel 1551.* 4. pagg. 71. auerſ. non numeratis, ic. 64., quas ſequuntur 7. planetarum plantae. Vtriusque editionis plantarum figurae non ſunt quidem eaedem, attamen eiusdem formae iterumque cum Egenolffianis conueniunt. 4) *Kurtz Handtbüchlein und experiment vieler Artzneyen, durch den gantzen Cörper des menschens von dem Haupt biss auf die Füss sampt lebendiger abcontrafactur etlicher gemeiner Kreuter, und daraus mancherley gebranten und distillirten Gewässer krafft und tugenden. Durch Q. APOLLINAREM erfahren und selbs bewert. Iezund von newem gemehrt und gebessert an vielen Orten. Francof. ad Moen. typis Hermann Gulfferichen 1550.* 8. pagg. 152. auerſis non numeratis, ic. 123. omnibus exiguis et illis Herbarii Germanici a RHODIONE editi ſimillimis; ſed absque vlla deſcriptione. 5) *eodem titulo ibid. typis Thom. Rebart et Kilian Han 1570.* 8. pagg. 198. auerſ. non numer. ic. 116. eaedem, praemiſſ. cum ind. p. 16. 6) *eodem titulo* cum hac additione: *Jezundt von newen mit vielen Kreütern und experimenten gemehret und gebessert. Sampt dem Experiment Büchlin von XX. Pestilenz wurtzlen des hochgel. TARQVINII OCTORI. Argentor. per Ioſ. Rihel 1594.* 8. pagg. 214. auerſ. non numeratis, icon 142. et rad. peſtil. 21. inter priores maximam partem iam occurrentes. Ind. et appendix de plantarum collectione pagg. 24. Quo anno quaque ratione prima editio comparuerit, neſcio et ab aliis annotatum haud reperio: plures editiones aetate inferiores indicat SEGVIER. p. 223. Ipſum OCYORI opuſculum antea ſigillatim excuſum hoc proſtat titulo: 7) *Experimenta von XX. Pestilentzwurzeln und Kreutern, wie sie alle und ein jeglichs besonder, für Gifft und Pestilenz gebraucht mögen werden, dem Menschen inn- und auswendig, sampt viel andern heilsamen tugenden und wirckungen, deutsche Recepta, auch der kreuter gestalt und eigenschafft, aus langwiriger und gewisser Erfahrung, durch TARQVINIVM OCTORVM alias SCHNELLENBERGIVM, der freyen kunste und Artzney Doctor zu Dortmunde an den tag gegeben. Gedruckt zu Franckfurdt am Mayn durch Wygand Hahn,* ſine loco et anno, 8. min. pagg. 47. auerſ. non numer. fig. 21. dedicatio Tremoniae pridie idus April. 1546. data monet, hanc editionem eſſe alteram et denuo reuiſam. 8) *Absque vlla mutatione ibidem durch Hermann Gülfferichen 1552.* Huius opuſculi ſtirpium deſcriptiones, breues et imperfectae quidem, plerumque tamen ex propriis obſeruationibus additae ſunt et figurae paruae, primis Egenolffianis ſimiles, eodem modo naturali faciei reſpondent, ſi excipias Gentianae iconem ex Brunfelſio male Belladonnam (conf. art. VIII. 9. et 10.) repraeſentantem et imperfectas Helenii atque Imperatoriae. Quae in Apollinaris editione (no. 6.) occurrunt figurae, non ſunt eaedem, ſimiles tamen excepta icone cap. 6. Dictamni, quae loco Fraxinellae figuram Polygonati, cap. 8. quae loco Belladonnae genuinam Gentianae ex Trago, cap. 9. quae meliorem Leuiſtici et cap. 11. Imperatoriae, nec non cap. 13. quae Scabioſae prat. hirſ. loco montanam tenuifol. et cap. 18. ineptam Valerianae ſiſtit. Sed eiusmodi opuſcula vix mererentur recenſionem, niſi apud bibliographos inter botanicos libros occurrerent.

XIII. Quanquam autem variorum operum hactenus recenſitorum figurae non omnes ſint aliae aut ſaltem denuo ad naturae normam factae, potius maximam partem, mutata interdum magnitudine, absque emendatione tantum repetitae, immo ſaepius, praecipue ex vna eademque typographia publicatae, plane eaedem: nihilominus certa et indubia ſtirpium, quas repraeſentant, cognitio earum ope viginti annorum ſpatio facilius et amplius propagata ſtabilitaque fuit, quam antea aliquot ſeculorum decurſu, licet ex figuris pariter ac deſcriptionibus ſolis nemo ad perfectam ſtirpium cognitionem vnquam perueniat. Neque tamen etiam ad hos ichniographos ſolos referenda eſt vtiliſſimi huius ſtudii reſtauratio celeri gradu tam ingens incrementum conſequuta: ipſi veterum medicorum codices ad ſera vsque tempora conſeruati, vt et interpretationes commentariique a Medicis medii aeui in eosdem conſcripti, artis typographicae vero ope pedetentim tunc euulgati, multas variarum regionum ſtirpes, olim iam vſui medico commendatas, in memoriam reuocarunt, licet, ſi verum fateri fas eſt, hi omnes potius de viribus earum indicandis, quam de accurata ſtirpium deſcriptione, ſolliciti fuerint, vt taceam, hos ipſos codices, ſcribarum incuria ſaepius corruptos fuiſſe. Poſtquam autem litterarum barbaries feliciter ſuperata fuit, inde in botanici quoque ſtudii emolumentum res eo feliciter ceſſit, vt plures variarum Europae nationum viri aeque docti ac induſtrii, impari licet conatu, auxiliatrices porrexerint manus, atque hos ipſos codices non ſolum ex variorum exemplarium collatione a mendis ſuis purgauerint, verum etiam, praecipue Graecos, tum etiam Arabicos, in Latinam linguam tranſtulerint, indeque vſum eorum magis communem reddiderint. Acceſſerunt mox nonnulli, qui partim genuina nomina, quibus ſtirpes vel ab ipſis examinatae vel ab aliis denuo cognitae factae a veteribus iam indicatae fuerint et ad quas proinde vires longo vſu iam commendatae legitime referendae ſint, improbo labore detexerunt; partim accuratiori examine et deſcriptione easdem a ſimilibus diſtinxerunt; partim etiam nouis obſeruationibus et experimentis collectis vſum earum adſeruerunt, vbi certum veſtigium reperire haud poterant, easdem veteribus iam notas fuiſſe. Horum Auctorum prolixum catalogum iam exhibuit CONRADVS GESNERVS commentariis Tragi ſupra art. IX. 3. recenſitis praefixum ac more ſuo accuratiſſime conſcriptum vt et ſubinde probato iudicio illuſtratum, vbi primo veteres Graecos, deinde Latinos, poſtea Arabes recenſet neque illos omittit, quos ab his citatos tantum inuenit. Sequuntur porro recentiores, quibus Latino-barbaros ſimul comprehendit. Tandem addit ſcriptores illos, qui ſparſim et obiter vtilia quaedam ad plantarum cognitionem tradiderunt, et qui de medicamentorum ſimplicium facultatibus ſecundum

differentias qualitatum, primarum, secundarum et reliquarum scripserunt. Horum singulorum opera si pariter hic recenserem, scopum praefixum excederem, secundum quem non nisi Germani, qui, praeter iconum Auctores, ad seculi XVI. dimidium vsque variis tentaminibus stirpium cognitionem genuinam docere coeperunt, supersunt recensendi, et quidem ita, vt, ratione hactenus obseruata, eorum operum vnam vel alteram editionem ex mea supellectile libraria, ordine chronologico producam, simul vero primam, si ea ipsemet adhuc careo, citatam ex aliis addam.

XIV. Adest autem 1) libellus hoc titulo: *Margarita medicine: Ein meysterlichs ausserlesens büchlein der Erzney, für mancherley kranckheyt und siechtagen der Menschen. Gemacht durch JOHANNEM TOLLAT von Vochenberg, in der weytberümbten Universitet zu Wienn, bey dem allerfahrnisten Man der Erzney Doctor SCHRICK:* ad calcem: *gedrückt und volendt zu Nürnberg durch Jobst Gutknecht 1517.* 4. foliis 28. index foliis 4., qui liber procul dubio est idem, cuius aliam editionem Gesnerus l. c. inter recentiores his adducit: *IO. TOLLATI cuiusdam liber de remediis herbarum aliisque, Margarita medicinae inscriptis, ordine litterarum Argentinae publicatus est a. 1518.* chartis 10. Ad botanicos autem libros haud referendus est, vires namque tantum, et quidem maximam partem ex auctoribus latino barbaris excerptas, remediorum (circiter 350. ex quibus tamen multa ad vegetabilia non pertinent) nominibus plerumque barbaris litterarum ordine indicatorum recenset. 2) Ex Germanis, qui rei herbariae emendationem serio et cum fructu susceperunt, primus procul dubio fuit IOANNES siue IANVS (quod nomen proprium vsurpari aut affectari potius nuper incepit a scriptoribus quibusdam loco Ioannis, quem et Galli sua lingua Jan vocant, monet Gesner. biblioth. p. 369. b. lin. 1.) CORNARIVS Zuiccauiensis, ante HAYNPOL vel HAGENBVT (teste Mercklin. Linden. renou. p. 502. b.) vocatus, vir doctissimus ac de vtraque lingua, graeca inquam ac latina, et vniuersa re medica optime meritus, et qui ex graecis scriptis latina fecit multo plura, quod sciam, quam quisquam alius nostro saeculo: sunt verba Gesneri l. c. conf. Merck. l. c. Huius ope *DIOSCORIDIS opera* Basil. 1529. 4. edita indicantur in Catal. Biblioth. Acad. Lugd. Bat. p. 132. a. et ex hoc a Seguierio p. 52., qui addit *latine;* sed meum exemplar graecum, cum sola dedicatione latina, hanc prae se fert simplicem inscriptionem: ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΗΣ. *DIOSCORIDES.* ΙΑΝΟΥ ΤΟΥ ΚΟΡΝΑΡΙΟΥ. *Basil. ex aedibus Io. Bebelii 1629. Mens. Aug.* 4. pagg. 446. dedic. et graec. ind. pagg. 20. Quae vero horum operum eiusdem interpretatio latina prostat, multo serius prodiit hoc titulo: *PED. DIOSCORIDAE Anazerbensis de materia medica libri V. IANO CORNARIO, Medico Physico, interprete. Eiusdem IAN: CORNARII emblemata singulis capitibus adiecta. DIOSC. de bestiis venenum eiaculantibus et letalibus medicamentis libri II. eodem CORNARIO interprete. Eiusdem CORNARII in eosdem libros expositionum Libri II. Adiunctis in fine tribus tabulis locupletissimis, quibus omnia, quae toto tractantur opere, indicantur. Basil. per Hier. Frobenium et Nic. Episcopium 1557.* fol. pagg. 560. praemiss. pagg. 20. index general. pagg. 44. corrigendor. pagg. 2. Ipsa epistola nuncupatoria a. 1555. scripta, indicat, hanc esse primam latinae interpretationis editionem. 3) AEMILII MACRI, qui Augusti aetate vixit, scripta de virtutibus herbarum omnia interiisse, ea vero, quae eiusdem nomine adhuc prostant, ad alium MACRVM, Aemilio longe iuniorem, pertinere huiusque verum nomen ODOBONVM esse, annotat Seguier. p. 273. sequ. Haec notis illustrauit ATROCIANVS, medicus Friburgensis, hoc titulo: *AEMILIVS MACER de herbarum virtutibus, cum IOANN. ATROCIANI commentariis longe vtilissimis et nunquam ante impressis. Adhaec STRABI GALLI* (qui teste Segu. p. 302. sec. IX. vixit) *Theologi clarissimi, Hortulus vernantissimus. Apud Friburgum Brisgoicum,* ad calcem: *Friburgi apud Io. Fabrum Emmeum Juliacensem 1530.* 8. pagg. 108. auersis non numer. praemiss. pagg. 8. Commentatoris dedicatio scripta est Colmariae anno eodem. IIII. Idus Iulii. 4.) PAVLVS a patria Aegina insula AEGINETA dictus, vixit seculo IV. vel V. et operum suorum libro VII. egit de simplicibus et compositis medicamentis, quem alii iam compendium ex GALENO compilatum (imo alii eius auctorem Galeni simiam) dixerunt. Huius operis (cuius exemplar graecum primum prodiit iam a. 1528. fol. Venetiis in aedibus Aldi et Andr. Asulani, teste Mercklino p. 865. b., Maittaire Annal. typogr. T. II. p. 703., Kestn. Biblioth. p. 107.) librorum V. priorum et VIImi interpres forte primus fuit TORINVS Vitodurano-Tigurinus, cuius ope hoc prodiit titulo: *PAVLI AEGINETAE, medici insignis, opus diuinum, quo vir ille vastissimum totius artis oceanum, Laconica breuitate, sensibus argutis, merisque aphorismis in epitomen redegit. ALBANO TORINO, Vitodurensi, interprete. Basileae per Andr. Cratandrum et Io. Bebelium mense Martio 1532.* fol. pagg. 514. praemiss. pagg. 24. 5) Quum anno sequenti ex eadem typographia ederetur *PAVLI Aeginetae de chirurgia liber inter caeteros eiusdem autoris medicae artis ordine sextus, a IOANNE BERNARDO FELICIANO Veneto primum latinitate donatus* fol. pagg. 29. auers. non numer. praemiss. pagg. 4. et ind. pagg. 4., ad calcem iungebantur *Castigationes ALBANI TORINI in suam AEGINETAE tralationem* pagg. 5. 6) Eodem anno 1532. eosdem libros interpretatus est IOANN. GVINTHERIVS Germanus, a patria ANDERNACVS vulgo dictus, cuius cura anno memorato Parisiis et a. 1534. vt et 1546. Coloniae in folio prodierunt, vid. Mèrckl. p. 865. b. Segu. 289. et Kestn. 108. nota *. Mea exemplaria librum VI. eodem interprete simul continent et inscribuntur a) *PAVLI AEGINETAE medici opera, a IO. GVNTERIO ANDERNACO, Medico exercitatissimo summique iudicii conuersa et illustrata commentariis. Adiectae sunt annotationes IACOBI GOUPILI, medici Parisiensis, in aliquot singulorum librorum capita. Lugduni ap. Guill. Rouillium 1551.* 8. pagg. 846. praemiss. pagg. 16. ind. pagg. 61. b) *PAVLI AEGINETAE Medici opera, IO. GVINTERIO ANDERNACO Medico peritissimo interprete. Eiusdem GVINTERII et IANI CORNARII annotationes: item IAC. GOVPYLI et IAC. DALECHAMPII scholia in eadem opera, cum indice copiosissimo ac locupletissimo. ibid. 1567.* 8. pagg. 923. praemiss. pagg. 32. ind. pagg. 52. 7) Ipse BRVNFELSIVS, praeter commentarios suos iconibus

bus illustratos, alios in appendice Tomi II. a. 1531. (vel potius 1532, quod vltima plagula docet) euulgati et superius Artic. VIII. 2. recensiti, tum proprios, tum ex aliis excerptos edidit. Continentur namque hac appendice a) *Exegema omnium simplicium, quae sunt apud Dioscoridem, et collatio eorundem cum iis, quae in officinis habentur, Auctore BRVNFELSIO* p. 3—30. b) *SCRIBONII LARGI, medici vetustissimi, de simplicibus fragmentum* p. 31. Prodiit huius Auctoris liber hoc titulo: *SCRIBONII LARGI, medici vetustissimi, de compositione medicamentorum liber, iam pridem IO. RVELLII opera e tenebris erutus et a situ vindicatus. ANTONII BENIVENII libellus de abditis nonnullis ac mirandis morborum et sanationum caussis. POLYBVS de salubri victus ratione priuatorum, GVINTERIO IOANNE ANDERNACO interprete. Basil. apud Io. Cratandrum 1529.* 8. pagg. 318. tit. et ind. pagg. 16. Largi opusc. a p. 1. ad 185. §§. 271. Prius, eodem tamen anno eademque forma, prodiit Lutetiae Parisior. (teste KESTNERO l. c. p. 117.) postea vero in Collectione Medicorum antiquorum omnium, qui latinis litteris diuersorum morborum genera et remedia persecuti sunt &c. Venet. ap. Aldi filios 1547. fol. (vid. Mercklin. l. c. p. 961. b. Kestner. l. c. p. 344.) et inter Medicae artis Principes &c. 1567. fol. ab Henric. Stephano recusos T. III. a p. 188 ad 237. atque etiam cum notis IO. RODII adiecto lexico Scriboniano. Patauii 1655. 4. vid. Mercklin l. c. Fragmentum hoc de simplicibus sigillatim indicatur a SEGVIERIO p. 271. et a KESTNERO p. 355, quasi a libro indicato distinctum, quod tamen cum pluribus eiusdem argumenti hoc ipso in libro reperitur: e. gr. Σταφὶς ἀγρία §. VIII. πολυνεύρος §. XII. Herba vrceolaris §. XXXIX. πολύγονον §. XLVI &c. c) *Demonstrationes aliquot herbarum ex corollariis HERMOL. BARBARI,* de quibus dubium quibusdam est, qualibus nominibus designentur apud auctores. p. 31. Pauca haec excerpta, de caryophyllo arbore et altili, de bacchari, rosa, caprifolio et matersylua, ex corollariis in Dioscoridem petita sunt. conf. Art. sequ. XV. d) *IO. MAINARDI* Ferrar. Medici clarissimi *annotationes aliquot simplicium e scriptis eius extractae* p. 32 ad 43. Desumta haec sunt ex IO. MANARDI (quod nomen in MAINARDVM mutauit Brunfelsius, hinc vero vtrumque distinxit Segu. p. 114. et p. 275.) Epistolar. medicinal. libris sex prioribus: conf. sequ. artic. XV. e) *NIC. LEONICENVS de falsa quarundam herbarum inscriptione a Plinio* p. 44—89. vid. art. XV. seq. f.) *PANDVLPHVS COLLINVTIVS de interpretatione simplicium, quae sunt apud Plinium, calumniis Leoniceni respondens* p. 89—116. Huius libri, quem nondum vidi, titulus hic est: *Pliniana defensio aduersus Nic. Leoniceni accusationem. Ferrariae ap. Andr. Bellfortem 1511.* 4. vid. Merckl. p. 364. b. conf. Segu. p. 42. et 148. Kestn. p 275. 355. g) *LEONH. FVCHSII Principis Brandenburg. Medici annotationes de simplicibus a medicis hactenus perperam intellectis et aestimatis* p. 129—155. vid. art. super. X. h) *Generosi Comitis HERMANNI a NVENAR censurae aliae herbarum super eadem re* p. 116—128. Praefatio praefixa docet, auctorem misisse has annotationes manuscriptas Colonia Argentoratum ad typographum Schottum a. 1529. i) *IOACH.* (in titulo appendicis primae edit. falso BERNARDI) *SCHILLERI medici iudicium de cariophyllis* p. 155. ad BRVNF. scriptum. k) *HIER. TRAGI medici dissertationes fere quinquaginta de herbarum quarundam nomenclaturis* p. 156—165. vid. Artic. super. IX. l) *MARC. GATINARIAE medici quondam Ticinen. annotatio vna et altera de Taraxaco, Cicorea, Iua, Esula et Soldanella* p 166. Opus, ex quo haec desumta sunt, hunc prae se fert titulum: *MARCI GATINARIE de curis egritudinum particularium. Noni Almansoris practica vberrima. BLASII ASTARII de curis febrium libellus vtilis. CESARIS LANDVLPHI de curis earundem opusculum. SEBAST. AQVILANI tractatus de morbo Gallico celeberrimus. Eiusdem quaestio de febre sanguinis.* Ad calcem: *Lugduni per Io. Moylin alias de Cambray 1525.* 4. min. fol. 100. f. pagg. 200. conf. Merckl. p. 778. b. qui huius editionis formam 8. nominat, antiquiorem ibid. apud Beuelaque 1506. 4. et octo recentiores, ceterum autem annotationes ex Brunf. iterum sigillatim indicat, vti etiam Segu. illas inter libros botanicos p. 71. recenset itemque Kestn. p. 356. qui p. 136. nota w et p. 602. operis indicati mentionem facit. Leguntur autem citata de taraxaco fol. 35. b. de cicorea fol. 37. b. de iua vero iam fol. 9. a. reliqua fugitiuo oculo reperire haud potui, plus temporis vero impendere poenituit. m) *IO. IAC. de MANLIS Alexandrini interpretatio simplicium secundum ritum officinarum* p. 167—182 Editus huius auctoris liber simplici hoc titulo: *Luminare maius:* addito: *Cinthius vt totum radiis illuminat orbem. illuminant latebras sic medicina tuas.* ad calcem: *Venetiis impressum per Sim. de Luere sumpt. Andr. Torresani de Asula 1501.* fol. pagg. 81. auers. non numeratis. Auctorem declarat praefatio et haec ipsius tractationis inscriptio: *IO. IACOBI de MANLIIS de BOSCHO Alexandrini super descriptiones antidotarii et practicae diui IO. MESVE et aliorum illustrium medicorum clarissima interpretatio incipit: dicta luminare maius.* Singula simplicia, ex quibus pharmaca descripta componuntur, in notis fuse exponuntur, ex quibus BRVNFELSIVS excerpta collegit: e. gr. de asaro p. 2. b. col. 1. de secacul seu S. Mariae sigillo, de raphano, de dracontio f. Luft plano p. 4. b. col. 2. de eruca, de lingua auis, p. 5. a. col. 1. de scariola ibid. col. 2. de garyophyllis p. 5. b. col. 1. &c. Perperam ergo ex Brunfelsii inscriptione peculiaris fingitur tractatus. Porro, quum hic in titulo suae appendicis nomen IOANNIS omisit, quem tamen p. 167. addit, sunt, qui inter Iacobum et Ioannem Iacobum distinguunt, vid. Merckl. p. 487. b. 614. a. Kestn. p. 356. et 368. Ceterum conf. Segu. p. 276. et Allgem. Gelehrten Lexicon Ioecheri T. III p. 115. Hoc ipsum opus etiam prodiit hoc titulo: *Luminare maius omnibus cum medicis tum aromatariis pernecessarium: in quo multa clarissimorum medicorum pharmaca, NICOLAI MVTONI medici Mediolanensis opera, nuper addita, et quae prius extabant, ab infinitis quibus scatebant erroribus, purgata reperies: vt vere nunc illustrius redditum, luminare maius appellari possit. In quo etiam duo sunt additi indices, alter, ad minima quaeque simplicium nomina reperienda ante operis initium, alter in fine libri, quid in vnaquaque sectione contineatur amplissime declarans. Appositi etiam sunt duo illi libri aromatariis familiarissimi, lumen apothecariorum et aromatariorum thesaurus. Venetiis apud Iuntas 1549.*

(K) 2 fol.

fol. pagg. 200. auerſ. non numerat. praemiſſ. fol. 8. ſ. p. 16. *Eodem titulo ibid. apud Hier. Scotum 1556.* fol. pagg. 157. auerſ. non numeratis, praemiſſ. pagg. 16. et hoc tantum mutato titulo: *Luminare maius, Lumen apothecariorum et aromatariorum theſaurus, omnibus cum medicis tum aromatariis pernecesſaria opera. In quibus multa clariſſ. medicorum pharmaca, NIC. MVTONI, medici Mediolanenſis, olim opera et nunc aliorum plurium diligentiſſ. medicorum addita et quae prius extabant ab innumerabilibus erratis purgata reperies. Indices duo inſunt &c. Venetiis ap. Nic. Beuilacquam 1561.* fol. pagg. 157. auerſ. non numer. praemiſſ. pagg. 16. Harum editionum tituli, licet ſatis prolixi, primum et primarium auctorem tacent, eius tamen nomen ſingulis eius commentariis praefigunt, et a Mutoni appendicibus (ad ſimplicium cognitionem vero nil conferentibus) diſtinguunt. Plures huius operis editiones, quas nondum poſſideo, citantur a Mercklino, et Seguierio, l. c. n) *HIERONYMI Herbarii apodixis germanica, ex qua facile vulgares herbas omnes licebit perdiſcere* pagg. 183—199. vid. art. VI. Hactenus ex Brunfelſio. 8) Huc etiam pertinet ΟΝΟΜΑΣΤΙΚΟΝ *ſeu Lexicon medicinae ſimplicis OTHONIS BRVNFELSII primum ingenio, tum amicorum poſt ſe recognitione et ſtudio, iuſtiore lima repurgatum auctumque. Addita vocum quarundam Germanica expoſitione, iuxta veriorem DIOSCORIDIS hiſtoriam. a. 1543. Argentorati Io. Schottus aere perennius dedit* fol. chartis ſeu foliis 195. praemiſſ. fol. 6. Iam anno 1534. prodiiſſe hoc opus, indicat Keſtn. p. 72. et teſtatur ipſa auctoris praefatio Bernae 11. Februarii a. 1534. ſcripta. 9) Eodem anno 1534. Lutetiae apud Simon. Colinaeum in 16. prodierunt *BENEDICTI TEXTORIS, Seguſiani, ſtirpium differentiae ex Dioſcoride, ſecundum locos communes, opus ad ipſarum plantarum cognitionem admodum conducibile.* vid. Merckl. p. 123. a., Maitt. annal. T. II. p. 804. et *Venetiis in offic. diui Bernardini 1537.* in 12. teſte Segu. p. 54. et 190. quam vtramque editionem nondum vidi. Recuſum autem eſt hoc opuſculum cum TRAGI ſtirpium nomenclaturis Argent. 1552. in 4. editis (vid. art. IX. 3.) *eodem titulo* a pag. 1129. ad 1200., et auctoris praefatio (qua IAC. SYLVIVM praeceptorem ſuum laudat) ſcripta eſt Lutetiae ex aedibus IO. TAGAVTII medici ad Idus Iunias 1534. 10) HENRICVS VRBANVS, ſeu ficto nomine magis notus EVRICIVS CORDVS, Simeſuſae vico Haſſiae a. 1486. natus (vid. vita eius a WIGANDO KAHLERO deſcripta et Rintelii 1744. in 4. excuſa p. 7. 8. 11. et 12.) haud pauca protulit ad momenta rei herbariae tunc temporis valde adhuc obſcura illuſtranda opuſculo hoc titulo euulgato: a) *EVRICII CORDI, Simeſuſii medici Botanologicon. Coloniae apud Io. Gymnicum a. 1534.* 8. pagg. 183. ind. pagg. 20. b) *Eodem titulo,* his additis: *Elenchus meliorum rerum, quae in eo continentur. VALERII CORDI annotationes in DIOSCORIDIS de medica materia libros. Index locupletiſſimus. De herbis ſingulis ac reliquis ſimplicibus, quorum medicinae vſus eſt, iudicium, et huius generis eorum, quae apud medicos contrauertuntur, explicationem, hi duo libelli complectuntur. Pariſiis ap. Guil. Morelium 1551.* 12. Botanolog. pagg. 193. praemiſſ. pagg. 8. annotat. pagg. 395. ind. pagg. 38. De VAL. CORDO vid. num. vlt. ſeq. 11) Inter Auctores, qui in PLINII hiſtoriam naturalem commentati ſunt, recenſet Cl. D. Seguier. p. 145. IAC. MILICHIVM (Friburgo-Briſgoium) et indicat eius commentarii in Librum II. editionem a. 1534. (Maitt. Annal. T. II. p. 823. vero a. 1535.) Hagenoae in 4. publicatam: meum exemplar hunc prae ſe fert titulum: *C. PLINII liber ſecundus de mundi hiſtoria cum commentariis IACOBI MILICHII, diligenter conſcriptis, et poſtremo ab autore recognitis, et multis in locis auctis a. 1552. Francofurti ap. Petrum Burbachium 1553.* 4. pagg. 459. praemiſſ. cum ind. pagg. 20. Sed hoc in opere nil ad ſtirpes pertinens deprehenditur. 12) Botanicis libris etiam annumeratur Stockhorni montis deſcriptio, quam IO. RHELLICANVS (alias MVLLER, e loco Rhellicon patria ſua in ditione Tigurenſi ſic dictus, vt Segu. p. 159. monet) bonarum litterarum apud Bernenſes Profeſſor compoſuit, quaeque inſcribitur *IOANNIS RHELLICANI Stockhornias. Qua Stockhornus mons altiſſimus in Bernenſium Heluetiorum agro verſibus heroicis deſcribitur. Tiguri apud Geſneros,* ſ. a. Num ſigillatim typis excuſum fuerit hoc ſchediaſma, annotatum haud inueni: teſtante dedicatione, tituli paginae auerſae adpreſſa, ſcriptum eſt Bernae 12. Aug. 1536. et proſtat cum CONR. GESNERI de raris et admirandis herbis, quae ſiue quod noctu luceant, ſiue alias ob cauſas, Lunariae nominantur, commentariolo &c. Tiguri apud Andr. Geſnerum F. et Iac. Geſnerum fratres, 4. ſine anno (ſecundum Geſneri dedicationem a. 1555.) vbi a pag. 77. ad 82. reperitur, ideoque totum hoc carmen 4. paginis continetur et nonniſi tres plantas in hoc monte repertas, nempe Gentianam, Elleborum niueum, et Manum Chriſti flore fuſco et atro odore moſchi, ſimpliciter tantum nominat. Antea tamen hoc ipſum carmen prodiiſſe cum Vita HOMERI, quam idem RHELLICANVS ex Plutarcho latinitate donauit, et obſervationes marginibus adiecit, quamque Rob. Winter excudit Baſil. 1537. in 8. chartis 10, reperi in Biblioth. Geſn. pagg. 450. b, vbi MULLERI nominis nulla mentio fit, quod vero etiam aſſeritur in Joech. Gel. Lex. T. III. pagg. 730. Cl. Seguierius Biblioth. p. 74. inter Geſneri edita hanc quoque editionem ſed in 12. indicat. 13) MARCELLVS, Gallus et Burdegallenſis ciuis, medicus empiricus atque praeterea ſumme ſuperſtitioſus, vixit ſub finem ſeculi IV. Opus, quod compoſuit, CORNARII cura prodiit hoc titulo: *MARCELLI, viri illuſtris, de medicamentis empiricis, phyſicis ac rationalibus liber, ante mille ac ducentos plus minus annos ſcriptus, iam primum in lucem emergens, et ſuæ integritati plerisque locis reſtitutus, per IANVM CORNARIVM, Medicum, Phyſicum Northuſen. Item CLAVDII GALENI libri nouem nunc primum latini facti, idque opera eiusdem IAN. CORNARII, quorum argumenta verſa pagina indicabit. Elenchi in vtrumque opus.* Ad calcem: *Baſileae in officina Frobeniana per Hier. Frobenium et Nic. Epiſcopium 1536.* fol. vnacum tit. et praef. pagg. 252. ind. pag. 10. Galeni libri (quae agunt de reſpiratione, de vtero, foetu et ſemine) pagg. 178. ind. pagg. 6. Primam et vnicam hanc eſſe MARCELLI editionem nec ab vllo commentario illuſtratam, cum Medicis antiquis vero ex Aldi editione Venet. 1547. p. 81. et cum Medicae artis Principibus ex editione Henr. Stephani 1567. (vbi tom. III a pag. 238. ad 414. inſerta reperitur) recuſam, monet Keſtner. p. 122. §. VI. p. 345. not. t. p. 347. §. XI. conf. Merckl. p. 772. a. qui addit, eam cum AETII contractae

ex

ex veteribus medicinae Tetrab. (vid. sequ. n. 19. c.) ibidem, forma et anno eodem extare. De simplicibus vegetabilibus sigillatim quidem haud agit hic auctor, eorum tamen synonyma hinc inde indicat. Ceterum silentio haud praetereundum est, quod ipse CORNARIVS in praefatione iam indicauit, nempe SCRIBONIVM LARGVM (conf. num. super. 7. b.) totum in hoc opere contineri diuersis locis insertum ab ouo (vt aiunt) fere vsque ad mala &c. ex quo simul probare annititur, SCRIBONIVM graece scripsisse; ex citatis tamen Brunfelsii aliquot euoluens, ea non eadem in Marcello inueni. 14) MVSAE atque APVLEII opuscula a) primum aliis operibus iuncta prodierunt hoc titulo: *De re medica huic volumini insunt. SORANI Ephesii Peripatetici, et vetustissimi Archiatri, in artem medendi Isagoge, hactenus non visa. D. ORIBASII Sardiani fragmentum, de victus ratione, quolibet anni tempore vtili, antea nunquam aeditum. C. PLINII Secundi de re medica libri V. accuratius recogniti et (nothis ac pseudepigraphis semotis) ab innumeris mendarum millibus, fide vetustissimi codicis repurgati. L. APVLEII Madaurensis, philosophi Platonici, de herbarum virtutibus, vere aurea et salutaris historia, e tenebris eruta, et a situ vindicata. Accessit his vice coronidis libellus vtilissimus de Betonica, quem quidam ANTONIO MVSAE, nonnulli L. APVLEIO adscribendum autumant, nuper excusus. Praeterea rerum et verborum locupletissimus index.* Ad calcem: *Basileae in aedibus Andr. Cratandri, mense Augusto 1528.* fol. pagg. 125. auers. non numeratis, praemiss. c. ind. pagg. 24. Epil. pag. 2. Apul. a pag. 99. ad 123. vbi haec inscriptio praefigitur: *L. APVLEII &c. historia, quam a Chirone Centauro praeceptore Achillis, et ab Aesculapio accepit, hactenus nunquam in lucem aedita.* Musa p. 124. a. b. 125. a. Collectio haec et contentorum emendatio debetur ALB. TORINO, supra no. 5. iam laudato, qui in praefatione de Apuleio addit, se duorum vetustissimorum exemplarium collatione vsum esse. Bibliothecae Riuin. catalogus a Ge. Sam. Hermanno Lips. 1727. 8. editus p. 573. no. 6386. recenset *APVLEII Platonici herbarium ad Marcum Agrippam, Romae 8. mai. ap. Phil. de Lignamine. Edit. antiquiss. c. f. illum.*, cuius etiam mentionem facit Kestnerus in der Stollischen Biblioth. P. XIII. p. 410. §. II. not. c. et Biblioth. med. p. 341. not. m. vt et Segu. p. 224. Quum annus editionis non addatur, ex inspectione indicet alius, quousque haec editio vetustior habenda sit illa Basiliensi, quae eodem anno Parisiis apud Chr. Wechelium in fol. recusa est, vid. Merckl. p. 758. b., et alio titulo p. 85. b. seq. vt et Segu. p. 224. addatque, quo pretio habendae sint figurae, quas continet. Ceterum etiam in dubium adhuc vocant varii auctores, num hocce opus LVCIO APVLEIO, Afro, qui sec. III. floruit, an APVLEIO CELSO Siculo, qui ante Chr. tempore Augusti Romae iam claruit, an vero horum neutri sed iuniori cuidam tribuenda sit, de quo conf. Kestner. Stollisch. Biblioth. l. c. p. 413. §. 7. et Jöch. Gel. Lex. T. I. p. 882. seq. quemadmodum etiam incertum adhuc est, num capitulum de Betonica ad ANT. MVSAM, Augusti Caesaris archiatrum, adeoque Apuleio Celso synchronum, an ad ipsum Apuleium pertineat: huius certe et reliquorum capitum expositio vno eodemque stilo exarata est. Singulis capitulis praemittitur stirpis, de qua agit, historia, quae vero in synonymis tantum variarum linguarum vndique collectis, sed vix fide dignis, consistit: quae de viribus addit, merito vilipenduntur. b) Eadem Musae et Apuleii opuscula deinde sigillatim recusa esse cum commentario HVMELBERGII in 4. Tiguri ap. Froschover 1537. indicat Maitt. Annal. T. III. p. 268. Meum exemplar hunc prae se fert titulum: *In hoc opere contenta: ANT. MVSAE de herba Vetonica liber I. L. APVLEII de medicaminibus herbarum Lib. I. per GABRIELEM HVMELBERGIVM, Rauenspurgensem, Archiatrum Isinensem, recogniti et emendati, adiuncto commentariolo eiusdem.* 4. sine loco et anno; dedicatio autem data est Isinae mense Februario 1537. pagg. 305. praemiss. pagg. 8. ind. pagg. 27. Musae liber cum comment. a p. 1. ad 17. Ex hoc quoque commentario quoad plantarum cognitionem nihil proficí, monuit iam Gesnerus in saepius citato catalogo. 15) PAVLI Aeginetae exemplar Graecum alterum, cuius curam egit HIER. GEMVSAEVS (quem Merckl. p. 432. b Heluetium dicit, Joecherus vero in Gel. Lexic. T. II. p. 915. Muhlhusae in Alsatia a. 1505. ex veteri prosapia Sueuiae, von GESCHMAVS dicta, natum indicat) primo Aldino (vid. num. super. 5.) longe praeferendum esse, monuit iam Kestn. biblioth p. 107, §. XV. Prodiit illud hoc titulo: ΠΑΥΛΟΥ ΑΙΓΙΝΗΤΟΥ ἰατροῦ ἀρίστου, βιβλία ἑπτά. ἐν ἀρχῇ ἑκάστου τῶν βιβλίων δείκνυται τὰ ἐν ἐκείνῳ περιεχόμενα. *PAVLI AEGINETAE medici optimi, libri septem. In principio singulorum librorum omnia indicantur, quae in eo continentur libro. Omnia haec collatione vetustissimorum exemplarium, magna fide ac diligentia emendata et restituta, nec non aliquot locis aucta: vt hic liber plane nunc primum e tenebris erutus, in lucem prodiisse dici possit, quemadmodum in calce operis videre licet. Basileae 1538.* sed ad calcem: *Basileae per Andr. Cratandrum mense martio 1543.* (conf. sequ. n. 22.) fol. pagg. 306. praemiss. pagg. 12. quae praeter titulum continent Gemusaei praefationem latinam Calend. Aug. 1538. scriptam; opus reliquum vero totum Graecum est. 16) IOANNES AGRICOLA, cognomine AMMONIVS, Doctor et Professor Graecae linguae et medicinae Ingolstadii (vid. Joecher. Gel. Lexic. T. I. p. 151.) edidit librum hoc titulo: *Medicinae herbariae libri duo, quorum primus habet herbas huius seculi medicis communes cum veteribus, Dioscoride videlicet, Galeno, Oribasio, Paulo, Aetio, Plinio et horum similibus. Secundus fere a recentibus medicis inuentas continet herbas, atque alias quasdam praeclaras medicinas, vt quae post Galenum vel inuestigatae sunt, vel in vsum medicum peruenerunt. Autore IOANNE AGRICOLA AMMONIO, artis medicae Professore. Basileae ex offic. Barthol. Westhemeri. mense Augusto 1539.* 8. pagg. 336. ind. pagg. 52. cui subnectitur *Hippocratis Coi de medico medicinae officio Lib.* pagg. 10. Dedicatio a p. 3. ad 13. Ingolstadii Kal. Maii 1530. scripta est. Librum secundum a pag. 232, praeter stirpes, alia quoque simplicia pharmaca recensere, scilicet succos, decoctiones, lapides &c. praefatio huic sigillatim praefixa vlterius exponit. Agit autem A. vbique nonnisi de nomenclaturis et virtutibus. b.) Qui post biennium eiusdem cura prodiit *NICOLAI ALEXANDRINI, Medici Graeci vetustissimi, liber de compositione medicamentorum secundum loca, translatus e Graeco in Latinum a NICOL. RHEGINO, Calabro, antehac nusquam impressus, cum breuissimis annotationibus locorum difficilium IO. AGRICOLAE*

 AMMO

AMMONII &c. *Ingolstadii in officina Alexandri Weissenhorn 1541.* 4. sine paginar. numeris, foliis 260. seu alph. 2. plag. 16. ind. fol. 7. vix huc referendus est: rarius namque simplicium remediorum ex vegetabilibus nomina explicantur, idque nonnisi per vnum alterumue synonymon. Plura eiusdem edita huc rectius forte referenda indicat Gesner. in Biblioth. p. 382. a. 17) CAROLVM FIGVLVM Confluentiae in Germania scripsisse methodum de herbis Coloniae 1540. in 4. excusam, annotauit iam Gesnerus in Biblioth. p. 162. et in Catalogo saepius citato addit, eum ibidem de herbis cognoscendis in genere quaedam tractare. Libri, quem nondum vidi, integer titulus est: *Dialogus, qui inscribitur botano-methodus, siue herbarum methodus. Coloniae ap. Io. Schoenstenium 1540.* 4. vid. Mercklin. p. 141. b. et Segu. p. 64. 18) Eodem anno MACRI (vid. num. super. 3.) poemata auctiora et emendatiora prodierunt hoc rubro: *MACRI de materia medica L. V. versibus conscripti. Per IAN. CORNARIVM medicum physicum emendati ac annotati et nunquam antea ex toto editi. Contenta singulis libris. I. et II. de herbis ac plantis vulgarib. III. de plantis peregrinis. IIII. de quibusdam plantis itemque animalium partibus, ac terrae speciebus. V. de lapidibus ac gemmis.* ad calc. *Franc. Chr. Egen. 1540.* 8. pagg. 132. auersis non. numer. praef. ind. pagg. 22. dedicatio eiusd. anni Cal. Martiis Francofurdae data est. Annotationes singulis capitibus subiectae potissimum in vocum etymis explicandis versantur. 19) AETIVS, natus Amidae, Mesopotamiae oppido, vixit seculo IV. vel secundum alios sub finem seculi V. et PAVLO Aegineta aetate inferior habetur, conf. Merckl. p. 17. b. Segu. p. 220. Ioecher. Gel. Lexic. T. I. p. 130., quare, habemus in eo GALENVM contractum, ORIBASIVM explicatum, PAVLVM Aeginetam ampliatum, scribit Petr. Castellanus in vita illustr. medicor. Antverp. ap. Guil. a Tongris 1618. 8. p. 131; sed Gesner. in Catal. citat. affirmat, eum, aeque ac Oribasium et Paulum, ne latum quidem vnguem a Galeni iudicio vsquam decessisse et nihil ferme prorsus de suo adiecisse, sed omnia sua ex eo vel iisdem verbis vel breuius aliquanto repetiisse. Integrum Graecum exemplar typis nondum excusum est: solos libros octo priores editos indicat Maitt. T. II. p. 803. hoc titulo: *AETII Amideni librorum medicinalium tomus primus, primi videlicet libri octo nunc primum in lucem editi, Graece in aedibus haeredum Aldi et Andr. Asulani Venetiis 1534. mens. Septembr.* fol., chartis 91. addit Gesner. Biblioth. p. 14. b. conf. Merckl. p. 18. a. Segu. p. 220., et vbi reliqui in manuscripto asseruantur, annotat Kestn. bibl. p. 105. not. o. In Latinam vero linguam translati prostant libri seu sermones XVI. Librum octauum ad tertium decimum vsque primus ex mutilo exemplari latine edidit CORNARIVS hoc titulo: a) *AETII Antiocheni &c. Medici de cognoscendis et curandis morbis sermones sex, iam primum in lucem editi, interprete IANO CORNARIO Zwiccauiens. medico. Quae in singulis sermonibus continentur in principio cuiusque habetur. De ponderibus et mensuris ex PAVLO Aegineta, eodem interprete. Basil. in offic. Frobeniana 1533.* ad calc. *per Hier. Frobenium et Nic. Episcopium 1533. mens. Aug.* fol. pagg. 438. de ponderib. a pag. 439. ad 441. praemiss. pagg. 12. Deinde et reliqui prodierunt hoc titulo: b) *AETII Amideni, quem alii Antiochenum vocant, medici clarissimi libri XVI. in tres tomos diuisi, quorum primus et vltimus IO. BAPTISTA MONTANO Veronensi medico, secundus IANO CORNARIO Zuiccauiensi, et ipso medicinae professore, interpretibus latinitate donati sunt. In quo opere cuncta quae ad curandi artem pertinent congesta sunt, ex omnibus, qui vsque ad eius tempora scripserant, diligentissime excerpta. Additus est index in omneis Tomos copiosissimus. Basileae in officina Frob. 1535.* fol. T. I. continet L. I.—VII. p. 350. praemiss. p. 12. ad calc. *per Hier. Froben. et Nic. Episc. mens. Aug. 1535.* T. II. est idem exemplar cum *eodem titulo* anni 1533. T. III. hoc frontispicio distinguitur: *Tomus tertius habet AETII Amideni medici clarissimi de re medica libros tres, IO. BAPT. MONTANO medico Veronense interprete. ibid. 1535.* continet L. XIV—XVI. pagg. 182. indic. general. pagg. 18. ad calc. mens. Aug. 1535. Hoc opus prius Venetiis excusum esse, indicat praefatio editionis sequentis; sed nemo ex auctoribus citatis aliam indicat, quam Venetiis ex officina Farrea 1543. 8. Postea omnes libri recusi sunt hac inscriptione: c) *AETII medici Graeci contractae ex veteribus medicinae tetrabiblos, hoc est quaternio, id est libri vniuersales quatuor, singuli quatuor sermones complectentes, vt sint in summa quatuor sermonum quaterniones, id est sermones XVI. per IAN. CORNARIVM Medicum Physicum latine conscripti. Basil. 1542.* ad calcem *impensis Hier. Frobenii et Nic. Episcopii mense Septembri 1542.* fol. pagg. 929. de ponderib. ex Paulo p. 930—932. ind. pagg. 28. tit. et dedicatio, quae calendis Nouembribus 1541. scripta, pagg. 10. Haec editio recusa reperitur inter Medicae artis Principes Stephani T. II. a p. 1. ad 840. Ex his libris primus agit de simplicibus pharmacis ex plantis. 20) Quibus praerogatiuis CONR. GESNERVS distinguendus sit ab omnibus botanicis, qui eum praecesserunt, satis testantur eius scripta, praecipue ea, quae sub seculi XVI. dimidii alterius initium in lucem prodierunt, et omnium maxime, quae posthuma nunc demum D. V. hic Norimbergae comparitura sunt. Quae hoc in catalogo locum habent, sunt a) *Historia plantarum et vires ex Dioscoride, Paulo Aegineta, Theophrasto, Plinio et recentioribus Graecis. iuxta elementorum ordinem, per CONRADVM GESNERVM Tigurinum: vnacum rerum et verborum locupletissimo indice. Basileae ap. Robert. Wynter 1541.* 8. pagg. 281. tit. dedic. pagg. 7. ind. pagg. 15. Eodem anno eodemque titulo hunc librum recusum esse Parisiis ap. Io. Lodoicum Tiletanum in 12. annotat. Maitt. annal. T. III. p. 324. et Venetiis per Melch. Sessam in 12. idem T. V. p. 438. Seguierius p. 73. hunc librum eiusque editionem Tigurinam et Venetam eiusdem anni alio titulo tanquam aliam ex Gesn. Biblioth. citat, vbi tamen Gesnerus has ipsas editiones aliis tantum verbis recenset et enchiridium vocat; neque etiam Maittaire, quem allegat, l. c. Parisiensis editionis formam in 8. sed in 12. indicat. Ceterum eundem librum excusum ibid. anno eodem ap. Guil. Richardum in 12. ex Falconeti bibliotheca Paris., aliamque, titulo de plantis antehac ignotis &c. sine anno et loco ex Biblioth. Reg. Paris. addit. Epist. dedicat. huius libri Lausannae (vbi tunc A. degebat) IX. Aug. scripta est. Historia singularum plantarum continet simul earundem descriptionem ex veteribus collectam, et ad margines addita sunt vocabula Graeca et quandoque Arabica. Quae praeter Dioscoridem accesserunt plantae, signo * notatae sunt, vt ipse in recensione

ſione huius libri biblioth. l. c. monet, ſimul vero indicat, hoc ſignum typographorum incuria ſaepius omiſſum eſſe. b) *Catalogus plantarum Latine, Graece, Germanice et Gallice.* πίναξ φυτῶν λατινιϛὶ, ἑλληνιϛὶ γερμανικῶς, καὶ ζελτικῶς. *Nahmenbuch aller Erdgewächſen lateiniſch, Griechiſch, Teutſch, und Französiſch. Regeſtre de toutes plantes en quattre langues, Latin, Grec, Aleman, & Francoys. Vnacum vulgaribus pharmacopolarum nominibus. En tibi candidiſſime Lector, ſtirpium interpretationem ſupra omnes omnium hactenus de re herbaria libros locupletiſſimam inſtructiſſimamque, in qua non ſolum omnia recte antehac ab aliis ſcripta breuiter continentur, ſed permulta prius a nemine tradita, vel nunc primum inuenta, clariſſime docentur. Adiectae ſunt etiam herbarum nomenclaturae variarum gentium, Dioſcoridae adſcriptae, ſecundum litterarum ordinem expoſitae. Auctore CONR. GESNERO Tigurino. Tiguri ap. Chriſtoph. Froſchouerum 1542.* 4. pagg. 162. auerſ. non numerat. Tit. dedic. pagg. 7. Segu. p. 73. addit ibid. 1541. et 1542. vt et Francof. 1543. (ex Biblioth. Bodl. vbi vero p. 219. b. nec locum nec annum additum reperi) in 4. ſed ipſe Geſnerus in biblioth. p. 181. b. nonniſi illius a. 1542. mentionem facit. Mercklin. p. 208. a. editionem Tiguri apud Froſchou. 1552. in 4. indicat; ſed procul dubio errore typographico. 21) Anno 1542., vel ſecundum Mercklinum iam a. 1533, acris orta eſt controuerſia inter FVCHSIVM atque CORNARIVM, cuius occaſione euulgata ſunt a) *LEONH. FVCHSII tractatus: Cornarius furens. Baſil. ap. Eraſm. Xylotectum 1533.* 8. Merckl. p. 744. a. ibidemque 1545. in 8. Biblioth. Riuin. no. 1788. et in 4. Biblioth. Meibom. P. III. no. 3800. Segu. p. 69. b) *IO. CORNARII vulpecula excoriata, ſiue refutatio hiſtoriae Leonardi Fuchſii de plantis. Francof. ap. Egenolph. 1543.* 4. Merckl. p. 502. a Segu. p. 45. c) *Nitra ac brabyla pro Vulpecula excoriata aſſeruanda per IAN. CORNARIVM ad Leon. Fuchſium. ibid. 1545.* 4. Merckl. l. c. Biblioth. Riu. no. 6420. Segu. p. 45. Controuerſiam hanc praeter modum, qui eruditos decet, agitatam eſſe, ipſae inſcriptiones docent: num ſtirpium cognitio in tractatione illuſtrata ſit, iudicent alii: ad meas namque manus nondum haec ſcripta peruenerunt. 22) Graecum PAVLI exemplar, a GEMVSIO in lucem editum, (vid. no. 15. ſuper.) poſtea idem illuſtrauit hoc opere: *In libros PAVLI AEGINETAE omnes, annotationes nunc et primum concinnatae, et in lucem editae. Baſileae in aedibus Andr. Cratandri 1543.* fol. pagg. 60. tit. dedic. pagg. 8. Praefatio cum ipſo titulo coniuncta indicat, has obſeruationes aliorum emendationes interea publicatas vel probare, vel refutare, nouamque promittit interpretationem, quam autem editam ab vllo annotatam non inueni; dedicatio, Baſil. eiusd. anni Cal. Mart. exarata, autorem harum obſeruat. declarat et praecipue ingenium ANDERNACI (vid. n. 6. ſuper.) notat et e contrario illud OROSCII (vid. ſeq. artic. XV.) valde laudat. Interpretatio PAVLI, quam CORNARIVS denique adornauit, anno demum 1556. Baſil. ex offic. Io. Heruagii in fol. prodiit (vid. Merckl. p. 865. b. Segu. p. 290. Keſtn. p. 108. not. k.) atque etiam occurrit inter Medicae artis Principes a Stephano editos T. I. a p. 347. ad 701. cum praemiſſ. pagg. 5. hoc titulo: *PAVLI AEGINETAE de re medica libri ſeptem IANO CORNARIO interprete,* et ſubiunctis *eiusd. CORNARII Dolabellarum in PAVLVM AEGIN. libri VII.* a p. 702. ad 749. 23) Hiſtoria mundi ſeu naturalis, libris XXXVII. comprehenſa et L. X—XIX. de ſtirpibus agens, quam CAIVS PLINIVS (a patre) SECVNDVS (a matre) Maior quoque et Senior cognominatus, Veronenſis vel Romanus, Augur et Caeſareus Procurator, initio ſeculi I. conſcripſit (conf. Merckl. p. 137. a. Io. Ge. Fabricii biblioth. lat. Vol. alt. p. 401. Io. Harduini praef. in ſuam edit. Pariſ. 1723. fol., Segu. p. 141. Ioech. Gel. Lex. T. III. p. 1632.) ab a. 1469. (vid. ſeq. art. XV.) ad noſtra vsque tempora ſaepiſſime typis excuſa atque praeterea variorum eruditorum emendationibus pariter ac commentationibus illuſtrata eſt. Inter commentatores, quorum amplum catalogum Fabricius, Harduinus, Seguierius l. c. atque Maittaire Annal. typ. T. V. p. 156. exhibuit, Germanos quoque fuiſſe, haud reperi, ſi forte MILICHIVM (ſupra no. 11.) IVL. CAESARIVM Iuliacenſem, IAC. ZIEGLERVM Bauarum, RVD. GOCLENIVM Marpurgenſem, et BEAT. RHENANVM Alſaticum excipias; ex quibus tamen priores vnum vel alterum tantum librum huc non pertinentem expoſuerunt, neque vltimus vltra L. XIVtum progreſſus eſt. In Germanicam linguam vero traductum eſſe hoc opus atque editum Francof. 1571. 1584. et 1600. in folio, indicat Fabricius l. c. et eiusd. Vol. ſupplem. p. 619. vt et eius libros quinque VII—XI. Argentor. iam 1543. ſuppl. l. c. atque ex hoc Segu. p. 144. 145, ex quibus hanc tantum mea collectio continet editionem hoc titulo: *CAII PLINII SECVNDI von Veron, natürlicher hiſtory fünff Bücher. namlich das VII. von der Menſchen und Völckern wunderbarlichen Geſtalten, Weiſſen, Wandel, Art, Natur und Gebräuchen, beyderley Geſchlechten, Mann und Weibern. VIII. von den Thyeren, ſo uff dem Erdreich wonen. IX. von der Fiſch allerley Geſchlecht und Eygentſchafften, ſo im Waſſer wonen. X. von dem Geflügel, ſo im Lufft lebt. XI. von den kryechenden und mynderen Thyeren, ſo abgeſpalten an ergäntzung irer glyder. newlich durch HEINRICH von EPPENDORFF verteutſcht. zu Strasſburg bey Hans Schotten 1543.* fol. pagg. 235. ind. pagg. 4. Hoc opus autem, vt inſcriptio iam docet, pariter de ſtirpibus nil continet, excepto cap. 26. p. 62, quod breuiſſime de plantis agit, quarum vſum medicum animalia docuerunt. Num reliquae editiones germanicae a me nondum viſae plures contineant libros, inquirant alii: mihi dubium mouet exemplar, quod mecum communicauit cl. D. D. GE. LEONH. HVTHIVS, Collega honoratiſſimus, quod per M. IO. HEYDEN germanice redditum et Francof. 1565. in fol. pagg. 494. per Pet. Schmidt impenſ. Sigism. Feyrabend editum eſt eodem ferme ampliori tamen titulo, atque etiam haud plures, quam quinque indicatos, libros continet, figuris vero ligno inciſis, atque hinc etiam cap. 26. p. 150. ſequ. 18. plantarum Egenolfianis, refertum eſt. 24) IO. DANTZIVS, Aſtenſis (vulgo von AST dictus) natus quidem eſt in Comitatu Italiae Aſtenſi, Germanis tamen accenſendus videtur ex eo, quia non ſolum poſtea in Germania, praeſertim Francofurti ad Moenum, vitam degit et diem ſupremum obiit, verum etiam et praecipue, quia DIOSCORIDEM in Germanicam linguam, et quidem primus, transtulit ibidem 1546. typis euulgatum vid. art. XII. 1. et conf. artic. VI. Ab eodem porro edebantur *Tabulae ſimplicium medicamentorum, quae apud Dioſcoridem, Galenum et Plinium ſunt, omnium, exceptis iis, quae ab animalibus ſumuntur, facultates tam generales quam particulares continentes, et eam quae eſt ad principia ſequelam, et vt omnia ad elementorum rationes conſequantur, nec*

quicquam in iis reperiatur pugnans, mira industria euidentissime ob oculos spectanda, exponentes. Quas aliae consequuntur tabulae, eo iudicio doctrina et compendio compositae dispositaeque, vt simplicium viribus ex prioribus tabulis cognitis, primo aspectu medicis ad plerosque morbos remediorum praesidia inuenire promptissimum et facillimum sit. De simplicium medicamentorum facultatibus in genere, deque iis tum ratione tum experientia inuestigandis, dialogi quatuor, quorum argumenta proxima tabula exhibebit. Per IO. DANTZIVM Astensem Medicum. Basileae apud Henrichum Petrum mense Augusto 1543. fol. tit. praef. dedic. et ind. p. 22. tabula prima pagg. 97. secunda a p. 101. ad 155, dialogi pagg. 85. Singulis his diuisionibus proprius praefixus est titulus iisdem ferme verbis; praefatio vsum tabularum docet; dedicatio Basileae XIV. Calendas Martias 1543. scripta, indicat occasionem, qua, ante iter in Italiam stirpes inuestigandi caussa suscipiendum, hoc opus composuit, vbi etiam post reditum auctiorem editionem promittit; index morborum remedia indicat; prima tabula stirpium aliorumque simplicium remediorum nudas nomenclaturas Latinas et Graecas secundum priores literarum ordine et simul horum remediorum qualitates viresque indicat; reliqua huius operis contenta ad morborum remedia, remediorumque qualitates solummodo pertinent. 25) Quae IOANNES LONICERVS, ADAMI parens (vid. Ioech. Gel. Lex. T. II. p. 2521.) linguae Hebraicae, Graecae Latinaeque, vt et Theologiae in Academia Marburgensi Professor (ibid. p. 2522.) ad Dioscoridis interpretationem contulit, prodierunt hoc titulo: *In D OSCORIDAE Anazarbei de re medica libros, a VIRGILIO MARCELLO versos, scholia noua, IO. LONICERO auctore, cum rerum et vocabulorum, quae hisce scholiis insunt, indice.* Ad calcem: *excusum Marpurgi per Christian. Aegenolphum, mense Augusto 1543.* fol. pagg. 87. auersis non numeratis. Praemiss. pagg. 4. ind. pagg. 16. quem tractatum, eodem, vt videtur, anno, titulo communi (seruato tamen huius tractatus titulo peculiari) iunxit idem typographus Dioscoridis operi cum annotationibus RYFFI Francof. excusis vid. art. super. XI. 4.; parum autem laudis obtinuit a Gesnero Biblioth. p. 434. a. Eundem iam a. 1531. edidisse *N CANDRI Theriacam et alexipharmaca cum scholiis et interpretatione latina,* indicat Merckl. p. 627. b. 26) Multis operibus latine et germanice editis amplam famam aucupatus, exiguam vero vel nullam plane consequutus est GVALTERVS siue WALTERVS HERMANNVS RYFF, RIFFVS vel RIVIVS nominatus, medicus Argentoratensis. Male autem omnibus ferme audit atque etiam iam Gesnero, qui eum biblioth. p. 284. b. sequ. graui virgula censoria notat: sufficiant haec pauca; *si quae tamen in illis* (operibus) *bona reperiuntur, mera sunt furta, et pleraque perperam a primis autoribus exscripta ac deprauata.* conf. art. XI. post n. 15. Eiusdem farinae censentur *eiusdem in Dioscoridem obseruationes* supra iam art. XI. 4. 5. indicatae. 27) Maioris pretii haud est opusculum hoc titulo euulgatum: *Tomus secundus elementorum physiologiae, seu philosophiae naturalis, tres libros continens: Primus animam, secundus plantas, tertius animalia describit. Autore IOANNE MONHEMIO. Coloniae haeredes Gymnici excudebant 1544.* 8. sine paginarum numeris, lib. I. vnacum tit. et dedic. plag. 5. L. II. alph. 1. plag. 9. cum pagg. 5. Accedit ex libello EOBANI HESSI carmen *de conseruanda bona valetudine* et *Horti alcinoi* pagg. 9. tertius autem liber de animalibus non additus, neque, quantum scio, postea sigillatim editus est. Hunc pariter plagii crimine accusat Gesnerus l. c. p. 438. b; sed ipsemet auctor in dedicatione Coloniae Cal. Iulii 1544. scripta indicat, puerorum erudiendorum tantum in gratiam se composuisse hoc opusculum et auctores ipsumque Gesnerum nominat, ex quorum monumentis illud composuit. Primus tomus, huc autem non pertinens, hac inscriptione prius comparuit: *Elementorum physiologiae seu philosophiae naturalis libri septem, in duos tomos distincti, vniuersam artem μεθοδικῶς complectentes: Authore IO. MONHEMIO. Coloniae Io. Gymnicus excudebat 1542.* 8. plag. 8. cum dimid. LI. rerum naturalium principia eorumque circumstantias describit, II. mundum et eius partes, III. Meteωra, IV. metalla atque lapides: reliqui tres ad Tom. II. pertinent. 28) Quum a. 1549. altera DIOSCORIDIS (art. XI. 5.) editio pararetur, omittebantur IO. LONICERI scholia, sed addebantur *VALERII CORDI in PED. DIOSCORIDIS de medica materia libros annotationes* a p. 449. ad 533. vt et *EVR. CORDI iudicium de herbis et simplicibus medicinae, ac eorum, quae apud medicos contrauertuntur, decisio et explicatio* a p. 534. ad 541. tandemque *Herbarum nomenclaturae variarum gentium, Dioscoridi adscriptae, secundum litterarum ordinem expositae a CONR. GESNERO* a p. 541. ad 554. vid. artic. XI. 5. Quod a) ad EVR. CORDI opusculum attinet, typographus in praefatione indicat, esse hoc nil aliud, quam epitomen Botanologici (sup. n. 10. a.) eiusdem auctoris; sed continet eandem iam prima Botanologici editio, vti etiam illa Parisiis recusa (n. 10. b.) vbi indicis loco annectitur hac inscriptione: *index et quasi epilogus seu epitome omnium fere eorum, quae in hoc dialogo* (ipsum namque botanologicon colloquii in modum conscriptum est) *tractantur*: perperam ergo tanquam distinctum huius auctoris opus citatur a Merckl. p. 265. a. et Segu. p. 44. qui praeterea hunc peculiarem titulum indicat: *iudicium de herbis singulis, quarum in medicina vsus est, et huius generis eorum, quae apud medicos controuertuntur, explicatio. Prima editio. Francof. ap. Egenolphum 1539.* (sine formae additione) *ibidem cum Dioscoride ex editione Ruellii 1549. in fol.*; videntur autem haec ex aliorum citationibus variis et imperfectis tantum transcripta. b) VAL. CORDI, EVRICII filii, annotationes ex manuscripto, quod auctor Vitembergae nonnullis medicinae studiosis dictauerat, omnino primum hic publicatae et deinde cum patris Botanologico Parisiis (10. b) recusae sunt. Conscripsit easdem iuuenis adhuc aetatis 17. annum agens et a. 1531. Vitembergae adhuc ipse discipulus in magistrorum admirationem, dum commilitonibus Dioscoridem ter praelegisset: vnde facile colligi potest, qua industria, quoque ingenio praecoci, et nihilominus acri, condecoratus fuerit, et quam ob rationem fata eius praematura, quae d. 25. Sept. a. 1544. aetatis 29. Romae contigerunt, luxerint omnes cordati et de publica vtilitate solliciti viri. Erant autem hae obseruationes non nisi prima collectanea, quae postea vlterius perficere haud intermisit, docente id ipsum exemplari manu eius scripto, quod multo auctius et emendatius postea vnacum reliquis eiusdem posthumis operibus edidit GESNERVS hoc titulo: *In hoc volumine continentur VALERII CORDI Simesusii annotationes in PED. DIOSCORIDIS Anazarbei de medica materia libros V. longe aliae quam antehac*

sunt

sunt euulgatae. *EIVSD. VAL. CORDI Historiae stirpium Lib. IIII. posthumi, nunc primum in lucem editi, adiectis etiam stirpium iconibus et breuissimis annotatiunculis. Sylua, qua rerum fossilium in Germania plurimarum, metallorum, lapidum et stirpium aliquot rariorum notitiam breuissime persequitur, nunquam hactenus visa. De artificiosis extractionibus liber. Compositiones medicinales aliquot, non vulgares. His accedunt Stocc-hornii et Nessi in Bernatium Heluetiorum ditione montium, et nascentium in eis stirpium, descriptio BENEDICTI ARETII, Graecae et Hebraicae linguarum in schola Bernensi professoris clarissimi. Item CONRADI GESNERI de hortis Germaniae liber recens, vnacum descriptione Tulipae Turcarum, Chamaecerasi montani, Chamaemespili, Chamaenerii, et Conyzoidis. Omnia summo studio atque industria doctiss. atque excellentiss. viri CONR. GESNERI medici Tigurini collecta et praefationibus illustrata.* Ad calcem : *Argentorati excudebat Iosias Ribelius 1561.* fol. pagg. 303. auersis non numeratis: Praemiss. pagg. 16. Cordi annotat. in Diosc. p. 1—84. historia p. 85—212. icon. 275. descr. Tulipae &c. p. 213 — 216. icon. 5. Sylua obs. &c. p. 217—231, opusculum ARETII p. 232—235. hort. Germ p. 236—301. Ind. pagg. 11. Ex praefationibus et dedicationibus Gesneri discimus, a quibus haec omnia Cordi opera acceperit, quidque ipse subinde illis addiderit (conf. nota Seguier. p. 45.) nec non vnde additae icones desumtae sint, nempe (vltra 200) ex apparatu illo, quem typographus pro Tragi historia stirpium edenda parari curauit, reliquis exceptis, quas Gesnerus vel secundum aliorum auctorum (circiter 12) imagines, vel secundum picturas, quas ipse parandas curauit vel a KENTMANNO communicatas accepit (56. praeter 5. vltimas) quas omnes ingenuus Gesnerus notis distinxit. Biennio post sequutus est *VAL. CORDI Simesusii stirpium descriptionis liber quintus, qua in Italia sibi visas describit; in praecedentibus vel omnino intactas, vel parcius descriptas. Hunc autem morte praeuentus perficere non potuit. De morbo et obitu VAL. CORDI epistola HIER. SCHREIBERI Norimbergensis. In eiusdem obitum CASP. CRVCIGERI elegia. Emendationes quaedam et additiones in opera VAL. CORDI Argentinae excusa apud Ios. Ribelium 1560.* (1561.) *Argentorati excudebat Ios. Ribelius 1563.* fol. pagg. 13. auers. non numeratis, sine figuris. Quo testimonio MELCH. ADAMI in vita VAL. CORDI operis sui in 8. Heidelb. 1620. p. 47. et in fol. Francof. 1706. p. 21. a. affirmauerit, *sextum historiae stirpium autographum librum* superfuisse, non indicauit. c) Herbarum denique nomenclaturae Gesneri, quae Dioscoridis editioni supra citatae accesserunt, extabant iam cum eiusdem catalogo plantarum &c. supra no. 22. indicato.

§. XV. Hi ergo sunt, si recte memini, omnes vel saltem praecipui illi Germani, qui pro instauranda et emendanda re herbaria ad primum vsque seculi XVI. dimidium omnes vires neruosque intenderunt. Quum vero iniquum fore duxi, si reliquorum virorum in eandem scientiam collocata studia, quibus eadem temporis periodo et partim iam ante Germanos pro meritis claruerunt, silentio penitus praeterirem, eorum quoque operum, quatenus mea collectio succurrit, pari ordine chronologico, sed primis tantum lineis adumbrata recensio, colophonem tandem imponat. Ne autem veterum auctorum ea opera, quae stirpium historiam valde ieiune tantum pertractarunt, huic catalogo perperam inserta videantur, in gratiam eorum, qui rei herbariae historiam nondum cognitam habent, pauca praemittenda necessum duxi. Quam diu litterarum barbaries omnes scientias artesque subiugauit, vnacum reliquis botanica quoque penitus negligebatur. Quicquid de stirpium cognitione ad pharmaca inde conficienda conseruandum erat, in nudis ferme consistebat vocabulis, quae ex Arabum praecipue operibus in latinam linguam male translatis et peius adhuc intellectis traditioneque fallaci, absque omni inquisitione vlteriori, colligebantur. Quam sterilis ergo atque infida eiusmodi expositio stirpium medicinalium a Barbaro-Latinis medicis conscripta fuerit, facile testantur illi, qui tamen ex his praeferebantur reliquis, e. gr. IO. PLATEARIVS, SIMON IANVENSIS, MATTH. SYLVATICVS &c. quibus adhuc accensendi sunt eiusdem aeui Barbaro-Graeci SIMON SETHI, MYREPSVS &c. Quod ad Arabes attinet, hi iterum stirpium medicinalium recensionem potissimum ex Graecorum, praecipue GALENI eiusque epitomatorum ORIBASII, PAVLLI (§. XIV. 4.) AETIIque (ibid. 19) operibus, lingua Arabibus pariter peregrina conscriptis parique difficultate transferendis, desumserunt, multas tamen simul cognitas fecerunt, quarum apud Graecos nullum vestigium reperitur, ex quibus praecipui sunt SERAPIO, AVERRHOIS, RHASIS, AVICENNA, HALYABAS, MESVE &c. Ex Graecis denique quorum codices conseruati vel saltem huc vsque typis excusi sunt, solus DIOSCORIDES, et iam ante hunc THEOPHRASTVS Eresius, in tradenda stirpium historia curiosius occupati fuerunt: ipse namque GALENVS, medicinae post HIPPOCRATEM nouus reformator, ad DIOSCOR. & THEOPHR. frequenter ablegat (IO. ALB. FABRICIVS in *Biblioth. Graec. L. IV. c. 17. p. 570. & 588.* loca citata sigillatim indicat) et nullibi (quod GESNERVS iam in catalogo saepius citato notauit) quoad stirpium historiam noui quicquam addidit. Ante TEOPHRASTVM quidem eius praeceptor ARISTOTELES problematum sectione XX. de illis, *quae ad stirpium genus et oleracea pertinent*, egit, et eius opera porro continent peculiares libros II. *de plantis* inscriptos: sed (vt taceam, horum librorum auctorem aeque, ac eorum interpretem, omnium fere consensu incertum esse) et hi et illa nil continent, quam inutiles de generalibus stirpium qualitatibus dissertationes, hincque ex botanicorum classe merito proscribuntur. Haec omnia fusius iam explicauit TOURNEFORTIVS in Isagoge in rem herbariam suis institutionibus praefixa, aliique in similibus recensionibus, ad quas plura scire desiderantem ablego; ex hactenus allatis autem iam satis patere opinor, quam ob rationem veterum opera in botanicorum recensione praeteriri nequeant. Aliorum catalogi multorum adhuc operum mentionem faciunt, quae, dum morborum remedia indicant, multas variasque stirpes simul nominant, e. gr. ipsius HIPPOCRATIS, CORN. CELSI &c. pluriumque Barbaro-Latinorum; sed hae hinc inde interspersae non solum improbo labore colligendae essent, verum etiam simpliciter tantum nominatae, raro vno vel altero synonymo, nunquam vero sufficiente descriptione explicatae, reliquorum operum indices aliquibus forte nominibus quidem aucturae, vix autem, ac ne vix quidem, ad ipsam earum cognitionem quicquam adlaturae essent, id quod etiam probant specimina illa, quae BRVNFELSIVS (art. XIV. 7. b 1.) exhibuit. Huc etiam vocant plurimi, et quidem maiori iure, geoponica seu de re rustica opera CATONIS, VARRONIS, VIRGILII, COLVMELLAE, PALLADII &c. sed ne ad nauseam vsque extendam hanc disquisitionem, ea praeterii, cumprimis quia illorum auctores non aeque stirpium cognitionem, quam earundem culturam, emendandam docendamue curae cordique habuerunt.

§. XVI. Ex libris itaque adhuc recensendis 1) quantum ego quidem reperi, typis excusa sunt opera MESVES. Vixit autem sec. VIII. vel initio IX. MESVE ex ciuitate Nisabor regionis Chorosaniae olim Bactrianae ortus, seu IOHANNA filius MESVACH, itemque IOANNES seu IANVS Damascenus, medicus Syrus, qui pro eodem habetur; inclaruit vero etiam seculo XI. vel XII. IOANNES MESVE Damascenus, filius HAMACH filii ABDELA, regis Damasci, cui nomen MESVACH alii tribuunt: quomodo autem hi distinguendi, et cuinam opera Mesues nomine publicata tribuenda sint, nondum consentiunt auctores: *vid. Castell. p. 143. Merckl. p. 640. a. Tourn. Is. p. 17. Segu. p. 279. Kestn. p. 126 136. Ioech. T. II. p. 1917. III. p. 478.* Sequitur autem tractatum, canones inscriptum, alius tractatus de simplicibus purgantibus, vbi hinc inde, valde tamen imperfecte, hae stirpes vel earum partes describuntur, species nonnullae indicantur et synonyma adduntur; in *Grabadin* seu antidotario quoque eorum subinde mentio fit. Opus eius *de medicinis vniuersalibus Venet. ap. Clementinum Patauinum 1471.* in fol. vid. Segu. p. 279. Maitt. Annal. tyogr. T. I. seu IV. p. 310. et *eiusd. practica in medicinis particularium aegritudinum cum PETRI APPONI additione Neapol. per Berthold. Rying de Argentina 1475. die 12. Ian.* in fol. Segu. p. 279. Maitt. ibid. p. 346. Mea exemplaria sunt sequentia. a) MESVE *cum expositione* MONDINI *super canones vniuersales. ac etiam cum expositione CHRISTOPH. de HONESTIS* in *Antidotarium eiusdem. Additiones PETRI APPONI. Additiones FRANCISCI de PEDEMONTIVM. Antidotarium NICOLAI cum expositione PLATEARII. Tractatus quid pro quo* (absque auct. nomine indicat remedia sibi inuicem substituenda) *Tractatus de sinonimis* (iterum sine A. nomine) *Libellus BVLCHASIS siue SERVITORIS* (translatus a SIM. IANVENSI interprete ABRAAM Iudeo Tortuosiensi). *Compendium aromatariorum SALADINI. IO. de SANCTO AMANDO super antidotarium Nicolai. Venetiis per Io. et Gregor. de Gregoriis fratres 1497. d. 14. Oct.* in fol. pagg. 360. (sed ex typographi incuria, sunt enim 374.) auersis non numerat. (Cum inscriptione iisdem verbis *impressa per Bonetum Locatellum Bergomensem iussu et impensis nobilis viri Dom. Octauiani Scoti ciuis Modaetiensis 1495. prid. Kal. April.* vid. Maitt. l. c. p. 602. *MVNDINI et CHR. de HONESTIS expositiones Ferrariae et Bononiae iam 1488.* in fol. Segu. p. 279.) b) *Eodem titulo ibid. 1508. d. 20. Oct. Sereniss. Dom. D. Leonardo Lauretano Venetiarum Duce imperante.* fol. pagg. 379. auers. non numeratis. c) *Eodem titulo* cum his additis: *Additiones noue super Mesue et Nicolai Antidotariis. Quotationes item marginales. Tabule due nouiter addite. Prima ad breuius et facilius inueniendum quodlibet antidotum in antidotariis Mesue et Nicolai positum. Secunda vt promptius proprietates et iuuamenta dictorum antidotorum sciri possint. Omnia accuratius quam hactenus fuerint emendata cum marginalibus adnotamentis nuperrime adiectis.* Ad calcem: *Impressa in famatissimo Lugdunenn. emporio. Industria probi viri Gilberti de Villiers chalcographi Lugdunens. incolae, sumptibus vero et impensis honesti viri Vincentii de Portonariis de Tridino de monte ferrato. 1519. die vlt. mens. Iulii* fol. foliis 327. seu pagg. 654. tab. alphabetica pagg. 13. d) *Diui* MESVE *et noua quedam vltra ea que secum associari consueuerunt opera preclarissima vt inferius speculanti sub manus indicio demonstratur.* Haec titulo subiecta indicant has accessiones: *CHR. GE.* (sc. de HONESTIS) *Florentini tractatus de aqua et ptisana ordeacea conficienda. ALCHINDI medicorum perspicacissimi de medicinarum compositarum gradibus inuestigandis libellus. Subtilissimus HABENGVEFIT de simplicibus medicinis libellus. Egregius APVLEI medici antiquissimi de ponderibus et mensuris libellus. Antidotorum in MESVE et NICOLAI Antidotariis contentorum index. Remediorum variis aegritudinibus conferentium summula copiosissima.* Ad calcem: *que diligenti IOAN. BAPT. de NICOLAIS Brixiani Salodiensis elucubratione castigata post vniuersas eorum impressiones in florentiss. Venetiar. vrbe Domini Luce Antonii Iunta florentini huius artis curiosissimi sumptibus excusa sunt anno* NB. *ante Chri. aduentum 1527. Marcii idibus* fol. pagg. 388. auersis non numeratis. e) *Opera Diui* IOANNIS MESVE. *Diui IO. MESVE Medicorum euangelistae celeberrimi praeclara opera, studiosis artis medicinae perquam vtilia, quae non solum quam hactenus fuerint nuperrime castigatiora, verum etiam multum locupletiora reddita sunt, vt candidissimo cuique lectori constabit, opusculorum inscriptiones, quas proxime sequens pagina complectitur, dispicienti* (secundum hanc paginam accedunt: *insignis medici COPHONIS tractatus de arte medendi, omnibus morborum curam auspicaturis apprime necessarius. GENTILIS FVLGINATIS de dosi medicinarum inuestiganda libellus. DOMINICI (VICENTINI) ARCHIGNANEI de ponderibus et mensuris libellus, tres continens tractatus, qui ad praxim quam maxime necessarii sunt.* Praeterea addition. nouar. edit. c. d. auctor nominatur D. MICHAEL a CAPELLA Tornacenn.): ad calcem: *excusa in famatissimo Lugdunenn. emporio sumptibus et impensis honesti viri Vincentii de Portonariis de Tridino de monte ferrato: industria vero Ioann. Crespin. alias du Carre 1533. die XV. mensis Maii* fol. foliis 357. seu pagg. 714. NB. in hoc et antecedenti exemplari MONDINVS nominatur MVNDINVS DE LENTIIS (a LVCIIS Segu. p. 279.) et CHR. de HONESTIS, appellatur CHRISTOPH. GEORGIVS. f) *IO. MESVAE Damasceni de re medica libri tres:* (Theoremata seu Canones vniuersales, de medicamentis simplicibus purgantibus, et antidotarium) *IACOBO SYLVIO medico interprete. Parisiis ap. Chr. Wechelum 1542.* fol. pagg 350. Liber secundus, qui agit de medicamentis simplicibus purgantibus, copiosis notis ad margines et ad calcem singulorum capitulorum instructus est, maximam tamen partem ex veteribus Graecis aliisque petitis et semper citatis; neque etiam antidotarium iisdem caret. g) *Eodem titulo Lugduni ap. Io. Tornaesium et Guil. Gazaeum 1548.* 8. pagg. 372. praemiss. pagg. 16. ind. pagg. 22. h) *In Antidotarium IOANNIS Filii MESVE* (censura) *cum declaratione simplicium medicinarum, et solutione multorum dubiorum ac difficilium terminorum. Adiecto facillimo atque copioso indice, nec non et receptario castigatissimo cum suo repertorio. Opus sane quibuscunque tam medicinae studiosis, quam aromatariis, vtile et necessarium.* Ad calcem: *per Venerandos Patres et IEsu Christi seruos, Fratres BARTHOLOMAEVM VRBEVETANVM et ANGELVM PALEAM IVVENATIENSEM, Ordinis Minorum obseruantiae Prouinciae Romanae. Impressum Venetiis per Barthol. de Zanettis Brixiensem 1543. XVIII. Mensis Iulii.* fol. antidot. pagg. 328. praemiss. cum indice copiosiss. pagg. 52. Receptar. pagg. 84. in column. diuisis, singulis diuisionibus numeratis, ind. pagg. 5. Auctores huius operis declarat subscriptio indicata et dedicatio ex sacro Araecaeli conuentu Romae IV. Nonas Iulii 1542. data, et possessor huius mei exemplaris anonymus manu adscripsit, ex ipsius fratris Angeli relatione se eodem publi-

cationis

cationis anno Venetiis audiuisse, illum cum socio suo in opere hoc elaborando per 20. annos desudasse illudque porro per 15. medicinae Doctores Italiae eruditiores correctum et approbatum esse. Ipse titulus indicat, continere hoc opus solum antidotarium; sed omnia simplicia, quae compositiones ingrediuntur, satis prolixe vbique exposita sunt. i) *Eodem titulo Lugduni ap. Io. et Francisc. Fellonios fratres 1546.* ad calcem: *1545.* in 8. pagg. 622. praemiss. pagg. 32. Receptar. pagg. 81. ind. pagg. 12. k) *MESVE et omnia quae cum eo inprimi consueuerunt, pulchrioribus typis reformata, diligentiorique animaduersione emendata, et pluribus in locis restituta, atque copiosiori indice, quid in quoque opere contineatur, significante, decorata: quae in sequenti pagina descripta sunt. Addita est IAC. SILVII interpretatio canonum vniuersalium, simplicium medicinarum, atque antidotarii: in quo et ponderum varietatem in margine annotauimus. Et duo Trochisci Mesue, quae in manuscriptis exemplaribus inuenimus: et quaedam compositiones ex Galeno, quae nunc ab aromatariis in vsu habentur.* Ad calcem: *Venetiis in officina haeredum D. Lucae Ant. Iuntae mense Ianuario 1549.* fol. Prior diuisio pagg. 141. posterior pagg. 313. vbique auersis non numeratis, tit. et ind. pagg. 27. Auersa tituli pagina indicantur praeter editionis lit. e. et huius tituli contenta *IAC. de PARTIBVS Summula, remedia continens omnium aegritudinum, ad alphabeti seriem dispositarum.* l) *IO. MESVE Damasceni, medici clarissimi, opera de medicamentorum purgantium delectu, castigatione, et vsu, libri duo, quorum priorem Canones vniuersales, posteriorem de simplicibus vocant. Grabadin, hoc est compendii secretorum medicamentorum, libri duo, quorum prior Antidotarium, posterior de appropriatis vulgo inscribitur. Cum MVNDINI, HONESTI, MANARDI et SYLVII in tres priores libros obseruationibus, quae vulgo cum his prodire consueuerunt. His accessere plantarum in libro simplicium descriptarum imagines ex viuo expressae. Et IO. COSTAEI annotationes, tum quas in editione priori* (forte 1589. vid. Merckl. p. 640. b) *dedimus, tum praeterea nouae aliae in postremas nouem Antidotarii sectiones, quae desiderabantur. Reliqua vero, quae cum Mesuae operibus exire solent, in aliud volumen coniecimus, quod nomine supplementi in Mesuen inscriptum est. Quae omnia accuratissime hac postrema editione prodeunt emendata et ab innumeris mendis et erroribus, qui in superiori irrepserant, adhibita doctorum hominum industria, expurgata. Venetiis ap. Iuntas 1623.* fol. pagg. 252. supplem. pagg. 278. vbique auers. non numeratis, praemiss. pagg. 12. ind. pagg. 22. Praefixa dedicatio COSTAEI docet, se prioris tomi correctionis, posterioris vero seu supplementi VINCENTIVM COGOLLVM medicum Vicentinum curam gessisse. Supplementi contenta eadem sunt, ac editionis lit e., quae verbotenus ferme recenset Merckl. l. c. Stirpium imaginum numerantur tantum 39. (quum tamen stirpium 50. describantur) ligno insculptae atque eaedem, vel saltem maximam partem ad eandem normam denuo factae, quae in Mathioli editione Valgrisiana anni 1570. reperiuntur, adeoque peculiari consideratione haud dignae. m) IO. IAC. de MANLIIS *annotationes in antidot.* vid. §. 14. 7. m. IO. MANARDI vero num. seq. 19. b - f. n) Qui IANI DAMASCENI *Decapolitani* nomine ab ALB. TORINO et GERARDO IATRO editi sunt *Therapeuticae methodi h. e. curandi artis L. VII. Basil. ex offic. Henr. Petri Mens. mart. 1543.* in fol pagg. 491. praemiss. pagg. 24. penitus sunt distinguendi, neque de vegetabilibus agunt, nisi in remediorum formulis, vbi vero simplicibus tantum nominibus indicantur. 2) SIMON IANVENSIS, seu GENVENSIS, itemque SIMON GENIATES, vel SIMON a CORDO dictus (quae nomina nonnulli absque sufficienti testimonio distinguunt) Genuae natus et sec. XIII. clarus fuit: vid. *Merckl. p. 971. a. Maitt. annal. T. I. f. IV. p. 473. V. P. II. p. 246. Segu. p. 268. 304. Kestn. p. 71. 528. nota m. Ioech. T. I. p. 2094. II. p. 1843. IV. p. 599. 600.* Opus eius, *clauis sanationis* inscriptum, iam *a. 1474. Pataui per Petrum Mauser Normannum,* in fol. prodiisse, testatur *Segu. p. 268.* a) Meum exemplar non aliud habet frontispicium, quam hanc ipsius tractationis inscriptionem: *Incipit clauis sanationis elaborata per venerabilem virum, Magistrum* SIMONEM IANVENSEM *Domini Pape subdyaconum et capellanum medicum quondam felicis recordationis Domini Nicolai Pape quarti qui fuit primus de ordine minorum.* Ad calcem: *Venetiis per Guilielmum de Tridino ex Monteferrato 1486. die 13. Nouembris* fol. in columnis diuisis sine paginarum numeris foliis 98. b) Alteri hic praefixus est titulus: SIMONIS IANVENSIS *opusculum, cui nomen clauis sanationis simplicia medicinalia latina greca et arabica ordine alphabetico mirifice elucidans recognitum ac mendis purgatum: et quotationibus Plinii maxime ac aliorum in marginibus ornatum: et quam diligentius ac correctius id fieri potuit impressum.* Ad calcem: *finis Simonis Ianuensis additis auctoritatibus Plinii locis propriis per* GEORGIVM DE FERRARIIS *de Varolengo montisferrati, artium et medicinae Doctorem. Impressum Venetiis per Gregorium de Gregoriis 1514. die 22. mensis Maii.* fol. pagg. 65. auersis non numeratis. Inscriptio tractationis eadem est, ac prioris editionis, cuius frontispicium forte deficit. Est autem opus hoc nil aliud quam lexicon litterarum ordine non solum stirpium, verum etiam aliarum rerum, in scriptis medicis occurentium nominum artisque terminorum tum per synonyma tum per breuem descriptionem expositio. Quousque differant vel conueniant *synonyma* SIMONIS GENVENSIS: *impress. per Anton. Zarotum die Martis III. Augusti Mediolani 1473.* in fol. (quae indicat *Maitt. Annal. T. I. f. IV. p. 329.*) iudicent alii. Ceterum conf. super. num. 1, a. et seq. num. 3. a. c. 3) MATTHAEVM SYLVATICVM medicum Mantuanum, (*vid. Castell. p. 158. Merckl. p. 794. b. Tourn Isagog. p. 19. Segu. 303. Kestn. p. 58. Ioech. T. IV. p. 960.*) sec. XIV. opus suum composuisse, testatur ipsa eius inscriptio; prodiit autem a) sine titulo hac tractationis inscriptione: LIBER. PANDECTARVM. MEDICINAE. OMNIA. MEDICINE SIMPLICIA. CONTINENS. QVEM. EX. OMNIBVS. ANTIQVORVM LIBRIS AGGREGAVIT. EXIMIVS. ARTIVM. ET. MEDICINAE. DOCTOR. MATTHEVS. SILVATICVS. AD. SERENISSIMVM. SICILIE. REGEM ROBERTVM. Ad calcem: *Opus pandectarum medicine emendatum per eximium artium et medicine doctorem dominum et magistrum* MATTHEVM MORETVM *brixianum Bononie in medicina et astronomia legentem. Et impressum per magistrum Iohannem Vurster de Kampidona 1474.* fol. regal. charta firmiss. et typo elegantiss. splendide excusum. in columnis diuisis sine pagin. numeris, sine litteris initialibus (vbique tamen eleganter vel rubro vel caeruleo pigmento adscriptis) et sine custode foliis 348., sequitur vnicum folium cum quibusdam addendis, et deinde MORETI praefatio atque index alphabeticus nominum latinorum fol. 5. quae forte bibliopegi errore post posita sunt. Praefatio indicat inter auctores, ex quibus conscriptum est hoc opus, etiam SIM. IANVENSEM, et addit: *Huius autem auctoris nomen licet sit ambiguum; ipsum tamen a fide dignis* MATTHEVM SILVATICVM *nuncupatum fuisse accepi.* Con-

ſtat autem capp. 720, quibus totidem vocabula explicantur obſcura per aeque obſcurum, vti *Keſtn. p. 58. §. IV.* recte iam annotauit. Ceterum de hac et alia eodem anno Neapolis excuſa editione vid. *Maitt. annal. T. I.*p. 106. I. ſ. IV. p. 333.* vbi titulo: liber *cibalis et medicinalis pandectarum* MATTH. SYLVATICI, citatur, et conf. *id. T. V. P. II. p. 270.* b) Tituli loco ſolum exhibet nomen *Pandecte*, deinde ſequitur index latinus cum eadem MORETI praefatione fol. 3. porro opus ipſum hac inſcriptione: *Opus pandectarum, quod aggregauit eximius artium et medicine doctor MATHEVS* SILVATICVS *ad ſereniſſ. Sicilie regem Robertum, qui fuerunt anno mundi 6516. anno vero Chr. 1317. coeui* PETRO DE ABANO, DINO DE GARBO, GENTILI, BONAVENTVRE, FRANCISCO MAYRONI, *et* NICOLAO DE LYRA. pagg. 192. auerſis non numer. ad calcem: *Opus pandectarum medicine ordinatum ſecundum litteras alphabeti ita, vt facillime et quam primum reperiatur, quicquid ineſt, per* GEORGIVM DE FERRARIIS *de monte ferato artium et medicine doctorem. Impreſſum Venetiis per Philippum Pinzium Mantuanum 1492. d. 16. Iunii, ſumptibus et expenſis Domini Bernardini Fontana.* Sequuntur denique p. 193. additamenta. Haec editio capp. 702. conſtat in fol. ord. ſine litt. initialibus. c) *Pandectae medicinae. Opus Pandectarum medicinae clariſſimi viri* MATTHAEI SILVATICI, *tam aromatariis, quam medicis omnibus neceſſarium, nuperrime caſtigatius redditum, et non inuenuſtis characteribus in gratiam ſtudioſorum excuſum, ac plurimis celeberr. auctorum, inprimisque* SIMONIS NB. GENVENSIS, *adnotationibus decenter illuſtratum, nec non variis capitibus ſimplicium medicinarum, quae in perquam multis codicibus non comperiuntur, adauctum: cum tractatu quoque declarante quantum ex ſolutiuis laborioſis ingrediatur pro ſingula drachma pilularum et electuariorum ſolutiuorum. Tabula ſimplicium proxime ſequentem paginam voluenti ſeſe offert. Subiecta quoque eſt in fine operis tabula omnium capitum per elementorum alphabeti ſeriem digeſta. Adiecta item fuere Adnotamenta pleraque ſtudioſis lectoribus haud dubie profutura per eximium medicae facultatis Profeſſorem* DOMINICVM MARTINVM DE SOSPITELLO, *qui non pauca quae deprauata fuerant integritati ſuae non indiligenter reſtituit. Lugduni apud Hugonem a Porta, 1541.* Ad calcem: *Explicit opus Pandectarum medicinae* MATTH. SILVATICI SYMONIS*que* NB. IANVENSIS *cum tabula et additionibus ac doſi ſolutiuorum Magiſtri* BAPTISTAE SARDI, *ac inſuper annotationibus capitulorum et autorum nuper additis per Dom. Magiſtrum* DOMINICVM MARTINVM DE SOSPITELLO. *Lugduni nunc demum exactiſſime per inclytum probumque virum Theobaldum Paganum chalcographum excuſum 1541. d. 6. menſis Aprilis.* fol. pagg. 172. auerſ. non numeratis, praemiſſ. pagg. 8. ind. pagg. 6. Haec editio conſtat capp. 716. quae ſequuntur alia 36. quasdam ſtirpes omiſſas fuſius deſcribentia. 4) AVICENNA filius HALI, Perſa, cuius integrum nomen eſt ABVALI (ABVHALI aut ABVVALI) ALHASEN (ELHVSEIN) EBENHALI, IBN ADALLA, IBNVSINA (IBNTSINA, ABENSINA aut EBENSINA) corrupte AVICENNA, vixit ſec. XII. vel rectius ſub finem ſec. X. et initium XI. *vid. Caſtell. p. 136. Merckl. p. 98. a. Tourn. Iſag. p. 17. Segu. p. 225. Ioech. T. I. p. 647.*. Huius auctoris primarium opus vocatur Canon medicinae et conſtat V. libris, accedunt tres alii libri et ſic dicta cantica. Ex his canonis libri II. tractatus ſecundus capitibus vel 758. vel 756. vel his 4. ex lectione hebraica additis exponit ſimplicia remedia, quae maximam partem ſunt vegetabilia. *Canonem*, per GERHARDVM Carmonenſem Hiſpanum latine verſum, per *Ioh. Hebert* Paduae a. 1476. iam excuſum eſſe, indicat *Maitt. T. I. ſ. IV. p. 360. Segu. p. 225.* Mea exemplaria ſunt a) *Liber* AVICENNA. Sola haec verba continet tituli pagina: ſequentibus libris ſingulis propriae ſuae praefixae ſunt inſcriptiones. Ad calcem: *Venetiis per Simonem Papienſem dictum Biuilaquam 1500. die XI. Nouembris*, 4. ſine paginarum numeris conſtat foliis 625. Huius editionis canonis liber VI, eſt tractatus de vi cordis, reliqui nondum additi ſunt. b) *Liber canonis totius medicine ab* AVICENNA *arabum doctiſſimo excuſſus a* GERARDO *Cremonenſi ab arabica lingua in latinam reductus, et a* PETRO ANTONIO RVSTICO *Placentino in philoſophia non mediocriter erudito ad limam ex omni parte ab erroribus et omni barbarie caſtigatus. Nec non a Dom.* SYMPHORIANO CAMPERIO *Lugdunenſi fecundis annotationibus terminisque arabicis et eorum expoſitionibus nuper illuſtratus: vnacum eius vita a Dom.* FRANCISCO CALPHVRNIO *non minus vere quam eleganter excerpta 1522.* Ad calcem: *Liber Auicenne Lugduni finem ſortitus eſt optatum opera Iacobi Myt diligentiſſimi calcographi 1527. nouembris* 4. pagg. 450. auerſ. non numeratis. Haec editio diſtinguit librum de vi cordis a reliquis, inſtructa eſt indice et continet etiam cantica; ſed reliqui tractatus adhuc deſunt. Haec etiam et antecedens continet 758. ſimplicium capita. c) AVICENNE *liber canonis medicine. Cum Caſtigationibus* ANDREAE BELLVNENSIS. Ad calcem: *Venetiis in edibus Lucae Antonii Iunta Florentini menſe iunio 1527.* fol. maior. in column. diuiſis pagg. 445. auerſ. non numeratis. praemiſſ. pagg. 8. Ex PAVLI ALPAGI dedicatione et praefatione patet, eum hoc opus patrui ſui ANDR. BELLVNENSIS poſthumum in lucem edidiſſe vbique ſecundum varia arabica exemplaria emendatum et auctum. Hac in editione ſimplicium capita ſunt 756. et praeter tract. de viribus cordis (ſeu rectius de medicinis cordialibus) et cantica nil acceſſit. d) AVICENNAE *medicorum Arabum principis liber canonis, de medicinis cordialibus et cantica. Iam olim quidem a* GERARDO CARMONENSI *ex Arabico ſermone in Latinum conuerſa. Poſtea vero ab* ANDR. ALPAGO *Bellunenſi, philoſopho et medico egregio, infinitis pene correctionibus ad veterum exemplarium Arabicorum fidem in margine factis, locupletiſſimoque nominum Arabicorum ab ipſo interpretatorum indice* (hic priori editioni c. nondum additus eſt) *decorata. Nunc autem demum a* BENEDICTO RINIO *Veneto, philoſopho et medico eminentiſſimo, eruditiſſimis accuratiſſimisque lucubrationibus illuſtrata. Qui et caſtigationes ab* ALPAGO *factas, ſuis quasque locis aptiſſime inſeruit: Et quam plurimas alias deprauatas lectiones in margine ingenioſiſſime emendauit. Et locos, in quibus autor ipſe vel eandem ſententiam, eandemue medicamenti vnius compoſitionem iterat, vel oppoſitas inter ſe ſententias ponit, vel aliquid denique ab Hippocrate, Ariſtotele, Dioſcoride, Galeno, Paulo, Aetio, Alexandro, Serapione, Raſi, Halyabate, Alſarabio mutuatur, diligentiſſime indicauit. Plurimis etiam Arabicis vocibus nunquam antea expoſitis, Latinum nomen inuenit: Indicemque latinum medicamentorum ſimplicium in ſecundum librum compoſuit. His acceſſerunt* AVICENNAE *libellus de remouendis nocumentis, quae accidunt in regimine ſanitatis: Eiusdem tractatus de Syrupo acetoſo.*

Ab

Ab eodem ALPAGO *ex Arabico in Latinum sermonem translati. Cum indice rerum ac verborum notatu dignorum copioso. Basileae per* Ioannes Heruagios *1556.* fol. maior. pagg. 2004 Praemiss. et index pagg. 44. ad calcem arabicor. nominum interpretatio pagg. 27. et eorundem antiqua expositio pagg. 11. Haec editio omnes continet auctoris libros, et tractatus de simpl. medicinis capita 758. vbi nominibus arabicis maximam partem addita sunt latina. e) Huc etiam pertinet opus hoc titulo: *Hic merito inscribi potēs vite liber corporalis* ABOHALI ABYNSCENI *Canonis libros quinque duplici fere per totum commento munitos nuperque translatos: de viribus cordis. Ac Canticam eiusdem expositam. Aliaue quamplura diligenti patefacienda lectori luculentissime apprehendit. Doctores circa textum positi vt locus suis apparebit hi sunt* vz. GENTILIS DE FVLGINEO. IACOBVS DE PARTIBVS. VGO SENENSIS. DINVS FLORENTINVS. MATTHEVS DE GRADIBVS. THADEVSque FLORENTINVS. fol. regali sine paginar. numeris. Sed hoc meum exemplar incompletum est. Primum Volumen, quod possideo, praefixam habet breuem editoris, HIER. SVRIANI, praefationem, comprehendit tantum primi canonis fen I. II. III. et constat foliis 290. locus et annus ad calcem non additus est. Maximam spatii partem occupant commentarii in columnis diuisis, quibus in distinctis areolis insertus est Avicennae textus. Alias editiones a recentioribus denuo emendatas et auctas praetereo. 5) PEDACIVS vel rectius PEDANIVS (a nobilissima Pedania prosapia) DIOSCORIDES, ab Anazerba Ciliciae ciuitate, postea Caesarea Augusta dicta, Anazerbeus nominatus, vir militaris et medicus, vixit secundum nonnullos 56. annis ante aeram christianam, potius vero secundum plurimos seculi primi priori dimidio Neronis et Vespasiani aetate. Opera eius non solum omnibus antea compositis (quot quidem eorum conseruata fuere) palmam praeripuerunt, verum etiam ad XVI. vsque seculum in scholis medicorum stirpium earumque virium docendarum normam suppeditarunt et litterarum barbarie superata omnium frequentissime emendata commentariisque illustrata comparuerunt, quorum vero defectus, tum quoad stirpium descriptionem tum quoad earum vsum, postea satis superque manifestarunt perspicaciores accuratioresque: *vid. Castell. p. 85. Merckl. p. 874. a. Tournef. Isagog. p. 6. Fabr. Bibl. Gr. L. IV. c. 3. p. 88. seqq. Segu. p. 51. Kestn. p. 525. §. 1. Ioech. T. II. p. 147.* Pertinent autem huc eius libri de materia medica, et quidem liber I II. (exceptis primis 77. capitibus, quae de animalibus agunt) III. IV. et cap. I. libri V. Opus hoc primum latine prodiisse 1478. in fol. indicat *Maitt. T. V. p. 346.* sed nec loci nec interpretis nomine addito: an eadem editio? quam *Segu. ex Spic. Vet. Edit. p. 51.* hoc titulo indicat: DIOSCORIDIS *Opera, latine, interprete et expositore* PETRO *Paduanensi. Colle, Ioh. Alemannus, 1478.* in fol. Meum exemplar hunc prae se fert titulum: a) *Index librorum in presenti volumine contentorum.* DYOSCORIDIS *exactissimi indagatoris fidelissimique scriptoris virtutum simplicium medicinarum Liber CCCCCCCXVI continens capitula: cum nonnullis additionibus* PETRI *Paduanensis in margine libri notatis. Eiusdem Dyoscoridis de naturis et virtutibus aquarum tractatus vnus.* Ad calcem: *explicit liber Dyoscoridis de natura simplicium quem Petrus paduanensis padue legendo correxit et exponendo que vtiliora sunt in lucem deduxit: impressus Lugduni per Gilbertum de villiers expensis honestissimi viri Barthol. trot 1512. die vero XXIX. mensis martii.* in fol. minor. vel potius 4. maior. fol. 120. (i. e. pagg. 240.) tit. et index praemissus foliis 16. ad calcem index capitulor. fol. 3. Tituli paginae auersae appressa est praefatio ANTONII DE TOLEDO Lugdunensis, omnium medicinae Professorum (vt addit) minimuli, vnde recensionis loco pauca haec transcribere liceat: *in qua* (operum serie) *Galienum, Plinium aliosue Dioscoride posteriores alegando: translatorem non parum apocrizare, inspicienti luce clarius elucescet. Volens igitur librum hunc omnibus peculiarem fieri — eum tersum: limpidum: ac mendis emendatum: calcographis imprimendum tradidi.* Ceterum autem neque interpretis neque prioris editionis mentionem facit vllam. Quae postea horum operum versio cura HERMOLAI BARBARI non amplius barbara prodiit, primum excusa est hoc titulo: DIOSCORIDIS *Anazarbei, de medicinali materia Libri V. latinitate primum donati ex versione* HERM. BARBARI, *cum corollariis eiusdem et cum notis* IO. BAPT. EGNATII in folio sine temporis et loci mentione: *vid. Giornale de letterati d' Italia T. XXVIII. p. 197. n. 3.* Eandem indicat *Segu. p. 53. ex Bibl. Maz.* et addit: *forsan Romae 1492.* sed corollariorum tantum titulum exhibet, totius vero operis aliam editionem *Venet. 1516. in fol.* (cuius et iam meminit diarium Ital. l. c.) adducit *p. 52. n. 3.* Mea collectio hanc corollar. editionem asseruat b) HERMOLAI BARBARI, *Patricii Veneti et Aquileiensis Patriarchae in* DIOSCORIDEM *Corollariorum Libri V. Adiectus est Index eorum, quae hisce libris explicantur, quem post Dioscoridis indices consulto locauimus. Coloniae ap. Io. Soterem 1530. mens. Febr.* fol. pagg. 78. auers. non numeratis. conf. quae sequ. lit. k. l. adduntur. Egnatii praefatio sine anno et die tituli paginae auersae adpressa docet, eum hoc opus post auctoris obitum in lucem edidisse. Pauca ex his excerpta reperiuntur apud Brunfelsium. vid. art. XVI. n. 7. c. Graecum exemplar primum excusum est hoc titulo c) ΠΕΔΑΚΙΟΥ ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ ἀναζαρβέως περὶ ὕλης ἰατρικῆς λόγοι ἕξ. Ἔτι περὶ ἰοβόλων ἐν ᾧ καὶ περὶ λυσσῶν τοῦ κυνός σημειώσεις τε τῶν ὑπαύτῶν δεδηγμένων καὶ θεραπεία. ΝΙΚΑΝΔΡΟΥ τοῦ κολοφωνίου ποιητοῦ θηριακά, μετὰ σχολίων. Τοῦ αὐτοῦ Ἀλεξιφάρμακα. Ad calcem Nicandri alexiph. *Venetiis apud Aldum mense Iulio 1499.* fol. sine paginarum numeris Diosc. opera pagg. 268. Nicandri pagg. 76. scholia pagg. 20. Secunda Aldina editio prodiit 1518. 4. (*vid. Fabr. biblioth. Gr. L. IV. p. 96. Kestn. p. 94. not. o. Maitt. T. I. s. IV. p. 87. et p. 687. T. II. p. 313.* vbi vero secundae forma in 8. indicatur) et tertia Cornarii cura *vid. artic. XIV. n. 2.* His addit *Merck. p. 874. b.* aliam Venet. apud Aldum *1506. in fol.* quam vero reliqui tacent. Nouam versionem, quam deinde RVELLIVS suscepit, primum prodiisse Parisiis apud Henr. Stephanum 1516. in fol. vid. *Tournef. Isagog. p. 22. seq. Maitt. T. II. p. 282. Segu. 52. Kestn. p. 94. nota r.* Meae editiones sunt d) PED. DIOSCORIDIS *Anazarbei de medica materia libri sex,* IOANNE RVELLIO *Suessionensi interprete, nunc primum ab ipso Ruellio recogniti et suo nitori restituti. Parisiis ap. Simon Colinaeum 1537.* 8. pagg. 246. auers. non numeratis, praemiss. fol. 20. s. pagg. 40. ad calcem annexa folia totidem. e) *Eodem titulo,* his tamen mutatis et additis: *postremum ab ipso Ruellio recogniti et suo nitori restituti. His accessit, praeter pharmacorum simplicium catalogum, copiosus omnium fere medelarum siue curationum index. Basil. ap. Mich. Ising. 1542.* 8. pagg. 479. praemiss. pagg. 43. annexa pagg. 144. f) *Eodem titulo,* his additis: *nunc primum studio cuiusdam viri doctissimi ad graecum exemplar recogniti:*

ac eadem opera in curiosorum gratiam vulgatis officinarum nominib. passim aspersis. Vnacum duplici indice, quorum primus quidem stirpium nomenclaturas Dioscoridis: alter Seplasiariorum et Herbariis vsitatas continebit. Ad calcem: *Lugduni excudebant Io. et Francisc. Frellonii fratres 1543*, in 12. pagg. 617. praemiss. pagg. 32. annexa pagg. 46. g) *Eodem titulo ac lit. e.* (omissis tamen: postremum ab ipso Ruellio recogniti et suo nitori restituti) *Lugduni ap. Io. Frellonium 1547.* in 12. pagg. 543. tit. &c. pagg. 4. annexa pagg. 156. h) *Eodem titulo* eodemque paginarum numero ac lit. g. *Lugd. ap. Io. Franc. de Gabiano 1554.* in 12. Singulae hae editiones continent, praeter indices in rubro indicatos, alium hac inscriptione: *notha et Dioscoridi falso adscripta quae vt facile, si quis ita velit, suis singula locis applicentur, numeris notantur* &c. Editio lit. d. e. praeterea continet DIONYSII CORRONII praefationem, quae docet, Ruellio, dum primam adornauit editionem, vnicum tantum, idque corruptum et mutilum, exemplar ad manus fuisse, in hac vero (lit. d. e) eundem correxisse suam priorem interpretationem, hocque in labore, uti etiam in condenda stirpium historia, (vid. Cat. I. sub nomine Ruellii) vsum fuisse CORRONII auxilio, et ambos eo praecipue collaborasse, vt multa Dioscoridi falso adscripta sollicite distinguerent eaque sigillatim exhiberent. Paullo post noua sequuta est interpretatio MARCELLI VIRGILII, cuius primam editionem cum eius notis prodiisse Florentiae per haeredes Phil. Iuntae 1518., testatur *Maitt. T. II. p. 313.* ex hoc *Segu. p. 52. Kestn. p. 95. nota s.* Apud me asseruantur i) PED. DIOSCORIDAE *Anazarbei: de medica materia: libri sex. A* MARCELLO VIRGILIO *Secretario Florentino latinitate donati: cum eiusdem commentationibus: nuper quam diligentissime ex secunda interpretis recognitione excusi. Accedit insuper in Dioscoridem index latine graeceque excusus: alius praeterea in commentationes quam copiosissimus eorum, quae tum graece tum latine notatu digna visa sunt.* Ad calcem. *Florentiae per haered. Phil. Iuntae 1523. idib. Febr.* fol. pag. 352. auers. non numeratis, praemiss. cum indicib. pagg. 20. k) ΠΕΔΑΚΙΟΥ ΔΙΑΣΚΟΡΙΔΟΥ Ἀναζαρβέως, περὶ ὕλης ἰατρικῆς βιβλία ε΄. &c. PEDACII DIOSCORIDAE *Anazarbei de medica materia L. V. de letalibus venenis eorumque praecautione et curatione. De cane rabido: deque notis, quae morsus ictusue animalium venenum relinquentium sequuntur: deque eorum curatione liber vnus. Interprete* MARCELLO VERGILIO, *Secr. Flor. Eiusd. Marc. Vergelii in hosce Dioscoridis libros commentarii doctissimi, in quibus praeter omnigenam variamque eruditionem, collatis aliorum interpretum versionibus, suae tralationis ex vtriusque linguae auctoribus certissima adferuntur documenta, morborum praeterea atque humani corporis vitiorum genus omne, quorum subinde meminit Dioscorides, diligentissime explicatur. Coloniae opera et impensa Io. Soteris 1529.* fol. pagg. 753. praemiss. cum indicib. pagg. 20. Haec editio a praecedenti differt Graeco textu (sed cuius exemplaris, non indicatur) columnis diuisis addito et typographi dedicatione praefixa, ex qua patet, eum HERM. BARBARI corollaria (quae anno sequenti separatim edidit, vid. super. lit. b) in hac editione ob temporis angustiam omisisse. Praefatio eadem vtriusque editionis monet, interpretem consuluisse non solum quinque exemplaria graeca varia, verum etiam plures in linguam latinam translationes, et inter has, praetet Ruellii et Barbari versiones, antiquissimam Longobardis litteris scriptam. Ex eadem satis etiam intelligitur, quam curam adhibuerit Vergilius, vt plusquam grammaticum interpretem agat. l) P. DIOSCORIDAE *pharmacorum simplicium reique medicae L. VIII.* IO. RVELLIO *interprete. Vnacum* HERM. BARBARI *Corollariis, et* MARC. VERGILII *in singula capita censuris siue annotationibus. Adiecto indice duplici singulorum simplicium et difficilium terminorum. Praeter alia multa, quae in praefatione indicantur, quaeque in prioribus aeditionibus desyderabantur. Argentor. ap. Io. Schottum 1529.* fol. pagg. 362. auers. non numeratis, praemiss. pagg. 8. ind. pagg. 23. Titulus singularibus figuris et emblematibus ornatus est. Praemissa continent praefationem OTTHON. BRVNFELSII, RVELLI ipsiusque DIOSCORIDIS. Prima docet, quantis conuitiis obnoxii fuerint, qui, relictis Arabibus et Barbaris, Graecorum auctorum opera in vsum communem edere coeperunt; deinde, cur Ruelli interpretationem elegerit, nempe quia purior, suauior atque familiarior ipsi videbatur; tandem, quam curam adhibuerit in adornanda hac editione, qua praecipue vtrumque commentarium, Barbari et Vergilii, resectis superfluis, emunctiorem luculentioremque reddidit. m) DIOSCORIDIS *libri octo Graece et Latine. Castigationes in eosdem libros. Parisiis impensis viduae Arnoldi Birckmanni 1549.* Ad calcem: *excudebat Benedictus Prevost mens. Aug. 1549.* 8. pagg. 392. auers. non numeratis. Praemiss. cum indice vocabulorum Graeco et Latino pagg. 40. Ex typographi et FRANCISCI FONTANONI Monspessulensis praefatione patet, huius editionis emendationem adornasse IACOBVM GOVPYLVM. Graeco textui, vbi emendationes signo * notantur, in columnis diuisis addita est IO. RVELLII interpretatio a p. 1. ad 316. a. quibus comprehenduntur libri V; sequitur a p. 316. b. ad 352. b. Liber VI. VII. VIII. quorum interpretationi auctor non additur; deinde a p. 353. a. ad p. 382. a. quae inter Dioscoridis verba falso adscripta in quibusdam codicibus erant; denique a p. 382. b. ad 391. a. castigationes cum breui praefatione sine auctoris nomine. His annectuntur p. 391. b. et 392. a. pauca adhuc hac inscriptione: *quae sequuntur, ab ipso Ruellio ex veteri aliquo codice, quo ille usus erat, addita fuerunt prioribus codicibus, quae, cum Graeca eis respondentia non haberemus, in hunc locum reiecimus.* Praeter has latinas interpretationes et DANTZII germanicam (vid. art. XII. n. 1.) prostant etiam Italicae, ex quibus ad manus est n) DIOSCORIDE *Anazarbeo della materia medicinale. Tradotto per* M. MARCANTONIO MONTIGIANO *da S. Ginignano Medico. In Lingua Fiorentina. In Firenze 1547.* ad calcem: *stampato in Fiorenza, appresso Bernardo di Giunti di Genaio. 1546.* in 8. pagg. 302. auers. non numeratis. ind. nom. italic. pagg. 14.

6) SERAPIO secundum nonnullos iam sec. VIII. secundum alios XI. demum vixit: quidam inter vtrumque distinguunt et illum simpliciter SERAPIONEM Arabem, hunc vero IOANNEM filium SERAPIONIS nominant: *vid. Castell. p. 75. Merckl. p. 681. b. Tournef. Isagog. p. 16. Segu. p. 268. Kestn. p. 127. §. 3. p. 355. §. 3. Ioech. T. IV. p. 513.* Operum eius prima editio a *Maitt. T. I. s. IV. p. 404.* indicatur hoc titulo: SERAPIONIS *liber aggregatus de medicinis simplicibus; translatio* SYMONIS IANNOENSIS, *interprete* ABRAAM *Iudaeo Tortuosiense, de Arabico in Latin. Completa sunt haec opera* IO. *filii* SERAPIONIS; *et impressa Kal. Aug. per Rynaldum de Nouimagio Venet. 1479.* fol. conf. *Segu. p. 268.* vbi titulo paullulum mutato recensetur. In mea collectione prostant a) *Practica* IO. SERAPIONIS *dicta Breuiarium. Liber* SERAPIONIS

PIONIS *de simplici medicina. Liber de simplici medicina dictus circa instans. Practica* PLATEARII. Ad calcem: *Impressum Venetiis mandato et expensis nobilis viri Domini Octauiani Scoti ciuis Modoetiensis per Bonetum Locatellum Bergomensem 17. Kal. Ianuarias 1497.* fol. pagg. 211. auerſ. non numeratis. Tractatus I. inſcribitur *Breuiarium Ioannis filii Serapionis medici*: ad calcem: *et hunc librum transtulit Magister GERARDVS CREMONENSIS in collecto de Arabico in latinum.* p. 2.—86. cui accedunt p. 86. b. 90 a. *synonyma Serapionis.* Sequitur p. 91. a. b. tabula ſeu index tractatus II. qui inſcribitur *liber Serapionis aggregatus in medicinis simplicibus secundum translationem* SYMONIS IANVENSIS *interprete* ABRAAM *iudeo tortuosiensi de arabico in latinum*, p 92.—168. et quidem de ſimplicibus ex plantis p. 98. b. —154. ex mineral. et animal. p. 154.—168. tertius tractatus inſcribitur IO. PLATEARII *Salernitani medici excellentissimi practica breuis* p. 169-185. quartus denique eſt *liber de simplici medicina secundum Platearium dictus circa instans* p. 186-211. b) *Eodem titulo*. Ad calcem: *Impressum Venetiis mandato et expensis nobilis viri Domini Andr. Toresani de Asula per Bernardinum Vercellensem 29. Kal. Nouemb. 1503.* fol. Haec editio ad priorem recuſa tantum eſt, paginis etiam illi reſpondet. c) *Practica* IO. SERAP. *Necessarium ac perutile opus totius medicine Practice, profundissimi ac antiquissimi Arabis Domini* IOANNIS *filii* SERAPIONIS, *in quo non solum habetur Breuiarium totam practicam sub breuitate continens, verum etiam librum copiosum de simplici medicina, diligenti ac nouo examine correctum, pulchrisque ac vtilibus annotationibus exornatum, vnacum plurimis huc spectantibus nouissime additis. Practica etiam breuis Dni* IO. PLATEARII *Salernitani vtilissima 1530.* ad calcem: *Impressum Venetiis mandato et expensis heredum quondam nobilis viri domini Octauiani Scoti ciuis Modoetiensis, ac sociorum. 1530. die XXVII. Februarii* fol. Et haec editio, nonniſi recuſa, contentis et paginis prioribus reſpondet. d) *In hoc volumine continentur insignium medicorum* IOAN. SERAPIONIS *Arabis de simplicibus medicinis opus praeclarum et ingens.* AVERROIS *Arabis de iisdem liber eximius.* RASIS *filii* ZACHARIAE *de iisdem opusculum perutile. Incerti item auctoru de centaureo libellus hactenus* GALENO *inscriptus. Dictionum Arabicarum iuxta atque latinarum index valde necessarius. In quorum emendata excusione, ne quid omnino desyderaretur,* OTTHONIS BRVNFELSII *singulari fide et diligentia cautum est.* Ad calcem: *Argentorati excudebat Georg. Vlricher Andlanus 1531. mense Septembri.* fol. pagg. 399. praemiſſ. et ind. vocabulor. arabic. latinorumque pagg. 20. Serap. p. 1.—308. de centaureo p. 309.—312. Averr. p. 313.—372. Raſis p 373.—399. Brunfelſii praefatio explicat, quare Arabes et Barbari non penitus negligendi ſint. e) IO. SERAPIONIS *de simplicium medicamentorum historia libri septem. Ex Arabum, ac Graecorum, praesertim Pauli Aeginetae, Dioscoridis et Galeni commentariis quam accuratissime excerpti. Interprete* NICOLAO MVTONO *Medico Mediolanensi. Accesserunt insuper Nomenclationum omnium, quae hisce de simplicium medicamentorum Historia commentariis continentur, multiplices sane ac copiosi indices, Arabibus nimirum, Graecis, Latinis, Barbaris, Officinis, Italis, Gallis, Germanis ac Hispanis seorsum inscripti. Venetiis apud Andream Arriuabenium 1552.* fol. pagg. 167. auerſ. non numeratis. Praemiſſ. cum indicib. pagg. 48. Hoc opus plane aliud eſt a Mutono potius conſcriptum; neque etiam noua proprie interpretatio eſt (ſiquidem in dedicatione auctor ſe ipſum Mauritanae linguae prorſus rudem ac expertem profitetur) ſed ex ſola autorum et locorum collatione deriuata. 7) IACOBI de DONDIS, qui et Aggregator Patauinus cognominatur, *liber aggregationis in medicina*, alicubi in Italia, vt videtur, impreſſus in folio magno, chartis 142. recenſetur a *Gesnero biblioth. p. 352. b.* eſtque procul dubio idem, qui titulo *promptuarii medicinae* Venet. 1481. aliaque eius editio ibid. ap. Iuntas 1576. in fol. indicatur a *Merckl p. 480. b.* vbi integer titulus reperitur, *conf. Segu. p. 245. Kestn. p. 71. §. XVIII. Ioech. T. II. p. 181.* et titulo *promptuarii sanitatis* repetitur, a *Kestn. p. 527. §. 2.* Exemplar, quod ego poſſideo, in columnis diuiſis charta regia excuſum, titulo, loco et anno, itemque paginarum numeris, cuſtode et litteris initialibus caret chartisque 284. conſtat, eſt ſine dubio idem, quod in *Biblioth. Riuin. p. 497. no. 5678.* indicatur hoc titulo: IAC. de DONDIS *Aggregator Paduanus de medicinis simplicibus, editio antiquissima sine mentione loci et anni fol. reg.* In meo exemplari hoc auctoris nomen equidem nondum inuenire potui. Incipit absque vlla inſcriptione a praefatione pag. 1. a. vbi haec leguntur: *et quia opus hoc ex pluribus autoribus aggregatur, liber aggregationis nomen acquirat*, quibus verbis tituli quaſi loco ſubiiciuntur haec: *Aggregator Paduanus de medicinis simplicibus*; finitur autem haec praefatio his verbis: *Opus quidem hoc longis retro temporibus inchoatum completum est per me artium et medicine Doctorem Magistrum* IACOBVM PADVANVM *a. Domini 1385.* ex quo ſimul patet, perperam eius obitum a. 1385. vel ſaltem 1350. aut 1330. apud *Merckl. Segu. et Ioech.* annotari. Praefationem ſequuntur rubricae tractatuum et ſingulorum horum capitum a p. 1. b. ad pag. 8. a. vbi in fine columnae 1. incipit tractatus primus, quorum ſunt decem: priores nouem medicamenta recenſent nudis nominibus ſecundum vires ſuas ita, vt omnino, quemadmodum *Kestn.* l. c. iam monuit, auctor magis de indicandis ſimplicium virtutibus, quam de ipſarum indole et natura deſcribenda atque elucidanda ſollicitus fuerit. Hoc vero peculiare habet, quod auctores, qui hanc vel illam cuiusuis remedii virtutem praedicarunt, vbique ſigillatim nominat. Decimus tractatus a p. 268. a. ad 278. b. col. 1. catalogum omnium ſimplicium et deinde vsque ad finem compoſitarum medicinarum litterarum ordine indicat. Apud CONR. GESNERVM de chirurgiae ſcriptoribus Tig. 1555. in fol. p. 359.—391. vt et apud PETR. VFFENBACHIVM in theſauro chirurgiae Francof. 1610. fol. p. 1019.—1062. reperitur IACOBI DONDI *Patauini medici et philosophi praeclari, quem Aggregatorem cognominant, enumeratio remediorum simplicium et compositorum ad affectus omnes qui a chirurgo curantur, ex vetustissimis et optimis quibusque authoribus*; quae vero eſt idem tractatus, qui in meo exemplari a p. 227. b. ad p. 251. a. continetur et inſcribitur: *tractatus septimus de dispositionibus parti chirurgie pertinentibus.* Haec omnia cum recenſione huius operis Geſneri ſupra citata collata, nullum relinquunt dubium, meum exemplar eſſe idem opus, quod alii promptuarii titulo indicant. Denique ſilentio praeterire haud poſſum, huius auctoris nomine a *Segu. l. c.* indicari *Herbolario volgare, nei quale si dimostra a conoscer le herbe e le sue virtù, del latino in volgar tradotto. In Vinegia per Francisco Bindone, e Mapheo Pasini 1536.* in 8. et cum iconibus aeri inciſis. Ibid. *Giovanni Pa-*

lamide 1540. in 8. quibus additur: *in hac editione desunt plantarum descriptiones XIX. quae in prima reperiuntur;* quot autem haec contineat, non indicatur. Notandae namque sunt figurae eo tempore iam aeri incisae, et deinde, quum iam a. 1485. et 1486. Patauiae latino sermone impressus sit *aggregator practicus de simplicibus* (vid. Artic. III.), quaeritur, num inter se conueniant, quo in casu hic liber ad Dondum certe non pertineret. 8) RHASIS, RASIS, RAZIS, RAZY, ALRASI et ARRASI a Rai Persiae ciuitate ita dictus, alias ABVBECHER, ABVCHARE, ALBVBECAR, ALBVBETER, ABETER (quae nomina nonnisi ob linguam Arabicam male intellectam vel varie pronunciatam differunt) filius RASI filii ZACHARIAE nominatus, vixit sec. X. vel XI vid. *Castell. p. 142. Merekl. p. 3. b. Segu. p. 295. Kest. p. 128. Ioech. T. I. p. 40.* Huius A. operis primam editionem indicat Maitt. T. I. f. IV. p. 451. hoc titulo: ABVBETVR RHASIS Mahometani medici libri *correcti per* HIERONYMVM SVRIANVM *medicum Vol. 2. Brix.* 1483. fol. Meae editiones sunt a) *Continens* RASIS *ordinatus et correctus per clarissimum artium et medicine doctorem magistrum* HIERONYMVM SVRIANVM: *nunc in Camaldulensi ordine Deo dicatum. Vltimo impressus.* Diuisum est hoc opus in 3. vol. quorum I. constat foliis 298. et continet libros XXVI. Praemiss. foliis 8. ind. fol. 1. Vol. II. inscribitur *Secunda pars continentis Rasis* et comprehendit a folio 299. ad 512. libros a XXVII. ad XXXVI. Vol. III. peculiari titulo caret, constat foliis 100. sigillatim numeratis. Ad calcem: *impressum Venetiis per Bernardinum Benalium 1509. 5* kal. Aprilis. folio regali chartis firmis et elegantissimis. Prostant vero etiam exemplaria charta paullo minori excusa, cuius Vol. I. possideo separatum a reliquis. Vltimum volumen hanc praefixam habet inscriptionem: *incipit liber vltimus praefati continentis Rasis: et continet tractatus quatuor, quorum primus est de simplicibus: et continet capitula 766.* tract. 2: constat capit 764., tractat. 3. capit. 118. qui vt et 4. et vlt. agunt pariter de simplicibus et sunt priorum expositiones. Ad calcem porro docetur, editum esse hoc opus per PAVLVM SVRIANVM, qui, antequam monachus fieret, erat HIERONIMVS SVRIANVS, physicus, Domini Magistri IACOBI SVRIANI de Ariminio physici quondam filius. Annectitur porro catalogus operum, quae antea ab eodem Hieronymo in lucem edita sunt. Opuscula huius auctoris varia cum aliis aliorum auctorum iunctim per Bonetum Locatellum 1497. in folio edita, non agunt de simplicibus, si excipias tractatum de synonymis, qui est quartus libri vltimi editionis anni 1509. Neque etiam eiusdem auctoris opera exquisitiora Basileae in officina Henr. Petri 1544. in fol. excusa huc pertinentia continent. Tractatum de simplicibus sigillatim editum vid. super num. 6. d. 8) TYRTAMVS, Aristotelis discipulus et ab hoc propter eloquentiam primum EVRASTVS deinde vero THEOPHRASTVS vocatus, alias a patria, Ereso insulae Lesbi civitate, ERESIVS cognominatus, vixit ante Chr. natum annis 310. vid. *Castell. p. 27. Merckl. p. 1001. a. Tournef. Isag. p. 4. Fabric. Bibl. Graec. L. III. c. XI. p. 234. seqqu. Kestn. p. 525. §. 1. Segu. p. 191. Ioech. T. IV. p. 1123.* Operum eius conseruatorum et deperditorum prolixa recensio reperitur apud Fabricium; eorum vero, quae ad botanicam pertinent, apud Tournefortium l. c. Primam eius operum editionem indicat *Maitt. T. I. f. IV. p. 441.* hoc titulo: THEOPHRAST. *de plantis latine*, THEODORO GAZA *interprete, Taruisii per Barthol. Confalonerium de Saladio 20. Febr. 1483.* fol. Apud me asseruantur a) THEOPHRASTI *de suffruticibus, herbisque ac frugibus libri quatuor*, THEODORO GAZA *interprete.* Ad calcem: *Argentor. per Henr. Sybold mense August.* 8. sine anno (meo exemplari manu adscriptus est a. 1528.) et sine paginar. numeris, foliis 96. Praefatio HENR. SYBOLDI, artis medicae professoris, indicat, se auctorem fuisse, vt hi quatuor libri ex Theophrasti operibus separatim excuderentur. b) THEOPHRASTI *de historia et causis plantarum libri quindecim* THEOD. GAZA *interprete. Eiusdem Tabulas duas capita librorum complectentes: quarum vnam libris de historia, alteram de causis plantarum, vnacum vocabulis quibusdam Graecorum et Latinorum nominum, praefixas inuenies lector.* THEOD. GAZA *interprete. Vaenit Parisiis, apud Christian. Wechel 1529. ad calcem: excusum Lutetiae in aedibus Chr. Wechel idibus Nouembris 1529.* 8. Libri priores pagg. 343, praemiss. pag. 30. ind. pagg. 22. reliqui 6. libri pagg. 354. praemiss. pagg. 18. ind. pag. 23. Huic editioni praefixa est interpretis dedicatio ad Nicolaum V. Pontificem max. cuius iussu hanc versionem suscepit, vt et praefatio, in qua docet translationis difficultatem et conqueritur de textu graeco, (cuius vnum tantum exemplar nactus est) mendoso et temporis iniuria deprauato. c) THEOPHRASTI *de historia plantarum Libri VIIII. et decimi principium. De causis siue generatione plantarum libri VI.* TH. GAZA *interprete. Cum eorum omnium, quae his Theophrasti libris continentur, indice.* Ad calc. *Basileae apud Andr. Cratandrum mense martio 1534.* fol. pagg. 264. tit. et index praemissus pagg. 28. Differt haec editio ab antecedente b. solo indice addito et omissis tabulis capitum. d) *Iisdem* ferme *tituli verbis* cum hoc additamento: *quantum diligentiae huic editioni IOANNES IORDANVS medicus doctissimus adhibuerit in restituendis, quae corrupta erant ex Graeco, docebit te sequens epistola ad lectorem.* Lugduni apud *Theobaldum Paganum* 1552. 8. pagg. 399. praemiss. pagg. 56. ind. vocab. pagg. 14. Huic editioni accessit praefatio IORDANI Cal. April 1550. scripta, qua indicat, se ex collatione meliorum exemplarium, praecipue Graeci in Germania typis excusi (procul dubio illius, de quo mox lit. f.) textus emendationem suscepisse, aliqua etiam nomina latina mutasse. e) *Eodem titulo Lugduni ap. Guil. Rouillium* 1552. 8. a praecedenti editione non differt, nisi noua tituli plagula: utrique etiam ad calcem adpressum est: *Lugduni excudebat Nic. Bacquenoius 1552.* Ceterum adhuc monendum, editionem c. d. prodiisse vnacum *ARISTOTELIS de historia animalium L. IX. de partibus animalium et earum causis L. iiij. de generatione animalium L. V. eodem* GAZA *interprete*, vt et *de communi animalium gressu L. I. de communi anim. motu L. I.* PETRO ALCIONIO *interprete*, quibus in edit. c. tituli communis forma praefixa est haec praefatio: *Andr. Cratander lectori S. En tibi candide lector* ARISTOTELIS *et* THEOPHRASTI *historias, quibus cuncta fere quae D. O. M. homini contemplanda et vsurpanda exhibuit, ad amussim complectuntur: creaturas inquam omnes et sensu praeditas, quae animalia dicuntur, et sensus expertes, quas appellant plantas* &c. &c. *multo quam ante hac diligentius emendatiusque &c. Basileae 1534.* fol. Prior pars pagg. 320. tit. et ind. pag 40. ad calc. vocabula latina et graeca ex libris Aristot. pagg. 9. Editio vero d. hoc peculiari titulo instructa est: ARISTOTELIS *et* THEOPHRASTI *historiae, cum de natura animalium, tum de plantis et earum causis, cuncta fere, quae Deus opt. max. homini contemplanda exhibuit, ad amussim complectentes: nunc iam suo restitutae nitori et mendis omnibus, quoad fieri potuit, repurgatae. Cum*

indice

indice copiosissimo: ex quo superfluum quod erat, decerpsimus: quod vero necessarium nobis visum est, super addidimus. Lugd. ap. Theob. Paganum 1552. 8. pagg. 495. tit. praef. (quae est eadem, quam Cratander tituli loco posuit, cum eius nomine praefixo) pagg. 4. ind. pagg. 76. ad calc. voc. lat. et graec. etc. pagg. 15. THEODORVS Graecus de Gaza seu Gazinus, in ciuitate Thessalonica natus et sacerdos citatur a Ioech. T. IV. p. 1105. medicus vero nominatur a Iordano in praef. edit. lit. d., elegantiae latini sermonis quam herbarum peritior videtur Tournefortio Isag. p. 4. conf. p. 21. Graecum Theophrasti de plantis earumque causis exemplar primum excusum esse Venetiis sine anno, ex Biblioth. Maz. indicat *Segu.* p. 191. ibid. apud Aldum Manutium 1479. fol. *Mercklin. p. 1001. b.* ibidemque 1495. in fol. et 1497. Maitt. T. I. f. IV. p. 79. 634. nec non 1498. *Fabric. Bibl. Gr. L. III. c. 9. p. 236. et Kestn. p. 91. nota c.* Meum exemplar est f) ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ Τοῦ Πλάτωνος μὲν πρῶτον, ἔπτα δὲ Ἀριστοτέλους μαθητοῦ καὶ διαδόχου, τὰ μέχρι νῦν σωζόμενα ἅπαντα. THEOPHRASTI *primum quidem Platonis, mox Aristotelis quoque discipuli et in Philosophiae professione successoris, omnium vero philosophorum, M. Tullii quoque testimonio, elegantissimi atque eruditissimi, Opera, quae quidem a tot saeculis adhuc restant, omnia: summo studio partim hinc inde conquisita, atque in vnum veluti corpus nunc primum redacta: partim a multis, quibus etiam hactenus scatebant mendis, doctorum virorum industria ac meliorum exemplarium ope repurgata. Eorum tum praestantiam, tum singulorum rationem ac ordinem, ex praefatione et subiecto eidem catalogo abunde cognosces. Basileae.* Ad calc. *typis Io. Oporini 1541.* fol. pagg. 291. praemiss. pagg. 7. quae continent titulum, praefationem et librorum catalogum, quo indicantur: *Theophrasti vita secundum Diogenem. De plantarum historia L. X. de plantarum causis L. VI. Aristotelis de plantis L. II. Theophr. de lapidibus L. I. De piscibus L. I. De igne L. I. De Ventis L. I. De signis aquarum et ventorum L. I. De vertigine oculorum L. I. De laboribus L. I. De odoribus L. I. De sudoribus L. I. Characteres morales siue de notis L. I. Metaphysicorum L. I. PRISCIANI philosophi Lydi expositio Theophrasti de sensu. Eiusdem expositio Theophrasti de phantasia.* Totum opus graece excusum est et praefatio latina HIER. GEMVSAEI nihil ad commendationem huius editionis indicat, quod non ex contentorum catalogo patet. Prostat haec eadem editio etiam cum praefatione IOACH. CAMERARII, vid. Fabric. l. c. g) ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ περὶ φυτῶν ἱστορίαν, καὶ περὶ φυτῶν αἰτιῶν, καί τινα ἄλλα αὐτοῦ βιβλία περιέχων τόμος VI. THEOPHRASTI *historiam de plantis, et de causis plantarum, et quosdam alios ipsius libros continens tomus VI.* Ad calcem: *Venetiis apud Aldi filios. Expensis vero Nobilis viri Dom. Federici de Turrisanis eorum auunculi 1552.* 8. p. 652. praemiss. cum vita Theophr. pagg. 14. Ex breui Turrisani praefatione constat, hunc tomum operibus Aristotelis vltimo additum esse, et ex contentis indicatis patet, eum eadem ac editio f. continere, si excipias Aristotelis libros de plantis, Theophr. librum de laboribus et de phantasia, quae hic omissa sunt, et PHILONIS de mundo L. I. qui hic accessit. Optimam hanc esse editionem monet *Kest. p. 91. not. c.* 9) BARTHOLOMAEVS ANGLICVS, seu secundum alios BARTHOLOMAEVS GLANVIL vel GLANVYLE, Anglus, ex prosapia Comitum Suffolciensium Angliae, ordinis Minorum, floruit circa medium seculi XIV. *vid. Segu. p. 257. Ioech. T. II. p. 1015.* Opus eius de rerum proprietatibus ex libris veterum (quod auctor ipse in praefatione fatetur) sed sine iudicio et sine eruditione collectum stiloque barbaro expositum esse, monuit iam *Gesner. in Catal. saepius cit.* Illud nihilominus in pretio fuisse, affirmat non solum *idem ibid. et Biblioth. p. 131. b:* verum etiam testantur id repetitae editiones, quarum *Maitt. T. V. p. 112.* tredecim latinas (inter quas prima Coloniae per Io. Koelhoff de Lubeck 1470. *conf. T. I. f. IV. p. 296.*) tres Batauas, tres Gallicas et vnam Anglicam, omnes in folio, indicat, et quibus addendae sunt ex *Segu. l. c.* vna alia adhuc latina vnaque Anglica pariter in fol. et ex *Merckl. p. 113. a.* alia a. 1601. demum Francofurti in 8. recusa, cui librum 19. accessisse monet, quum tamen omnium tituli iique, quibus ipse 18. tantum adscribit, testantibus aliis, libros 19. indicent. Ex his de stirpibus agere librum 12. addit *Segu. l. c.;* sed illius, editionis a. 1488. quam Gesn. biblioth. l. c. recenset, vt et illarum, quas ego possideo, liber 17. inscribitur *de arboribus et herbis et earum proprietatibus*, et constat capp. 197. a) *Liber de proprietatibus rerum* BARTHOLOMEI ANGLICI. Ad calcem: *Impressus Argentine 1485. finitus in die S. Valentini* fol. sine bibliopolae aut typographi nomine et paginar. numeris, chart. 299. b) *Venerandi patris* BARTHOLOMEI ANGLICI, *ordinis minorum: viri eruditissimi: opus: de rerum proprietatibus inscriptum: ad communem studiosorum vtilitatem iam denuo: summa cura: labore: ac industria recognitum: chalcographieque demandatum: atque adfabre politum.* Ad calcem: *Opus de proprietatibus rerum: editum a patre Barthol. Anglico ordinis fratrum minorum: studiosissime reuisum, correctum et emendatum: ac per Frideric Peypus ciuem Nurembergnn. impressum: expensis prouidi viri Ioannis Koberger eiusdem ciuitatis incole feliciter explicit. 1519. Id. III. Maii.* fol. sine paginar. numeris, chart. 192. 10) CLAVDIVS GALENVS, Pergami in Asia minori natus, et sec. II. Athenis, Alexandriae et Romae medicus clarissimus *vid. Castell. p. 113. Merckl. 183. b. Fabr. Bibl. Gr. L. IV. c. 17. p. 510. Tournef. Isag. p. 11. Segu. p. 255. Ioech. T. II. p. 832.*) immo medicorum principis titulo per plura secula condecoratus, multos variosque composuit tractatus, quorum plurimi (circiter 170.) pedetentim typis exscripti et tandem in aliquot volumina collecti sunt, sed totidem ferme (circiter 140.) inter deperditos recensentur, quorum omnium amplissimum et stupendo labore conquisitum catalogum exhibuit *Fabricius l. c. p. 528. sequ.* sollicite simul notatis illis, quorum latina tantum interpretatio prostat ut et quae pro suppositititiis et spuriis habentur. Ex his huc praecipue pertinent *de simplicium medicamentorum facultatibus Libri XI.* ex quibus liber VI. VII. et VIII. de plantis litterarum ordine agunt, sed secundum monitum Gesneri supra §. XV. iam allegatum ea ratione, vt illarum cognitio exinde nullum plane augmentum ceperit. His ita omnino se habentibus, facilis coniectura est de reliquis libris, similis argumenti, scilicet *de euporistis, de compositione medicamentorum secundum genera* itemque *per singula loca,* vbi etiam simplicium vegetabilium frequens fit mentio, nec non *de simplicibus medicamentis ad Paternianum* et *de plantis* sigillatim, qui duo vltimi libri praeterea spuriis accensentur, *(conf. Merckl. p. 197. b. Segu. p. 256.)* quos ergo omnes, exceptis primo loco indicatis, breuitatis studio praetereo. Omnia GALENI opera Latine Venetiis per Philipp. Pincium de Caneto iam 1490. in fol. edita esse, ex *Orlando Orig. del Stamp.* indicat *Segu. p. 255.* quod fidem superat; *Maittaire* vero *T. V. p. 416.* hanc editionem ad quaedam tantum restringit. Num illa citatos libros de simpl. medic. facult. iam contineant, me latet: sufficiat indicasse, in quibus

 editio-

editionibus, quas ego possideo, et quo earum loco reperiantur. a) Rarissimae et paucis visae editionis, cuius *Kestn. p. 99. nota n.* meminit, secundum tantum volumen possideo, cuius titulum pauca haec verba constituunt: *Pars secunda operum* GALENI. *Impressione secunda.* Sequitur statim auersa pagina *liber quomodo oportet redarguere simulantes egritudinem;* ad calcem *libri de dinamidiis* leguntur haec: *Explicit liber G. de Dinamidiis: correctus atque emendatus per excellentissimum artium ac medicine doctorem dominum magistrum* HIERONYMVM SVRIANVM *Clarissimi quondam physici domini magistri* IACOBI SVRIANI de ARIO *omnium etate sua primarii filium. Venetiis per Bernardinum Benalium ciuem Bergomensem impressus: ducante serenissimo Principe Leonardo Lauretano 1502.* Excipit hunc *liber de incantatione: adiuratione: et colli suspensione: Galieno adscriptus*, et tandem *Tabula secunde partis operum Galieni secunda impressione continentis opera 37.* In fol. reg. column. diuisis cum litteris custodis et initialibus paruis, sed sine paginarum numeris, chartis 316. Libros huc pertinentes non continet hocce volumen. b) *Primum* GALENI *volumen. Quarta impressio ornatissima: continens omnes* GALENI *libros aliàs impressos: melius quam prius ordinatos: et magis quam antea emendatos. Emittensque alios eiusdem libros nunquam cum aliis impressos: impressione tamen dignos, doctrinam ipsius decorantes atque perficientes: in tertio volumine nouiter imprimendo contentos.* Ad calem: *Habes humanissime lector hoc primum volumen operum Galeni artium ac medicinae Doc. perfulgentissimi, quam plurimis erroribus emendatum: ac omni fere menda, (vt humanitus fieri potuit) purgatum: Papiaeque summo cum studio elaboratum per Iacob. Paucidrapium de Burgofrancho 1515. pridie calend. Oct.* fol. reg. pagg. 226. auers. non numerat. praemiss. chart. 9. cum praefat. RVSTICI PLACENTINI, qui curam huius editionis habuit. *Secundum volumen eodem titulo.* Ad calc. *editor, locus, annus idem, Idibus Octobris,* chartis 296. Index libror. et contentor. chart. 10. Hic tomus continet *libros de virtute simplicis medicinae* et quidem a p. 121. b. — ad 136. b. tres libros huc pertinentes, nempe sextum hac inscriptione peculiari: *Liber VI. de virtute medicinar. simpl. translatione* HVMAIN *filii* YSAAC, *continens cap. 144.* sequitur L. VII. capp. 119. et VIII. capp. 179. Tertium volumen *eodem titulo* sub finem tamen ita mutato: *in hoc tertio volumine aureo nuperrime impresso contentos:* ad calcem: *Habetis sacre philosophie ac medicine cultores candidissimi in hoc tertio praeclaro volumine diuersa collectanea oper. Galeni medicorum monarche, variis versionibus dilucidata exactissimaque cura per solertem virum Iacob. Paucidrapensem: de Burgofranco: Papiae absoluta 1516. pridie idus Iun.* chart. 188. accedunt adhuc aliquot libri chart. 13. Et huic et antecedenti volumini praefixa est peculiaris RVSTICI PLACENTINI artium et medicinae cultoris lectorisque praefatio. Huius editionis nullus auctorum hactenus citatorum mentionem facit. c) A. 1525. prima prodiit exemplaris Graeci editio Venetiis apud Aldum et Andr. Assulanum in fol. V. volum. (*vid. Merckl. p. 184. a. Fabr. l. c. p. 558. Maitt. T. II. p. 663. Cat. Bibl. Lugd. Bat. p. 136. b. et ex hoc Segu. p. 255. Kestn. p. 99. §. X. Ioech. T. II. p. 832. a. 1500. procul dubio typographico vitio*) altera vero melior et emendatior ab omnibus tamen mendis nondum purgata post tredecim annos, quae haec est: ΓΑΛΕΝΟΥ απαντα. GALENI *Pergameni summi semper viri, quique primus artem medicinae vniuersam, apud priores homines obscuram et veluti errantem, in perspicuam quandam et propriam expositionem traduxit, opera omnia, ad fidem complurium et perquam vetustorum exemplariorum ita emendata atque restituta, vt nunc primum nata atque in lucem aedita videri possint Basil. 1538.* ad calcem: ἐτυπώθη ἐν Βασιλείᾳ τῆς γερμανίας παρ̕ Ἀνδρέᾳ τῷ Κρατάνδρῳ, ἔτει ἀπὸ τῆς θεογονίας αφλξ. fol. pagg. 567. praemiss. HIER. GEMVSAEI praefatio cum tit. plag. pagg. 16. *Pars secunda ibid. a. eod.* ad calc. ἐτυπώθη ἐν Βασιλείᾳ ἐπιμελείᾳ καὶ πόνῳ Ἰωάννου Βεβελίου αφλξ. pagg. 491. Huic tomo, qui primo loco continet *de temperatura medicaminum simplicium libros XI.* et a p. 67. ad 115. librum VI. VII. et VIII., praefixa est praefatio LEON. FVCHSII. In hac editione capita numeris non distinguuntur; numerantur autem in L. VI. §§. 175. VII. 125. VIII. 183. *Pars tertia ibid. anno eodem* sine subscriptione ad calcem pagg. 487. Praemiss. cum typographi praefatione pagg. 5. *Pars quarta ibid. a. eod.* ad calcem: *Basileae apud Io. Heruagium et Io. Erasm. Frobenium 1538.* pagg. 480. Post tit. sequitur praef. IOACH. CAMERARII pagg. 2. et ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ορκος. *Pars quinta ibid. a. eod* ad calcem: οὗτος ὁ πέμπτος τομὸς μετὰ πρώτου καὶ δευτέρου, ἐτυπώθη ἐν Βασιλείᾳ πόνῳ καὶ δεξιότητι καὶ ἐπιμελείᾳ Μιχαὴλ Ισιγγρινίου, ἀναλώμασι δὲ Ἀνδρέου Κρατάνδρου καὶ Ἰωάννου Βεβελίου, ἔτει τῷ ἀπὸ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, χιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ τριακοστῷ ὀγδόῳ, ἱπέμπτη ἐλαφοβηλιῶνος ἱσαμένου. pagg. 719. Quibus accedit ad p. 737. *liber de ossibus* latine cum caluariae partis inferioris et sceleti ab anteriori et posteriori facie imaginibus. Tit. et noua GEMVSAEI praefatio pagg. 8. d) CLAVDII GALENI *Pergameni, medicorum omnium fere principis Opera, nunc demum a clarissimis iuxta et eruditis viris latinitate donata, iam vero ordine iusto, et studio exquisitiore in lucem recens edita &c. Basil. 1529.* ad calc. *Basil. per Andr. Cratandrum mense Martio 1529.* fol. pagg. 553. auers. non numeratis, praemiss. cum indice chart. 32. Tituli pagina auersa indicat 27. tractatus hoc vol. contentos eorumque interpretes, et ANDR. LEENNII praefatio III. cal. Martias 1529. scripta docet, eum huius editionis curam gessisse, pro hoc volumine autem elegisse non omnia huius auctoris opera, sed ea tantum, quae per viros clarissimos latinitate donata sunt et quidem selectiora. Sequebantur autem partitis vicibus plura in eadem officina excusa, nempe α) *de compositione medicament. κατὰ γένη Lib. VII. per* IO. GVINTHER. *Andern. iam primum latinitate donati &c. 1730.* chart. 101. praemiss. 4. β) *Opera iam recens versa &c. 1531.* ch. 172. praem. 6. γ) *historiales campi per* D. SYMPHORIANVM CAMPEGIVM &c. *eiusd.* CAMPEGII *clysteriorum camporum libellus &c. eiusd. de phlebotomia L. II. 1532.* ch. 77. praem. 4. δ) *de vsu partium corporis humani L. XVII. magna cura ad exempl. graeci veritatem castigati* NIC. REGIO *Calab. interprete* cum 7. aliis tractatibus in titulo indicatis, *1533.* ch. 199. praem. 6., quorum singulorum titulos plenos breuitatis studio praetereo, idque tantum indico, ea in collectione, quae 1531. cum praefatione IO. STVRMII prodiit, primo loco contineri *de simplicium medicamentorum facultatibus libr. XI.* THEODORICO GERARDO *Gaudano interprete*, ex quibus liber VI. VII. et VIII. a p. 54. a. ad 88. a. simplicia, sed iterum sine capitulorum numeris recenset ita, vt L. VI. §§. 170. L. VII. 124. et VIII. 183. eorum expositiones comprehendat. Et huius editionis mentionem factam non inueni. e) *Omnia* CL. GALENI *Pergameni summi in arte medica viri opera quotquot apud Graecos in hunc vsque*

diem

diem extiterunt tum olim, tum non ita pridem, hominum doctissimorum diligentia. in latinam linguam conuersa, deinde recognita et pristinae incolumitati restituta. Quibus praemissa est praefatio dedicatoria (HIER. GEMVSAEI) *medicinae primam inuentionem, eiusque incrementa, tum ipsam quoque Galeni vitam, ex eius operibus passim decerptam, prolixe depingens. Duplex praeterea adiectus est index totius operis &c. Basil. 1542.* Ad calc. *Basil. per Hier. Frobenium et Nic. Episcopium 1542.* fol. Haec operum Galeni collectio constat ex libris Isagogicis, reliquorum VIII. tomis et indice vniuersali, sed mole inaequalibus, facile autem in IV. vol. colligandis. Singulis tomis peculiaris praefixus est titulus omnibus vero idem locus et annus adpressus. Ipsa tractatio impressa est in columnis diuisis singulis numeratis. Lib. Isag. col. 367. praem. chart. 16. T. I. col. 1228. praem. ch. 6. T. II. col. 382. praem. ch. 4. T. III. col. 724. IV. 844. V. 1116. VI. 1084. VII. 294. VIII. 428. Index vterque ch. 202. Tomus V. continet libros huc pertinentes ex eiusd. GERHARDI interpretatione, et quidem L. VI.—VIII. a col. 150. ad 239. qui totidem §§phis ac praecedens editio distinguuntur, sed adhuc absque numeris. Et hanc editionem praetereunt auctores, si excipias *Kestn. p. 101. not. vv.* vbi affirmat, esse hanc eandem, quam alii ad a. 1541. referunt. f) Cl. GALENI *Pergameni Asiani, excellentissimi semper, post vnicum Hippocratem, medici ab omnibus habiti Opera quae ad nos extant omnia, partim iam pridem, partim penitus recens, a viris doctissimis in latinam linguam conuersa, et nunc multis recentissimis translationibus per* IANVM CORNARIVM *Medicum Physicum exornata: ab eodemque recognita ex toto et innumeris locis restitutis absolutissima. Accesserunt etiam nunc primum, capitum numeri et argumenta per* CONR. GESNERVM *Medicum in omnes libros, quae cum in alios multos, tum illos plerosque omnes, qui medicine candidatis apprime necessarii lectu sunt, ita copiose ac methodice tractantur, vt legitimae epitomes instar haberi possint. His omnibus subiectus est index foecundissimus, ab artis medicae peritissimo conscriptus. Basil. 1549.* Ad calcem: *Basileae per Hieron. Frobenium et Nic. Episcopium 1549.* fol. Diuisio in libros isagogicos et reliquorum in VIII. tomos indicemque, itemque impressio in columnis diuisis et singulis numeratis eadem est, ac in priori editione, et tomis singulis iterum adpressus est idem locus et annus. Libr. isag. col. 280. praemissa, inter quae Cornarii et Gesneri praefatio, chart. 10. T. I. col. 1316. tit. et IO. BAPT. MONTANI praefat. ch. 5. T. II. col. 430. III. 756. IV. 844. V. 1124. VI. 1100. VII. 294. VIII. 430. Ind. chart. 174. seu col. 696. Libros huc pertinentes iterum continet T. V. a col. 153. ad 244. quorum VI. constat ex capp. 155. VII. 124. VIII. 179, numeris nunc additis. His addo, neque GALENI *libros aliquot Graecos* &c. *per* IO. CAIVM *Britannum medicum annotationibus illustratos* et *Basil. ap. Hier. Frobenium et Nic. Episcopium 1544.* in 4. pagg. 156. et 79. editos; neque etiam GALENI *opera a* LEONH. FVCHSIO *latinitate donata et commentariis illustrata, Parisiis ap. Arn. Birckmann 1550.* in fol. chart. 293. et praemiss. ch. 26. excusa, libros huc pertinentes continere, vt taceam reliqua tria vol. eiusdem cura *ibid. 1554. edita*, vtpote quorum peculiares tituli hoc iam indicant. Ceterum hi libri hactenus citati sigillatim etiam excusi sunt, et quidem, quantum inuenire potui, primum secundum versionem GERARDI Paris. apud Simon. Colinaeum 1530. fol. *vid. Maitt. T. II. p. 733.* Apud me asseruantur g) Cl. GALENI *de simplicium medicamentorum facultatibus libri XI.* THEOD. GERARDO *Gaudono interprete. Qui nunc tibi prioribus editionibus emendatiores exeunt, locis compluribus suo nitori restitutis, ex Graeci exemplaris collatione. Scholiis insuper vtilibus, iidem passim illustrantur. Parisiis ap. Iacob. Bogardum 1543.* 8. pagg. 228. auers. non numeratis. tit. index pagg. 16. Pagg. 226. seqq. annexus est *Gal. liber de facultatum naturalium substantia,* GVINTHER. IO. ANDERNACO *interprete.* h) *eodem titulo*, omissis iis quae de scholiis memorantur, *Lugduni apud Guill. Rouillium 1551.* et i) *1552.* in 12. ad calcem vtriusque: *Lugd. excudebat Philibertus Rolletius,* pagg. 734. praemiss. pagg. 32. Et his editionibus, quae non nisi tituli anno adpresso differunt, annexus est *liber de facultatum nat. substantia* eodem interprete, sed praefixa est PHILIBERTI SARACENI praefatio IIII. Idus Ianuarii 1547. data, ex qua patet, eius cura et collatione cum graeco exemplari Aldiniano et Germanico hanc editionem emendatam et subinde annotationibus illustratam esse, quibus typographus in breui monito addit, ea, quae non Galeno visa sunt esse, his [ ] notis includi. Notandum adhuc, in omnibus editionibus hactenus recensitis libros citatos exponere non solum stirpes, verum etiam quasdam ex iis productas res. 11) PLINII historiae naturalis (vid. §. XIV. 23.) vetustissima editio 1469. Venetiis a Io. Spira excusa indicatur a *Maitt. T. I. S. IV. p. 282.* illa vero Veronae 1468. a Beughemio citata negatur ab eodem *ibid. p. 280. nota o.* Quo pretio semper omnes habuerint hoc opus, testantur repetitae eius editiones, quarum solus *Maittaire T. V. P. II. p. 155.* vsque ad a. 1499. viginti, et ab a. 1507. ad 1543. quindecim, praeter tres in Italicam linguam versas, indicat. Primus autem, qui hoc opus ex variis caussis contaminatum purgare ausus est, fuit LEONICENVS, cuius *librum de Plinii et aliorum medicorum erroribus* primum 1491. in 4. prodiisse annotat *Fabric. Biblioth. Lat. Vol. alt. p. 612. nota* ** et ex hoc *Segu. p. 105.* sed secundum *Orland. orig. del stamp. a Segu. ibid.* citatum, vt et *Maitt. T. I. S. IV. p. 554.* Ferrariae per Laur. Rubeum de Valentia 1492. in 4. Mea exemplaria haec sunt a) NICOLAI LEONICENI *Vicentini de Plinii et plurium aliorum medicorum in medicina erroribus opus primum* ANGELO POLITIANO *dedicatum Eiusdem* NICOLAI *epistola ad* HERMOLAVM BARBARVM *in primi operis defensionem. Eiusdem* NICOLAI *de* PLINII *et plurium aliorum medicorum erroribus nouum opus ad* FRANCISCVM TOTTVM *medicum Lucensem. Eiusdem* NICOLAI *ad* HIERONYMVM MENOCHIVM *epistola, in qua eadem materia de multis simplicibus medicamentis pertractatur, et quaedam Plinii, atque aliorum medicorum errata continentur.* Ad calcem: *Impressum Ferrariae per Io. Maciochium 1509. IV. Cal. Maii.* 4. angustior. sine paginar. numeris, chart. 96. s. pagg. 199. index errator. pagg. 3. Primae epistolae praefixa est LVDOVICI BONACIOLI medici Ferrariensis praefatio, qua indicat, eius cura et sumtu nouum hoc opus editum esse, et deinde monet, Leonicenum potius contra barbarorum deprauationes quam Plinii errores calamum strinxisse. Hanc excipit epistola ANGEL. POLITIANI ad Leonicenum Florentiae die III. Ianuar. 1491. scripta, quae continet quasdam obiectiones contra errores Plinio a Leoniceno imputatos, ad quas Leonicenus in sua epistola simul respondet, ex quibus patet, vel Leonicenum suas animaduersiones cum Politiano, antequam typis excuderentur, communicasse, vel easdem iam anno 1491. in publicum editas fuisse: ipsi Diarii litt. Italiae auctores hunc editionis annum ex coniectura tantum indicant: *vid. T. XXIV. p. 274.* Opus nouum a pag. 57. ad 152. Totto dicatum excipit Totti epistola respon-

foria a p. 152. ad 154. Venetiis idibus Martii 1509. fignata. Sequitur p. 155. fequ. epiftola Menochii ad Leonicenum Cal. Decembr. 1503. data, et deinde a p. 154. ad 198. Leoniceni refponfio Ferrariae Calendis Febr. 1504. fcripta. Colophonem imponit IO. MARIAE TRICAELII epilogus, qua curam Bonacioli in his edendis laudat. b) NICOLAI LEONICENI *viri doctiffimi de Plinii et aliorum medicorum erroribus liber. Cui addita funt quaedam eiusdem autoris de herbis et fruticibus, animalibus, metallis, ferpentibus, Tiro feu vipera. Excudebat Henr. Petrus Bafileae menfe Iunio 1529.* 4. pagg. 318. praemiff. et ind. pagg. 16. Quae de additamentis huius editionis memorantur, prioris editionis opus nouum iam continet. c) NIC. LEONICENI *Vicentini, Philofophi et Medici clariffimi, Opufcula, quorum catalogum verfa pagina indicabit. Per* D. ANDREAM LEENNIVM *medicum, a multis, quibus fcatebant vitiis, repurgata atque annotatiunculis illuftrata. Bafil. 1532.* Ad calc. *Bafil. apud Cratandrum et Io. Bebelium 1532.* fol. pagg. 175. auerf. non numeratis, praemiff. et ind. pagg. 6. Tituli auerfa pagina haec indicat contenta: *De Plinii et plurium aliorum medicorum in medicina erroribus L. IV. de tribus doctrinis ordinatis, fecundum Galeni fententiam L. I. De virtute formatiua L. I. De dipfade et pluribus aliis ferpentibus L. I. De Tiro feu Vipera L. I. De morbo Gallico fiue Neapolitano L. I. Contra fuarum translationum obtrectatores apologia. Medici Romani, Nicolai Leoniceni difcipuli, Antifophifta.* Excerpta ex hoc autore reperiuntur in *Brunf. Herbar. T. II. app. Edit. I. p. 44.—89. II. p. 140.—205. vid. §. XIV. 7. e.* 12) Eodem tempore idem argumentum pari laudabili ftudio tractauit HERMOLAVS BARBARVS (*conf. fuperior. numerum 5. b.*) quem Leonicenus in epiftola modo citata Pontificem Aquilegienfem falutat. Huius caftigationes Plinianas primum editas Cremonae a. 1485. ex *Caille* indicat *Maitt. T. I. f. IV. p. 462*, fed in nota 3. recte monet, eas ante a. 1492. vbi Romae apud Euchar. Argenteum in folio excufae funt (*conf. id. ibid. p. 545.*) publicatas haud effe, quod affertum extra dubium ponit *Giornale de' letterati d' Italia P. XXVIII. p. 184. 186. 202.* vt et praefatio ipfius BARBARI octauo Calendas Septembris a. 1492. fcripta et huic meo exemplari praefixa: a) HERMOLAI BARBARI, *Patricii Veneti in* C. PLINII *naturalis hiftoriae libros caftigationes. Syllabus, fiue index omnium quae in hoc opere tractantur, accuratiffimus, quo quos fcriptores minime ambitiofus corrector fecutus fit, quos item locos ex illis emendarit, ac hercle innumera alia, cum eruditione admiranda, tum vfu ftudiofis maxime neceffaria quae tradiderit, plane cognofcas licebit. Bafileae ap. Io. Valderum menfe Martio 1534.* 4. pagg. 523. Praemiffa (inter quae etiam Io. Oporini epiftola de hac editione emendata) pagg. 8. ind. pagg. 72. Anno 1496. easdem caftigationes vnacum PLINII ipfa hiftoria Venetiis per Bernardin. Benalium in fol. recufas effe, colligere licet ex *Maitt. l. c. p. 614*: ita fane prodiit hoc meum exemplar b) C. PLYNII SECVNDI *naturae hiftoriarum libri XXXVII. e caftigationibus* HERMOLAI BARBARI *quam emendatiffime editi. Additus eft ad maiorem ftudioforum commoditatem, Index* IOANNIS CAMMERTIS *minoritani, quo Plinius ipfe totus breui mora temporis edifci poteft.* Ad calcem: *Editum eft hoc Plynianum elegantiffimum opus, fumptibus ornatiffimor. virorum Io. Kobergii ac Lucae Alantfee, impreffum Hagenoae opera induftriaque Thomae Anshelmi Badenfis menfe Nouembri 1518. Max. Aemiliano imperatore regnante, ex caftigationibus Herm. Barbari quam accuratiffime emendatum.* fol. maior. pagg. 286. auerfis nonnumeratis. Prafixa eft p. 2. praefatio IO. BAPT. PALMARII, qua docet, quae ipfe ad huius editionis emendationem contulerit quaeque adhuc emendanda fuperfint. Accedit peculiari titulo *Prima pars Plyniani indicis editi per* IO. CAMERTEM *Minoritanum, S. Theologiae Doct. in qua tabellae pictae inftar) mira literarum connexione dicuntur ea omnia Geographiam praeter (nam hanc complectitur pars altera) quae toto Plyniano volumine continentur.* pagg. 192. Vtrique parti praefixa eft Camertis praefatio: prior Viennae Pannoniae Prid. cal. Sempt. pofterior fexto Calendas Augu ft. 1514. fcripta, quibus breuis Pliniani operis recenfio et commendatio continetur. Pertinent huc etiam c) C. PLINII SECVNDI *Hiftoriae mundi libri XXXVII. ex poftrema ad vetuftos codices collatione cum annotationibus et indice. Bafileae in officina Frobeniana 1539.* fol. mai. pagg. 671. praemiff. pagg. 36. Continent haec praeter titulum, Plinii praefationes et libr. I. feu librorum omnium elenchum, dedicationem D. ERASMI Roterod. qua, a. 1525. fexto Idus Februar. fcripta, praemiffa Plinii commendatione laudat praecipue HERM. BARBARI, GVILHELMI BVDAEI, NIC. BERALDI et IO. CAESARII ftudium in Plinium emendandum collocatum, et denique indicat, quae fua cura huic editioni accefferint. Accedunt SIGISM. GELENII *caftigationes ex vetuftorum archetyporum collatione, in aliqua multa Pliniani operis loca, ab aliis antea parum animaduerfa*, cum eiusdem praefatione Bafileae calend. Ianuarii 1535. data, qua docet, has tertium nunc emendatas et correctas prodire. Sine paginar. numeris chartis 26. f. pagg. 52. Sequitur denique peculiari titulo *Index in C. Plinii Secundi naturalem hiftoriam ad exemplum* IO. CAMERTIS, *mutatis quibusdam, quae ad hanc aeditionem non congruebant, nonnullis etiam adiectis*, chartis 88. f. pagg. 175. cuius pars fecunda etiam geographica figillatim comprehendit. 13) HALI (HALY vel ALI) ben (filius) ABBAS, cognomine Magus, difcipulus ABIMEHER MOYSI filii SEYAR (SERAR) floruit fub finem fec. X. (perperam traditur XII.) Arabum medicorum doctiffimus et auctor laudabilis fyftematis medicinae (*conf. Caftell. p. 145. Merckl. p. 387. a. Io. Freindii Hift. med. edit. gallic. p. 141. Keft. p. 130. §. V. Ioech. T. II. p. 1337.*) quod vero nonnifi ex STEPHANI Antiocheni verfione proftat (pofterioris partis feu practicae codicem MStum in tribus vol. titulo *Thefauri artis medicae* affervat bibliotheca Acad. Leydenfis, *vid. eiusd. catal. p. 441. a.*) et, quantum fcio, bis impreffum, nempe a) fine titulo; ad calcem p. 186. *finit tractatus decimus fecundae partis fimulque totus liber regalis difpofitio nominatus in arte medicine completus: Quem fapientiffimus* HALI *filius* ABBAS, *difcipulus* ABIMEHER MOYSI *filii* SEIAR *compofuit: regique infcripfit: vnde et regalis difpofitionis nomen affumpfit. Et quia omnia medico neceffaria continet ideo artis medicine liber completus nuncupatur. Ipfum autem ex Arabico in latinum ornatiffime traduxit fermonem* STEPHANVS *philofophie difcipulus in Antiochia, Anno dominice paffionis 1127. 26. Ianuarii* (confer. infcriptio ferm. octaui P. II. p. 152. b. vbi eiusd. anni menfis Nou. indicatur) *feria quarta. Qui quum fcriptorum negligentia et imperitia valde deprauatus effet vitiofiffimusque effectus. Excellentiffimi artium et medicine doctoris* ANTONII VITALIS *pyrranenfis opera fummaque diligentia emendatiffimus redditus eft. Ita vt nil in eo fere caftigatione dignum comperias nifi quod impreffo-rum incuria praetermiffum diligens infpector facile emendaret. Textus autem quosdam corruptos, quosdam vero fufpectos. ab antiqua quandoque diffentientes translatione. quum imprimentium importunitate corrigendi tempus conceffum non effet Tibi lectori ftudiofiffimo emendandos reliquit: vt te plurimi laboris fui participem efficeret.*

ceret. Quos ne totum hunc librum perquirens oberrares hic subscribi iussit. Sequuntur p. sequ. haec monita, quibus subscriptum legitur: *Impressum Venetiis d. 25. Sept. 1492. opera Bernardini ricii de nouaria. impensa vero excellentissimi artium et medicine doctoris domini magistri Ioannis Dominici de Nigro &c.* cum extractu priuilegii. Vltima pagina indicat plagularum custodem et typographi insigne. fol. regal. chart. firma et nitidiss. p. 186. auers. non numeratis. Praemissa tabula omnium librorum, quae p. 1. auersa incipit, chart. 4. Totum opus excusum est in columnis diuisis, distinctum in partem theoreticam et practicam, quarum vtraque praefixam habet STEPHANI praefationem et constat libris seu sermonibus decem: prioris partis sermo seu liber V. C. 15 – 20. *de cibis ex plantis et earum partibus*, C. 32. *de natura odoriferor. florum et herbarum* et C. 33. *de aromatum iucundorum naturis* agit; posterioris vero sermo seu liber II. *medicaminum simplicium scientias eorumque vtilitatem* sigillatim exponit et quidem post generalia agit C. 34. *de herbis* numeris 87., C. 35. *de seminibus* n. 88.—177. C. 36. *de foliis* n. 178.—217. C. 37. *de floribus* no. 218.—246. C. 38. *de fructibus* n. 247.—312. C. 40. *de succis* n. 313.—338. C. 41. *de gummis* n. 339.—368. C. 42. *de lignis* n. 369.—404. C. 43. *de radicibus plantarum* n. 405.—447. Sequuntur deinde mineralia et animalia n. 448.—533. C. 53. *de laxatiuis in genere*, C. 54. *de diuersitate laxatiuorum*, inter quae plura vegetabilia eorumque partes n. 554.—591. recensentur, nonnulla etiam C. 55. *de medicinis prouocantibus vomitum* nominantur. Vtut autem haec pertractatio quoad qualitates et vires laude sua non omni priuanda sit, de ipsis tamen stirpibus vix plura, quam nuda nomina arabica, quandoque latina et graeca a Stephano addita, et subinde circa quasdam species leues notae reperiuntur. b) *Liber totius medicine necessaria continens quem sapientissimus* HALI *filius* ABBAS *discipulus* ABIMEHER MOYSI *filii* SEIAR *edidit: regique inscripsit. Vnde et regalis dispositionis nomen assumpsit. Et a* STEPHANO *philosophie discipulo ex Arabica lingua in latinam satis ornatam reductus. Nec non a Domino* MICHAELE DE CAPELLA *artium et medicine doctore fecundis sinonimis a multis et diuersis Autoribus ab eo collectis illustratus summaque cum diligentia impressus 1523.* Ad calcem: *hoc preclarum opus multo maiori quam prius cura recognitum mendis omnibus exclusis. Lugduni typis Jacobi myt exacte impressum fuit 1523. die vero 18. mensis Martii.* 4. pagg. 319. auersis non numeratis, praemiss. chartis 8. quae continent titulum figuris ligno incisis, *Hippocratis, Galeni Halique* imagines referentibus, ornatum, et *Mich. de Capella* breuem praefationem tituli paginae auers. adpressam, nec non eiusdem synonyma litterarum ordine conscripta. Ceterum haec editio, pariter columnis diuisis excusa, a priori non differt, nisi forma et typo multo minori, vnde in angustius spatium redacta est. Plura de Haly Abbatis opere vide num. 18. sequentem. 13.*) SANTES (SANCTES) ARDOINVS (ARDOYNVS) seu DE ARDVINIS de Pesauro seu ex Pisaurensi vrbe natus medicus (*vid. Gesn. Biblioth. p. 590. b. Merckl. p. 960. b. Segu. p. 224. Ioech. T. I. p. 515.*) et sec. XV. (non XVI. vt legitur apud *Ioech. l. c.*) clarus silentio penitus praetereundus haud est, quia opus eius non solum cum prima *Hali Abbatis* operis editione, distincte quidem, simul tamen prodiit, verum etiam integer tractatus III. de plantis venenatis agit. Tituli plagula caret; primo vero tractatui haec praefiguntur: *Incipit liber de venenis quem magister* SANTES DE ARDOYNIS *de Pensauro phisicus saluatoris nostri confisus auxilio edere cepit venetiis die octauo nouembris 1424. Et ipsum ibidem diuino mediante fauore finiuit die 14. Mady 1426. ad honorem et laudem Domini nostri Iesu Christi ac ejus gloriosissime genitricis Virginis Marie et totius curtae paradisi.* Ad calcem: *Impressum Venetiis opera Bernardini Riccii de nouaria: emendatumque per Excellentiss. artium et Medicine Doctorem dnm magistrum* DOMINICVM DE CANALI *Feltrensem. Impensa vero Excellentiss. art. et Med. Doctoris Dni Magistri Joannis Dominici de Nigro: qui obtinuit ex speciali gratia a Serenissimo Domino venetiar. &c.* (sequuntur priuilegii verba) *1492. die XIX. Mensis Iulii Regnante D. Augustino Barbadico Inclyto Venetorum Principe.* Fol. regal. p. 101. auers. non numeratis, in columnis diuisis. Tertius tractatus p. 26. b. —41. b. his inscribitur: *incipit tractatus tertius Libri de venenis in quo tractatu determinatur in speciali de venenis ac mortiferis Medicinis sumptis ex vegetabilibus et plantis.* Sistit autem hic tractatus 63. capitibus totidem plantarum noxiarum historiam medicam satis docte, sed ipsae plantae nonnisi nominantur, et quidem nominibus barbaris sine vlla explicatione vel descriptione: reliqui tractatus (sunt enim eorum VIII.) agunt de venenis in genere et de illis ex mineralibus animalibusque interne sumtis, vt et horum laesionibus externe accedentibus sigillatim. Recusum est hoc opus post 70. annos hoc titulo: b) SANTIS ARDOYNI *Pisaurensis Medici et Philosophi praestantissimi opus de venenis a multis hactenus desideratum et nunc tandem castigatissime editum. In quo naturalis primum historia* &c. (quae verbotenus leguntur apud Merckl. l. c.) *cum praefatione luculenta, in qua methodus venenorum cognoscendorum atque curandorum, summa arte, breuitate et facilitate docetur. Adiunximus eiusdem generis commentarium doctiss.* FERDINANDI PONZETTI *Cardinalis. Indicem praeterea rerum atque verborum copiosissimum.* Ad calcem indicis: *Basileae per Henr. Petri et Petrum Pennam 1562.* fol. pagg. 573. titulus, praefatio THEODORI ZWINGERI, et index chart. 15. Ponzetti tractatus p. 515. hoc peculiari titulo sequitur: FERD. PONZETTI, *tituli S. Pancratii Presbyteri Cardin. Melfitensis de venenis lib. tres, ante annos XL. editi: nunc vero multo emendatiores quam antea typis excusi, cum indice locupletissimo,* quem tamen nec sigillatim additum nec priori insertum reperi. In hoc tractatu vix 20. nominantur eiusmodi plantae, quarum iterum vires tantum indicantur. Saepius excusum esse hoc opus, me latet. 14) JOANNES (vel vt alii monent MATTHÆVS) PLATEARIVS, a S. Paulo, patria sua Galliae ciuitate, cognominatus, medicus Salernitanus, quem alii sec. XII. vel XIII. alii initio XIV. demum vixisse tradunt (*vid. Merckl. p. 662. a. Tournef. Isag. p. 19. Segu. p. 292. Ioech. T. III. p. 1622.*) duo composuit opera, quorum vnum *practica*, alterum *de simplici medicina dictum circa instans*, saepius cum aliorum auctorum operibus, nunquam vero, quantum scio, sigillatim (nisi forte Parisiis 1582. 4to. *teste Segu. l. c.*) excusa sunt. Quod ad posterius, solum huc pertinens, attinet, prodiit primum cum *Serapionis* Operibus Venetiis 1497. et deinde ibid. 1503. et 1530. excusis, *vid. numerum super. 6. a. b. c.*, interea vero etiam cum *Nicolai Praepositi* dispensatorio, de quo no. seq. 20. g. conf. etiam *Mesue* huius artic. no. 1. a. seqq. Ipsum vero Platearii hoc opus nil continet, quam catalogum simplicium medicinalium, quae ex tribus regnis petuntur, secundum litterarum ordinem more aliorum barbarorum ita explicatorum, vt, praemissis

miſſis nudis nominibus, reliquum de qualitatibus et viribus ſolummodo agat. 15) GEORG. VALLA Placentinus, medicus et profeſſor humaniorum venetiis, latinae et graecae linguae peritiſſimus, vixit circa medium ſec. XV. *vid. Merckl. p. 342. a. Joech. T. IV. p. 1423.* Inter varia eius opera occurrunt quoque *de medicina libri VII. vbi de ſimplicium natura per ordinem litterarum;* num vero hos iam comprehendant *eius aliorumque authorum opera per Anthon. Strata Venet.* iam *1488. in fol.* (*teſte Maitt. T. I.* ſeu *IV. p. 504.*) excuſa, iudicent illi, quibus ad manus ſunt. Eiusdem autem opus de rebus expetendis et fugiendis, quod apud Aldum Venetiis 1497. (*Maitt. T. I.* ſeu *IV. p. 644.*) prodiit et procul dubio haud differt ab illo, quod ibid. impenſa ac ſtudio IO. PETRI VALLAE filii 1501. menſe decembr. in fol. excuſum eſt (*vid. Maitt. T. II. p. 153.*) libros indicatos omnino continet (*vid. Maitt. l. c. nota d et conf. Geſn. Biblioth. p. 272. b. vbi vero editionis annus non indicatur*) cuius editionis primum tantum poſſideo volumen hoc titulo: GE. VALLAE *Placentini viri clariſſ. de expetendis et fugiendis rebus opus, in quo haec continentur De Arithmetica L. III. vbi quaedam a Boetio praetermiſſa tractantur. De Muſica L. V. ſed primo de inuentione et commoditate eius. De Geometria L. VI. in quibus elementor. Euclidis difficultates omnes fere exponuntur, vbi etiam de mechanicis ſpiritalibus, catoptricis, ac opticis, deque quadrato circuli habetur tractatus. De tota Aſtrologia L. IV. in qua fabrica vſusque Aſtrolabi exaratur, et quae ſignorum in exhibendis medicaminibus ſit habenda obſeruatio. De phyſiologia L. IIII. vbi et metaphyſices quaedam lectu qm. digniſſ. vtiliſſimaque. De Medicina L. VII. vbi de ſimplicium natura per ordinem litterarum. &c. &c.* quae ad ſcopum praefixum haud pertinent, ſine loco et anno in primo hoc volumine ſaltem non reperiundo, fol. reg. chart. nitida, ſine paginar. numeris et ſine litt. initialibus maioribus, minoribus tamen areis vacuis impreſſis, cum multis figuris ligno inciſis. chart. 298. praemiſſ. chart. ſeu foliis 14. Definit autem hoc volumen, vbi ea, quae ad medicinam pertinent, incipiunt. Ex praefixo autem elencho omnium librorum, quorum 49. et horum capitum ſingulorum inſcriptiones indicantur, patet, ea, quae de vegetabilibus agunt, non vna ſerie recenſeri. b) GEORGII VALLAE *Placentini viri clariſſ. de ſimplicium natura liber vnus. Argentinae per* HENRICVM SYBOLD. Ad calcem: *1528. menſe Auguſto.* in 8. ſine paginar. numeris. plagg. 13. ſ. pagg. 208. *Syboldus,* artis medicae Profeſſor, in praefatione indicat, ſe ex Auctoris voluminibus ſelegiſſe librum, cui titulum fecit, *de natura ſimplicium;* huius autem editionis capitum ſecundum litteras ordinem in elencho ſuperioris editionis indicatae haud reperi. Ceterum nec haec tractatio ipſas plantas definit, vnum vel alterum tamen earum ſynonymum plerumque addit. 16) Sub finem ſeculi XV. ROBERTVS DE VALLE, Rothomagenſis et Canonicus Carnutenſis (*Chartres*) Plinii hiſtoriam mundi in compendium reduxit eiusque vocabula explicavit his libris a) *Compendium memorandorum vires naturales et commoda comprehendens a plinio data: valens nedum, ad ſecreta nature noſcenda: ſed ad vſus quoque neceſſarios: corporisque et ingenii conſeruationem.* Ad calcem: *impreſſum pariſiis per felicem baligault impenſa magiſtri durandi gerlier, alme vniuerſitatis librarii. Anno M. V. C.* (1500.) 4. ſine paginar. numeris, pagg. 220. praemiſſ. pagg. 24. b) ROB. DE VALLE *Rothomagenſis Prologus in ſequentem difficilium plinii explanationem* eiusdem formae ſine loco et anno et ſine paginar. numeris pagg. 174. Tituli paginae adpreſſum eſt inſigne M. *Durand. Gerlier* et procul dubio ſimul cum priori tractatu prodiit. Quod ad prius opuſculum attinet, ipſa praefatio docet, miſſis illis, quae noſtris in terris vix in conſpectum veniunt, vtiliſſima tantum excerpendi ſcopum auctoris fuiſſe; omnia ergo, quae in libris XII. — XIX. de vegetabilibus occurrunt, comprehendunt paginae 48. Poſterius opuſculum eſt index, litterarum ordine vocabula a *Plinio* vſurpata explicans et ad plurium auctorum, quos ſaepius citat et in praefatione ſigillatim nominat, mentem illuſtrans: in fronte gerit hanc peculiarem inſcriptionem: *ſequitur plinianorum difficilium in naturalis hiſtorie libris expoſitio a Roberto de Valle rothomagenſi que multas poetrie philoſophie medicineque obſcuritates exquiſite elucidat.* Hoc poſterius opuſculum ergo praeſtat priori, nec adeo vsque vilipendendum eſt, vti cenſuit HARDVINVS ſua in Plinium praefatione, (*conf. Fabr. bibl. lat. p. 410.*) licet ex propriis obſeruationibus parum acceſſerit. 17) RAPHAELIS VOLATERRANI, ſeu potius RAPH. MAFFEII cognomine VOLATERRANI i. e. Volae terrae ducatus Florentini a. 1451. nati (*vid. Segu. p. 113. Ioech. T. III. p. 27.*) *Opera* primum prodierunt Romae per *Beſicken* 1506. fol. *vid. Maitt. T. II. p. 181:* num differant a ſequenti opere, iudicent illi, quibus vtraque ad manus ſunt: *Commentariorum Vrbanorum* RAPHAELIS VOLATERRANI *octo et triginta libri cum duplici eorundem indice ſecundum tomos collecto. Item Oeconomicus* XENOPHONTIS *ab eodem latio donatus, venduntur Parrhiſiis ab Io. Paruo et Iodoco Badio Aſcen.* Ad calcem: *in aedibus aſcenſianis ad XII. Kal. oct. 1515.* fol. pagg. 422. auerſ. non numeratis, praemiſſ. pagg. 38. Recuſum eſſe hoc opus ibid. a. 1526. et Baſil. 1530. 1534. (*Geſn. bibl. p. 538. a.* ann. 1544.) et 1559. vid. *Segu. l. c.* Agitur autem in hoc opere de plantis libro XXVI. fol. 280 — 291. vbi vero iterum excerpta potius ex aliis, quam ex propriis obſeruationibus reperiuntur; accedit, quod *Geſnerus* l. c. iam annotauit, hunc auctorem non pauca a graecis non intellecta perperam tranſtuliſſe. 18.) Semel tantum, quantum ſcio, excuſum eſt opus hoc titulo: *Omnia opera* YSAAC *in hoc volumine contenta: cum quibusdam aliis opuſculis: Liber de definitionibus. Liber de elementis. Liber dietarum vniuerſalium: cum commento* PETRI HISPANI. *Liber dietarum particularium cum commento eiusdem. Liber de vrinis cum commento eiusdem. Liber de febribus. Pantechni decem libri theorices: et decem practices: cum tractatu de gradibus medicinarum* CONSTANTINI. *Viaticum* YSAAC *quod* CONSTANTINVS *ſibi attribuit. Liber de oculis* CONSTANTINI. *Liber de ſtomacho Conſtantini. Liber Virtutum de ſimplici medicina Conſtantini. Compendium megatechni* GALENI *a Conſtantino compoſitum. Cum tabula et repertorio omnium operum et queſtionum in commentis contentarum.* Ad calcem: *Habes in hoc volumine artis Apollinee ſtudioſiſſime indagator: Yſaac iſraelite Salomonis regis arabie filii adoptiui: coaceruata opera: — Curauit ea imprimi honeſtus vir Bartholomeus trot bibliopola Lugdunenn. Extrema manus appoſita fuit A. Dni XV. ſupra M. menſe Decembri in Lugdunenn. emporio in officina probi viri Iohannis de platea chalcographi.* Fol. pars prior pagg. 226. auerſ. non numeratis. Pars poſterior, quae hac inſcriptione incipit: *Liber Pantegni Yſaac iſraelite filii adoptiui Salomonis regis arabie: quem Conſtantinus*

tinus aphricanus monachus montis cassinensis sibi vendicauit, pagg. 210. auers. non numeratis. Repertorium (quod peculiari titulo instructum est et contenta voluminis repetit) chart. 15. cum hac inscriptione: Liber definitionum *Ysaac heben amaran philosophi* &c. *Liber elementorum Ysaac israelite medici* &c. ad calcem: *in calce voluminis ponitur tractatus quidam de obliuione a Constantino (vt perhibent) compositus* &c. Tituli plagae medium occupat figura ligno incisa, quae *Haly Abbatis*, *Ysaaci* et *Constantini* mensae assidentium effigies repraesentat. Auersae paginae adpressa est 1) dedicatio ANTON. de TOLEDO med. Doct. Lugd. 15. Dec. 1515. scripta, quae indicat, eius cura excusa esse haec opera aetate ferme consumta et corrosa, per ANDR. TVRINVM Pescienſem vero correcta. 2) SIMPHORIANI CAMPERII Duc. Lothar. et Barri primarii medici epistola ad TVRINVM vltima Iulii 1515. exarata, vbi ex ipsius operis citatis probare conatur, duos fuisse YSAAC, alterum HEBEN AMARAN, philosophum, qui *definitiones* conscripsit: alterum Israelitam medicum, qui plura opera composuit, praesertim *Pantechnen* sic dictam, hocque opus titulo *complementi medicinae* HALY ABBATI a STEIHANO falso adscriptum esse. Conf. num. 13. superior. 3.) ANDR. TVRINI epistola IV. Kal. Dec. 1515. data, vbi ex horum operum et ex RASIS atque MESVE citatis *Pantechne* vt et *Viaticum* non solum iterum YSAACO vindicatur, verum etiam additur, haec opera CONSTANTINVM quoque furto sibi adscripsisse. Ceterum menda excusat ob codices tum mendis plenos tum cariosos. Addo his, *Petr. Castellum p. 144.* quoque *Isaac* Israelitam medicum et *Heben Amaran* philosophum distinxisse, *Conr. Gesnero biblioth. p. 467. a.* vero probabile fuisse, ISAACH BEIMIRAM et EBEN AMRAM vel HEBEN AMARAN eundem fuisse: sic enim citatum legi in libris IO. SERAPIONIS et IO. MESVE. Quo tempore ISAAC vixerit, valde dissentiunt auctores. Medium seculi VII. ipsi assignat *Morreau* de V.S. in pleuritide; seculi XII. vero *Iust.* chron. med. a Merckl. p. 714. a. citati; seculi X. *Ioech.* T. II. p. 1988. et seculi XI. *Gesn.* biblioth. l. c. Quod ad *Pantechnen* attinet, hoc opus et *Haly Abbatis complementum medicinae* omnino vnum idemque est, non solum quoad diuisionem itemque capitulorum et paragraphorum numerum, verum etiam ipsorum contentorum expositionem, et si vel alicubi differentia in verbis occurrat, nonnisi interpreti tribuenda erit. His non obstantibus, *Io. Freind Hist. med. edit. gall. p. 141. lat. a Io. Wigano* adornata p. 214. plura haud concedit, quam quod *Haly Abbas* quaedam ex *Isaaco* mutuatus sit. Vtut autem haec se habeant, facile ex adductis patet, opus hoc circa plantarum expositionem illo magis haud praestare. Aliam horum operum editionem non inueni in *Merckl. l. c. Catal. biblioth. Ac. L. B. p. 136. a. Bradlei. p. 273. a. Maibom. P. III. p. 153. n. 1885. Riuin. p. 413. n. 4873. Ioech. l. c.* qui tamen annum 1516. indicat. Quoddam ex his antea iam sigillatim excusum indicatur ex bibl. Menars. a Maittaire, T. I. f. IV. p. 489. nempe b) *Eximy* ISAAC *medicine monarce de particular. dictis libellus, impress. per Magistr. Mattheum Cerdonis de Windischgretz Padue 1487. 4.* quem titulum vero auctor nota 16. T. V. P. I. p. 523. ex *Simlero* ita corrigit: *Isaaci Beimiram medici Iudaei de diaetis vniuersalibus et particularibus Libri 2.* CONSTANTINVS AFRICANVS, cuius iam mentio facta est, vixit sub finem sec. XI. Monachus ordinis D. Benedicti in monte Cassinensi: laudatur quidem medicinae et philosophiae aeque, ac graeci, latini et arabici sermonis peritissimus, sed etiam plagii simul accusatur ferme ab omnibus: *vid. Gesn. biblioth. p. 185. b. Castell. p. 161. Merckl. p. 223. b. Freind. l. c. p. 218. seqq. lat. edit. p. 324. Ioech. T. I. p. 2067.* Opera eius sunt c) CONSTANTINI AFRICANI *post Hippocratem et Galenum quorum, Graecae linguae doctus, sedulus fuit lector, medicorum nulli prorsus, multis doctissimis testibus, posthabendi opera* (reliqua tituli verba et contentorum elenchum vid. apud Merckl. l. c.) ad calcem: *Basileae excudebat Henr. Petrus mense Augusto 1536.* fol. pagg. 387. praemiss. cum ind. pagg. 16. Hoc volumen nihil huc pertinens continet, si excipias vltimum tractatum, qui inscribitur *de gradibus simplicium liber* a p. 342. ad finem, qui vero et ordinis et expositionis ratione plane differt ab illis, quae in *Haly Abbatis* et *Isaaci* operibus reperiuntur, neque vero praeter nuda simplicium vocabula et eorum virium secundum gradus recensionem plura quam illi profert. d) *Summi in omni philosophia viri* CONSTANTINI AFRICANI *medici operum reliqua, hactenus desiderata, nuncque primum impressa ex venerandae antiquitatis exemplari, quod nunc demum est inuentum. In quibus* &c. vid. Merkl. l. c. Ad calcem *Basil. apud Henr. Petrum mense Augusto 1539.* fol. pagg. 361. Praemiss. cum ind. pagg. 16. Hoc volumen, praeter *Ant. Gaizonis* dissertationem *de somno* a p. 347. ad finem, solummodo continet *Constantini* tractatum de *communibus medico cognitu necessariis*, qui est ille omnino ad verba ferme conueniens cum *Isaaci* pantechnes parte prima seu theorica: alteram seu practicam partem pariter immutatam reperire haud potui. Quaedam *Constantini* opusculorum antea iam sigillatim excusa Gesnerus l. c. et biblioth. Riu. p. 235. n. 2215. indicant.

19.) Sub initium seculi XVI. ex recentioribus nouus in publicum prodiit barbariei debellator eruditissimus et *Leoniceni* discipulus, IOANNES MANARDVS Ferrariae a. 1462. natus atque ibidem a. 1536. mortuus, vir ab omnibus laudatus: *vid. Gesn. bibl. p. 435. a. Castell. p. 180. Merckl. p. 632. b. Tournef. Isag. p. 24. Ioech. T. III. p. 92.* De vegetabilibus sigillatim equidem haud scripsit; plurima tamen, quae ad eorundem cognitionem et vsum legitimum pertinent, pertractauit tum in notis ad *Mesuen (conf. art. huius XVI. n. 1. m. et litt. seqq. b. c. d.)* tum in epistolis varii argumenti medici ad amicos datis. Harum epistolarum primum prodierunt L. VI. Ferrariae 1541. nonis Nouembr. formis *Bernardini de Odonino* in 4., *vid. Maitt. T. V. P. II. p. 47.* et Lutetiae apud *Christian. Wechel* mens. Nov. typis *Simon. Siluii* 1528. in 8. *vid. idem ibid. et Merkl. l. c. Kestn. bibl. med. p. 292. nota e.* Meum exemplar hunc prae se fert titulum: a) *Medicinales epistolae* IO. MANARDI *Medici Ferrarienn. doctiss. Recentiorum errata et antiquorum decreta penitissime reserantes. Epistola* HVBERTI BARLANDI *ad Medicinae apud Louanienses studiosam iuuentutem. Index operi adiectus, quo prudens lector vel primo gustu olfacit autoris studium. Argentorati apud Io. Schottum 1529.* 8. minori, pagg. 130. auers. non numeratis. Praemiss. cum ind. pagg. 32. Continet liber I. epistolas 5. (quarum prima scripta est pridie idus Sextil. 1418. enormi errore typographico loco 1518. in sequentibus editionibus correcto) L. II. 3. L. III. 4. L. IV. 5. L. V. 5. L. VI. 6. ordine, quo scriptae sunt, haud locatas, siquidem L. II. epist. 1. anno 1500. et L. VI. epist. 2. a. 1504. scripta est, reliquae serius; neque etiam omni-

bus annus, quo datae sunt, additur. Ex BARLANDI epistola patet, hanc editionem recusam esse ad exemplar, quod cum ipso ERASMVS Basileae communicauit; num vero Ferrariense an Parisiense fuerit, non addit, hoc vero affirmat, eam ab infinitis fere iisque monstrosis mendis veteris editionis se vindicasse. Denique post indicem in spatii fugam paucas addit *Barlandus* annotationes, stirpium nomenclaturas potissimum illustrantes. Parisiensis editionis titulum exhibens *Mercklinus*, huius epistolae Barlandi iam mentionem facit; sed huic non solum contradicere videtur praefatio Barlandi erratis ad calcem meae editionis additis praefixa, verum etiam *Maittaire*, qui l. c. eiusdem haud meminit. b) Postea vnacum his alios libros XII., adeoque XVIII. vnacum annotationibus in Mesuen Basileae a. 1535. in fol. chart. 124. apud *Bebelium* excusos esse, docet *Gesner. biblioth. l. c. et Catal. Bibl. Meibom. P. III. p. 305. n. 3776.* Tandem duo libri adhuc accesserunt hoc titulo: c) *En postremum tibi damus, candide lector*, IO. MANARDI, *Medici Ferrariensis, sua tempestate omnium Medicinae Professorum per vniuersam Italiam in Galeni doctrina et Arabum censura celeberrimi et optime meriti, Epistolarum medicinalium libros XX., e quibus vltimi duo in hac editione primum accesserunt, vnacum epistola iam dudum desiderata de morbis interioribus, quam vtinam immatura morte non praeuentus totam absoluere potuisset. Eiusdem in* IO. MESVE *simplicia et composita annotationes et censurae omnibus practicae studiosis adeo necessariae, vt sine harum cognitione aegrotantibus recte consulere nemo possit. Adiecto indice latino et graeco, vtroque copiosissimo. Basil. apud Mich. Isingrinium 1540.* fol. pagg. 603. praemiss. cum ind. pagg. 22. d) IO. MANARDI &c. *Epistolarum medicinalium libri viginti, denuo nunc ad autographum haud sine fructu collati et editi. Eiusd. in* IO. MESVE *simplicia et composita annotationes* &c. *ibid. apud eundem 1549.* fol. pagg. totidem. e) IO. MANARDI *Medici Ferrariensis, omnium sua tempestate medicorum, citra controuersiam, Doctoris eminentissimi, Epistolarum libri XX. Eiusdem in Io. Mesue simplicia et composita annotationes* &c. &c. *Lugduni ex officina Godefredi et Marcelli Beringorum fratrum 1549.* 8. mai. pagg. 653. praemiss. cum ind. pagg. 37. Vltima pagina ita inscribitur: *castigationes aliquot, quas post obitum Manardi ab ipsius haeredibus habuimus;* ad calcem: *reliquas castigationes inter excudendum suis locis reposuimus.* Hae tres editiones (c. d. e.) praefixam habent vnam eandemque praefationem COELII CALCAGNINI, Ferrariae ad XXII. Cal. Nou. 1529. scriptam, vbi haec leguntur: *emisit* (Manardus) *annis proximis libros sex epistolarum medicinalium* &c. *sex alios mihi nuper ostendit:* num hae XII. libri sigillatim, vel etiam XVIII. ante Basiliensem editionem (vid. supra b) alibi excusi fuerint, a nemine annotatum legi. Vnam adhuc editionem addere liceat sequenti demum seculo recusam, quia ex titulo et auctoris nomine mutato coniicere aliquis posset, esse illam aliud prorsus opus: est autem f) ΙΑΤΡΟΛΟΓΙΑ ΕΠΙΣΤΟΛΙΚΗ *siue Curia medica* IO. IAC. MANARDI, *medici Ferrariensis, omnium medicinae Professorum per vniuersum orbem in Galeni doctrina Arabumque censura nobilissimi viginti libris epistolarum ac consultationum medicinalium adumbrata, nec non annotationibus et censuris locupletissimis in* IO. MESVE *simplicia et composita adornata* &c. *Hanouiae typis Wechelianis apud heredes Io Aubrii 1611.* fol. pagg. 432. praemiss. pagg. 12. index ad calcem pagg. 21. Secundum Mercklin. p. 633. titulo et anno eodem eademque forma prodiit Venetiis ap. haered. *Io. Aubrii*, quem erroris arguit *Kestner. l. c. p. 292. nota* *. Accessit huic editioni praefatio PETRI VFFENBACHII, seruata simul illa CALCAGNINI; quo iure vero auctor nominetur IO. IACOBVS, non indicatur, nec ex aliis patet. Ceterum neque in hac, neque in antecedentibus (c. d.) mutata sunt emendanda, quae editionis *e.* pagina vltima indicat, neque etiam vlla praefationem BARLANDI eiusque additamenta edit. a. exhibet. Continet autem opus hoc semper celebratum maximam partem medica, multa tamen etiam botanica argumenta. Botanica sex priorum librorum iam recensuit BRVNFELSIVS (*vid. artic. super. XIV. n. 7. d.*) reliqua vero etiam neruose exhibet *Gesner. biblioth. p. 435. a. seqq.* (in eiusd. biblioth. editione *Ios. Simleri* Tig. 1574. et *Iac. Frisii* ibid. 1583. haec recensio omissa est) vnde patet, botanica tractari L. I. Ep. 3. 4. 5. II. 2. III. 4. IV. 3. V. 5. VI. 2. 3. 5. VII. 4. VIII. 1. 2. 3. IX. 3. 4. 5. X. 1. XI. 3. 4. XII. 1. 4. 6. XV. 3. 5. XVIII. 3. Addo, omnes quidem reliquorum librorum epistolas non nisi consilia pro aegrotis continere, subinde tamen, praecipue L. XIX. ep. 1. 3. 5. quaedam occurrere, quae nomenclaturas plantarum illustrant, id quod etiam de notis in Mesuem intelligendum est. 20) NICOLAVS ALEXANDRINVS, NICOLAVS MYREPSVS, et NICOLAVS PRAEPOSITVS a plerisque pro vno eodemque habetur: *vid. Castell. p. 134. Merckl. p. 840. b. et 842. b. Segu. p. 284.* ab aliis tamen ita distinguuntur, vt primus Medicus graecus vetustissimus ante *Aeginetam* (qui certe sec. VII. iam floruit) circa sec. XII. claruerit (*vid. Merckl. p. 829. b. Ioech. T. III. p. 915.*) secundus vltimis Graecis adscribatur et ad sec. XIII. referatur (*vid. Ioech. l. c. p. 795.*) tertius vero Medicus Salernitanus sec. XVI. demum floruerit, *vid. Ioech. l. c. p. 1753.* vbi tamen vtriusque opera confunduntur. His nominibus mihi ad manus sunt a) NICOLAI ALEXANDRINI *liber de compositione medicamentorum* &c. *cum annotationibus* IO. AGRICOLAE AMMONII &c. *vid. artic. super. XIV. n. 16. b.* vbi breuis eius recensio. b.) NICOLAI ALEXANDRINI *Medici Graeci vetustissimi liber de compositione medicamentorum secundum loca, translatus e graeco in latinum a* NIC. RHEGINO *Calabro, nuper post germanicam editionem impressus et quam plurimis in locis castigatus* (si verus est titulus, addit Gesner. bibl. p. 517. a; est autem omnino verbotenus recusus ita, vt etiam *Agricolae* praefatio, quam hic ipsius tituli paginae subiecit, auersae paginae addatur, epistola nuncupatoria vero et poemata praemissa omittantur) *cum breuissimis annotationibus locorum difficilium* IO. AGRICOLAE AMNONII. *Venetiis apud Andr. Arriuabenum 1543.* 8. pagg. 241. auers. non numeratis, praemiss. cum ind. pagg. 24. inter quae 24. indicantur vocabula ab *Agricola* non exposita neque vero hic illustrata. c) NIC. MYREPSI *Alexandrini medicamentorum opus in Sectiones quadraginta octo digestum, hactenus in germania non visum, omnibus tum medicis tum seplasiariis mirum in modum vtile a* LEONHARTO FVCHSIO *Medico et Scholae Tubingensis Professore publico, e graeco in latinum recens conuersum luculentissimisque annotationibus illustratum. Accessit non solum rerum et verborum, sed et medicaminum singulis morbis destinatorum locupletissimus index. Basileae per Io. Oporinum 1549. mense Martio.* fol. columnis diuisis singulis numeratis 586. Praemiss. fol. 8. index ad calc. fol. 4. d) *Eodem titulo* inter *Medicae artis Principes* ab *Henr. Stephano* editos T. II. 337—834. column.

column. prostat. et e) sigillatim recusum est *Lugduni ap. Balthaz. Arnoletum 1550.* 8. pagg. 712. praemiss. pagg. 24. ind. pagg. 15. f) NICOLAI antidotarium prodiit primum cum *Mesue* : vid. n. 1. a. huius XVI. articuli. g) *Dispensarium Magistri* NICOLAI PREPOSITI *ad aromatarios.* fol. pagg. 97. auersis non numeratis. Ad calcem pag. 93. b. *Finit Nicolai prepositi Doctoris medici clarissimi Ysagogarum siue introductionum in artem apotecariatus opusculum*, sine loco et anno et sine litteris initialibus maioribus, minoribus tamen subinde et custodis litteris adpressis. h) *Presenti volumine hec continentur. Dispensarium Magistri* NICOLAI PREPOSITI *ad aromatarios nuper diligentissime recognitum. Item compluribus additionibus et notabilibus : et multiplicium confectionum siue antidotorum que in secundo, serie alphabetica libro: descriptionibus : adauctum. Item modus debite dispensandi tyriacam, ex solennium medice facultatis autorum voluminibus exceptus. Item errores, qui circa eiusdem dispensationem sepenumero committuntur: his annectuntur.* PLATEARIVS *vulgo circa instans nuncupatus, de simplici medicina, nouis exornatus additionibus.* Ad calcem: *Nicolai prepositi doctoris medici clarissimi Isagogicum siue introductorium in artem apothecariam opusculum: accuratissima lucubratione doctissimi viri Michaelis de Capella artium et medice facultatum doctoris prestantissimi, variis et multis tum additionibus, tum notabilibus apprime ad eam rem conducibilibus adauctum : nec non compluribus in locis, vbi aut deprauatum aut mancum extitit, pristine (absit vero inuidia) restitutum veritati: hic optatum sortitur finem. Impressum in famatissimo Lugdunenn. emporio impensis honestissimi viri Constantini Fradin bibliopole. A. 1512. IIII. idus Augusti* (Merckl. p. 842. b. indicat editionem ibid. 1505.) in 4. oblongo seu folio minimo, pagg. 90. auers. non numeratis. *Platearii* opusculum pagg. 40. auers. non numeratis cum eiusdem loci, bibliopolae et anni ad calcem subscriptione. De hoc *Platearii* opusculo conf. num. superior 14; videtur autem, illud excerpta tantum litterarum ordine disposita sistere ex eiusdem simplicium expositionibus, quas singulis subiecit compositis pharmacis *Nicolai* antidotarii, quod cum *Mesue* (*vid. numerum anteced. lit. f*) excusum est. Qui horum *Nicolaorum* opera inter se confert, omnino deprehendit, quod *Fuchsius* in sua praefatione monuit, nempe *Nicolai Alexandrini* opus ab *Agricola* editum ab illo *Myrepsi*, quod ipse euulgauit, diuersissimum adeoque non Nicolai, sed alterius cuiusdam opus esse, qui nonnulla medicamenta ex Nicolao et diuersis aliis autoribus in vnum congessit librum; *Nicolai Praepositi* vero opus multo magis adhuc mancum et ex hoc aliisque compilatum deprehendi, id quod *Agricola* etiam in sua praefatione iam annotauit. Graecum exemplar typis nunquam excusum est; illud vero oratione parum concinna conscriptum multisque barbaris vocibus graecis tantum litteris scriptis contaminatum esse, iterum testatur *Fuchsius*, ex quibus facile probari potest, eum minus recte vetustis Graecis accenseri posse. Ceterum, quicquid ex his operibus ad stirpium cognitionem hauriri potest, ad *Agricolae* et *Fuchsii* annotationes redit: in *Praepositi* opere cap. 3. radicum, cap. 4. herbarum, cap. 5. florum, cap. 7. seminum, cap. 8. fructuum, cap. 9. corticum &c. catalogus nudis nominibus cum notis de eorum collectione et conseruatione praemittitur. 21.) HVBERTVS BARLANDVS (*vid. Ioech. I. p. 792.*) cuius supra n. 19. a. mentio facta est, sequentem edidit librum: HVBERTI BARLANDI *philiatri Medici Namurcensis Velitatio cum* ARNOLDO NOOTZ *Medicinae apud Louanienses doctore, qua docetur, non paucis abuti nos vulgo medicaminibus simplicibus, vt Capillo Veneris, Xylaloe, Xylobalsamo, Spodio, hisque similibus. Deque Auicennae in plerisque horum hallucinatione. Deinde obiter agitur de venae in pleuritide sectione. Postremo Auicennae locis aliquot aliis adhuc dormitatio ostenditur, simul Galenus ab hominis morsibus aliquot defenditur.* Ad calcem: *Antverpiae ex aedibus Henr. Petri Middelbur 1532.* 8. pagg. 196. sine numeris. Continet non solum nominatorum, verum etiam aliorum vegetabilium nomenclaturas correctas. 22.) Ex veteribus Graecis celebrioribus restat recensendus ORIBASIVS sec. IV. clarus, quem nonnulli Sardianum, alii vero rectius Pergamenum vocant. *vid. Gesn. biblioth. 527. b. Castell. p. 124. Merckl. p. 857. b. Tournef. Is. p. 14. Fabr. biblioth. Graec. Vol. XII. p. 639. Segu. p. 288. Ioech. T. III. p. 1094.* Opera, quae composuit, quaeque ex his adhuc supersunt, recenset *Fabric. Bibl. Graec. Vol. IX. p. 451. et Vol. XII. p. 641. conf. Kestn. p. 103. §. XII*, quibus merito mirum videtur, eorum exemplar graecum nunquam excusum, neque etiam omnium operum adhuc superstitum versiones latinas in publicum editas, neque vllum eorum commentario illustratum esse. Codices graeci, qui Vindobonae in bibliotheca Caesarea prostant, indicat *Dan. de Nessel in eorundum Catalogo P. III. p. 31. cod. XIX. n. 16. p. 37. cod. XXVI. n. 9. et cod. XXVII. n. 1. p. 44. cod. XXXII. n. 8. p. 49. cod. XLII. Gesnerus* vidit eiusmodi codicem Venetiis in bibliotheca *Diegi Hurtadi* a *Mendozza*, Caesarei oratoris, in quo inspexit librum, qui simplicium medicaminum descriptiones continet, et deprehendit, eas solas ex *Dioscoride* per ordinem literarum digestas esse, *vid. eius bibl. p. 181, a. 528. a.* quod repetit in *Catalogo auctorum Trago praefixo.* Operum huius auctoris latine editorum et huc pertinentium sequentia possideo a) CAELII AVRELIANI *Siccensis tardarum passionum libri V.* D. ORIBASII *Sardi, Iuliani Caesaris Archiatri, Euporiston libr. III. Medicinae compen. lib. I. Curationum lib. I. Trochiscorum confect. lib. I. Excudebat Henricus Petrus Basileae mense Augusto 1529.* fol. pagg. 345. praemiss. cum ind. pagg. 16. Dedicatio docet IO. SICHARDVM curam huius editionis habuisse. *Oribasii* opuscula continentur a pag. 243. et liber II. Euporiston inscribitur *de virtute simplicium medicamentorum ad* EVNAPIVM, p. 255. – 266. vbi vero, praeter recensionem virium plantarum, non nisi nuda earum nomina occurrunt raro per synonyma exposita. b) Alterum exemplar exstat eo in volumine, quod HILDEGARDIS *physicam* comprehendit, cuius iam Art. II. mentio facta est, cuiusque voluminis integrum titulum prolixum exhibuit *Mercklinus p. 332.* ad quem iterum breuitatis caussa curiosos remitto, et hic solummodo indico, illud a p. 122. ad 233. continere ORIBASII *de simplicium, quae medicis praecipue in vsu sunt, virtutibus lib. quinque.* Quanquam autem haec editio ab illa SICHARDI multum differat, plantarum tamen, quarum vires recenset, iterum non nisi nomina nuda proponit. c) ORIBASII *Sardiani Collectorum medicinalium Libri XVII, qui ex magno septuaginta librorum volumine ad nostram aetatem soli peruenerunt.* IO. BAPTISTA RASARIO, *Medico Nouariensi,* (Italo) *interprete. Venetiis apud Paulum Manutium, Aldi F. 1.* sine anno. pagg. 750. praemiss. pagg. 8. Continet haec

editio

editio libros priores XV. et libr. XXIII. XXIV. inter quos liber XI. p. 413. ad 463. inscribitur: *Ex dioscoride de simplicium medicamentorum facultate per ordinem literarum ab A. usque M. et eorundem apparatus*, et liber XII. a p. 463. ad 502. *ab N. litera usque ad* Ω. ex quo facile patet, esse hos libros eosdem, quos *Gesnerus* inspexit, neque vero iisdem ad plantarum cognitionem illustrandam quicquam ab *Oribasio* additum fuisse; et licet libro I. II. III. IV. VII. VIII. XIV. et XV. plurium vegetabilium pariter mentionem faciat, nulla tamen ex his quoque eorum cognitio hauriri potest. d) Haec et alia adhuc *Oribasii* Opera a *Rasario* pariter latine reddita continentur inter *artis medicae principes T. I. n. VI. columnis 683.* vbi etiam col. 592. ad 617. occurrit *liber de virtute simplicium medicamentor.* quibus a col. 677. ad 683. iunguntur *Rasarii* annotationes. 23) Silentio praetereundae haud sunt *Annotatiunculae aliquot* CORNELII PETRI *Leydenn. Physici, in quatuor libros Dioscoridis Anazarbei. Experimenta et antidota contra varios morbos. De rebus occultis in natura mirandis, et alia quaedam lectu digna.* Ad calcem: *Ioan. Grapheus excudebat, a. 1533. mense Ianuar. Antuerpiae.* 8. pagg. 86. sine numeris, praemiss. p. 12. Eundem librum ibidem anno eodem in 12. (error forsan in forma) excusum ex Falcon. indicat *Segu. p. 54. et 139.* Citatur hic autor quoque a *Kestn. p. 93. §. VI.* et graecae linguae peritus medicus vocatur a *Ioech. T. III. p. 1474.* Praefatio, Leydae Kal. Dec. 1532. scripta, docet, auctorem hunc codicillum, vt ait, de simplicibus medicamentis ex diuersis veterum et recentiorum voluminibus in compendium retulisse; deinde conqueritur de difficultate descriptiones horum auctorum conciliandi et de medicorum nec non pharmacopoliorum praefectorum eo tempore inscitia, quam aliquot exemplis probat. Annotatiunculae in Dioscoridem circa synonyma plantarum exponenda versantur, et quamuis haud vbique acu rem tetigerit, legi tamen merentur, quae protulit. Additamenta reliqua nil continent huc pertinens. 24) SYMPHORIVS vel SYMPHORIANVS CAMPEGIVS, CHAMPEGIVS, CAMPERIVS, CHAMPERIVS, CAMPIER et CHAMPIER, Lugdunensis Gallus, Eques auratus seu S. Georgii, Favergiae Dominus et Ducis Lotharingiae Archiater, floruit circa initium sec. XVI. *vid. Gesn. bibl. p. 606. a. Castell. p. 167. Merckl. p. 986. a. Ioech. T. I. p. 1606.* Ad manus est *Hortus Gallicus, pro Gallis in Gallia scriptus, veruntamen non minus Italis, Germanis et Hispanis, quam Gallis necessarius* SYMPHORIANO CAMPEGIO *Equite aurato ac Lotharingorum Archiatro Auctore, in quo Gallos in Gallia omnium aegritudinum remedia reperire docet, nec medicaminibus egere peregrinis, quum Deus et natura de necessariis vnicuique regioni prouideat. Lugduni in aedibus Melchior. et Gasparis Trechsel fratrum 1533.* 8. pagg. 83. praemiss. cum ind. pagg. 12. Huic annexus est *Campus Elysius Galliae amoenitate refertus: in quo sunt medicinae compositae, herbae et plantae virentes: in quo quicquid apud Indos, Arabes et Poenos reperitur, apud Gallos reperiri posse demonstratur: a Dom.* SYMPHOR. CAMPEGIO &c. *compositus* ibid. anno eodem pagg. 135. tit. et ind. p. 8. In priori libello nonnullae exponuntur plantae officinales ita, vt de earum synonymis, historia et viribus quaedem adducantur; in posteriori vero, (in quo alia adhuc argumenta pertractantur, quae indicat *Merckl. p. 986. b.*) nihil, vt quis ex titulo coniicere posset, huc pertinens reperitur. Quaenam contineant eiusdem *Castigationes seu emendationes pharmacopolarum* &c. (quarum titulum plenum indicat *Merckl. p. 987. b.* et breuem argumentorum recensionem sistit *Gesn. biblioth. p. 606. a.*) inquirant alii: in mea collectione nondum prostant. 25) CAROLVS STEPHANVS, vel secundum alios STEPHANI, ROBERTI frater, inclaruit primo seculi XVI. dimidio, Medicus Parisiensis simulque Typographus Regius, et non solum plantarum cognitionem, sed et linguae latinae vsum illustrauit *vid. Gesn. Biblioth. p. 162. b. eiusd. Catal. Maitt. T. III. p. 115. seqq. Segu. p. 394. Ioech. T. IV. p. 815.* Licet opuscula sua botanica, vt ipse monet, puerorum tantum in gratiam conscripserit, plurimarum tamen stirpium non solum nomenclaturas verum etiam descriptiones docte exposuit. Nomen suum nulli eorum praefixit auctor, in omnium vero praefatione professus est. Prodierunt ea, quae possideo, hoc ordine: a) *De re hortensi libellus, vulgaria herbarum, florum ac fruticum, qui in hortis conseri solent, nomina latinis vocibus efferre docens ex probatis authoribus. In puerorum gratiam atque vtilitatem Parisiis ex officina Roberti Stephani 1535.* 8. pagg. 99. ind. pagg. 13. b) *Eodem titulo*, cum hoc additamento: *multo quam antea locupletior factus. Cui nuper additus est alius libellus de cultu et satione hortorum, ex antiquorum sententia. Ibid. 1545.* 8. pagg. 125. index a p. 126. ad 141. c) *Seminarium siue plantarium earum arborum, quae post hortos conseri solent: quarum nomina, fructus, item etiam conserendi vocabula apud authores bene recepta hoc libello declarantur. In puerorum gratiam atque vtilitatem, vt post ipsas herbas, etiam arbores cognoscere facile possint.* Ad calcem: *Excudebat Rob. Stephanus Parisiis 1536. XII. Cal. Iul.* 8. pagg. 107. ind. pagg. 17. d) *Seminarium et plantarium fructiferarum praesertim arborum, quae post hortos conseri solent, denuo auctum et locupletatum. Huic accessit alter libellus de conserendis arboribus in seminario: deque iis in plantarium transferendis atque inserendis, Parisiis ex officina Rob. Stephani typographi Regii 1540.* 8. pagg. 193. ind. pagg. 11. e) *Eodem titulo ibid. 1548.* 8. pagg. 180. ind. pagg. 20. f) *Vinetum. In quo varia vitium, vuarum, vinorum antiqua, latina vulgariaque nomina, item ea, quae ad vitium consitionem ac culturam ab antiquis rei rusticae scriptoribus expressa sunt, ac bene recepta vocabula, nostrae consuetudini praesertim commoda, breui ratione continentur. In adolescentulorum gratiam ac fauorem. Parisiis apud Francisc. Stephanum 1537.* 8. pagg. 73. auers. non numeratis. Ind. pagg. 28. g) *Sylua. Frutetum. Collis. ibid. 1538.* 8. pagg. 56. auers. non numeratis. Ind. pagg. 16. h) *Arbustum. Fonticulus. Spinetum. Ibid. 1438.* 8. pagg. 37. ind. pagg. 3. i) *Pratum. Lacus. Arundinetum.* Ibid. apud *Sim. Colinaeum et Franc. Stephanum 1543.* 8. *vid. Segu. p. 395.* hunc enim libellum sigillatim excusum nondum possideo. Prodierunt autem singula haec opuscula iunctim hoc titulo: k) *Praedium rusticum, in quo cuiusuis soli vel culti vel inculti, plantarum vocabula ac descriptiones, earumque conserendarum atque excolendarum instrumenta suo ordine describuntur. In adolescentulorum, bonarum litterarum studiosorum, gratiam. Lutetiae apud Carol. Stephanum Typographum regium. 1554.* 8. pagg. 648. index vocabulorum latinorum et gallicorum pagg. 48. Haec editio tum ordine tum copia reliquis praestat. l) Cum praefixo auctoris nomine *eodem titulo* et his sub finem mutatis: *Opus Medicis, Pharmacopolis, Agricolis, caeterisque germanae latinitatis studiosis perutile. Indice triplici ad maiorem facilitatem locupletatum. Parisiis apud*

Francisc.

Francisc. Pelicanum 1629. 8. pagg. 599. index illo prioris edit. copiosior pagg. 82. m) Praeter hoc opus prostat adhuc alius in eo non contentus *de latinis et graecis nominibus arborum, fruticum, herbarum, piscium et auium liber*, quem nondum vidi, licet ab a. 1536. saepius recusus fuerit: *vid. Maitt. T. II. p. 837. III. p. 380. 402. 637. 711. V. P. II. p. 258. Segu. p. 187.* n) Praedium rusticum, quod Stephani gener, IO. LIEBAVLT, Med. Dr., gallico sermone tituloque *Agriculture et Maison rustique* in publicum saepiusque auctius edidit, quodque etiam in germanicam linguam traductum prostat, silentio praetereo: quia non solum altero demum seculi XVI. dimidio comparuit, verum etiam penitus mutatum fuit. 26) Quae in AETIO interpretando praestitit IO. BAPT. MONTANVS, Veronensis et Paduae Medicinae Professor, data occasione iam indicata sunt Art. XIV. n. 19. b. 27) IO. RVELLII *de natura stirpium libri III.*, qui a. 1536. primum prodierunt et quorum aliquot editiones in Catalogo I. indicatae sunt, rei herbariae cognitionem largissime emendarunt. Ceterum conf. huius articuli numerum 5. h. 28) Post varias PAVLLI AETIIque operum interpretationes iisdem operam suam quoque adhibuit OROSCIVS seu de HOROZCO vel HOROSCO aut OROSCO, Graecae linguae peritus criticus et in Gymnasio Salamanticensi Medicinae Professor celeberrimus, qui floruit primo seculi XVI. dimidio, *vid. Gesn. biblioth. p. 167. b. Merckl. p. 178. b.* (vbi secundum *Wolfg. Iusti chronol. Med.* perperam affirmatur, eum iam a. 1496. inclaruisse) *Kestn. p. 105. Ioech. T. II. p. 1715. conf. art XIV. n. 22.* Primum comparuerunt a) *Annotationes in interpretes* PAVLI AEGINETAE, CHRISTOPHORO OROSCIO *Authore. Nunc primum in lucem editae ac summa diligentia excusae. Venetiis in officina Lucae Antonii Iuntae 1536.* fol. pagg. 88. praemissa pagg. 6; inter quae dedicatio Salmanticae calendis Martii et praef. ibid. XVI. Cal. Nov. 1533. scripta. *Posteriores annotationes in interpretes* PAVLI AEGINETAE, CHRIST. OROSCIO *Authore. Additis castigationibus in sextum librum.* Ad calcem: *ibid. 1536. mense Aprili.* pagg. 16. Praefatio docet, his annotationibus occasionem dedisse *Alb. Torini* et *Io. Guntherii Andernaci* interpretationes *(vid. art. XIV. n. 4. 5. 6.)* emendationes vero factas esse ex collatione vetustissimorum tum *Paulli* tum *Oribasii* codicum graecorum a praeceptore suo *Pinciano* communicatorum, consultis simul *Galeni* operibus. Deinde rationem reddit, cur eas alibi, Venetiis nempe, excudendas curauerit, ob prelorum nempe in Hispania tunc temporis adhuc inopiam. Quum *Paulus*, quicquid de stirpibus Libro VII. retulit, vel ex *Galeno* vel ex *Oribasio* mutuatus est, *Oroscius* vero aeque, ac reliqui interpretes, de genuina tantum eius translatione sollicitus fuit: facile patet, ex his plura, quam ex ipso fonte, ad earum cognitionem pertinentia hauriri non posse. Omne ergo, quod hac ratione praestitit *Oroscius*, eo redit, vt saepius stirpis nomen, cuius vires laudantur, corrigat. b) Sequutae sunt *Annotationes in interpretes* AETII *medici praeclarissimi*: D. CHRISTOPH. OROSCIO *authore. Vnacum latinarum et graecarum dictionum ac rerum, quae in iis annotationibus continentur, locupletissimo indice.* Ad calc. *Basileae in officina Roberti Winter, mense Martio 1540.* 4. pagg. 341. Praemiss. pagg. 12, inter quae dedicatio Salmanticae XII. Cal. Martii et praef. ibid. a. 1538. data. In dedicatione A. ipse indicat, se iuuenem vix vigesimum primum annum egressum, castigationes in interpretes Pauli Aeginetae composuisse (*conf. Ioech. T. II. p. 1715.*) ex quo, cum praefatione eiusdem operis a. 1533. data collato, dubio caret, eum a. 1512. natum esse. Praefatio monet, has Aetii correctiones oppositas esse *Io. Bapt. Montani* et *Iani Cornarii* interpretationibus *(vid. art. XIV. n. 19. a. b. c.)* idque potissimum ope vetustissimi codicis graeci iterum a *Pinciano* communicati. Ceterum de hoc auctore idem valet, quod de Paulo monui, nempe omnes interpretes pariter nonnisi in fidam eius translationem operam posuisse. 29) IO. RODRIGVEZ DE CASTEL BLANCO Lusitanus, circa seculi XVI. medium Ferrariae medicinam professus nomine AMATI LVSITANI magnam consequutus est famam, vid. *Castell. p. 245. Merckl. p. 34. b. Tournef. Isag. p. 27.* (vbi homo temerarius et indoctus inanis gloriae auidus audit) *Segu. p. 3. 33. 54. Ioech. T. I. p. 330.* Quae huc pertinentia edidit, sunt a) *Index* DIOSCORIDIS. *Eiusdem historiales campi cum expositione* IO. RODERICI CASTELLI ALBI *Lusitani. Antverpiae apud viduam Martini Caesaris 1536.* fol. *vid. Gesner. in praefat. ad Valer. Cordum;* vbi etiam indicat, hoc opus continere commentarios in duos tantum priores Dioscoridis libros: *conf. Segu. p. 54.* Ipse hanc editionem non possideo. b) *In* DIOSCORIDIS *Anazarbei de medica materia libros quinque enarrationes eruditissimae doctoris* AMATI Lusitani, *Medici ac Philosophi celeberrimi, quibus non solum officinarum seplasiariis, sed bonarum etiam litterarum studiosis vtilitas adfertur, quum passim simplicia graece, latine, italice, hispanice, germanice et gallice proponantur. Venetiis ap. Gualth. Scotum 1553.* 4. pagg. 514. praemiss. pagg. 12. ind. graec. et latin. pagg. 30. c) *Eodem titulo Argentorati excud. Wend. Ribelius 1554.* 4. pagg. 536. praemiss. pagg 12. ind. graec. lat. et germ. pagg. 56. d) AMATI Lusitani *Medici ac Philosophi celeberrimi in* DIOSCORIDIS *Anazarbei de medica materia libros quinque enarrationes eruditissimae. Quibus etiam tum simplicium medicamentorum nomenclaturae graecae, latinae, italicae, hispanicae, germanicae et gallicae proponuntur: tum errores aliorum omnium, qui ad hunc ussque diem de hac materia scripserunt, improbantur. Cum rerum ac vocum memorabilium indice locupletissimo. Venet. ex officina Iordani Zilleti 1557.* 4. Haec editio primae (b) paginis respondet. e) *In* DIOSCORIDIS *Anazarbei de medica materia libros quinque* AMATI *Lusitani Doctoris Medici ac Philosophi celeberrimi enarrationes eruditissimae. Accesserunt huic operi, praeter correctiones lemmatum, etiam adnotationes* R. CONSTANTINI, *nec non simplicium picturae ex Leonharto Fuchsio, Iacobo Dalechampio, atque aliis. Lugduni apud Matthiam Bonhomme, excudebat vidua Balthazaris Arnoletti 1558.* 8. pagg. 807. praemiss. cum indice latino pagg. 76. figg. plant. 363. animal. 15. Ad calcem annexae sunt *icones, numero triginta, stirpium nondum delineatarum, quarum vires in hoc Dioscoridis libro expressae sunt, vt ex libris et enarrationibus annotatis patebit.* Praefatio breuis his iconibus praefixa monet, eas ad exemplar a DALECHAMPIO acceptum caelatas esse. Sunt autem harum nonnisi octo, quae inter praecedentes non reperiuntur, omnes autem exiguae et viles Fuchsianaeque illae ipsae, quae art. X. n 9. notatae sunt. CONSTANTINI annotationes sunt rarae, eiusdem vero nomenclaturae auctae frequentiores. Epistola, quam adiecit et DALECHAMPIO inscripsit, annotationes, quas extemporales dicit, ob temporis

a typo-

a typographo concessi angustiam excusat. Ceterum omnibus his editionibus (b. c. d. e.) eadem praemittitur praefatio AMATI Romae d. XV. Maii 1551. scripta, qua ipse monet, se iam annis ab hinc quindecim Antverpiae commentaria in primum et secundum Dioscoridis librum edidisse. Quod ad plantarum descriptiones attinet, sunt illae valde ieiunae. 30) ANTONIVS MVSA BRASAVOLVS Ferrariensis et Ferrariae Ducis Medicus, ab ANTONIO MVSA veteri illo Romano (*vid. artic. XIV. n. 14. a. b.*) probe distinguendus, a. 1500. natus et omnium facultatum Doctor a. 1555. mortuus, variis opusculis, quibus errores circa pharmaca tum simplicia tum composita tunc adhuc communes corrigere allaborauit (*vid. Merckl. p. 77. b. Tournef. Isag. p. 25. Segu. p. 232. Kestn. p. 311. nota q. p. 536. §. VIII. p. 643. §. 10. Ioech. T. I. p. 1338.* inclaruit et hodie adhuc in pretio habetur (*conf. Gesn. bibl. p. 62. b. Kestn. locis cit.*): obtinebat tamen iam synchronum censorem, *Aloys. Mundellam* (de quo mox. no. 32. plura) et *Ioseph. Scaliger* eum appellare solebat ineptae plebis medicorum cymbalum: *vid. Tournef. l. c.* Ex suis operibus huc praecipue pertinet *Examen omnium simplicium medicamentorum* &c. quod primum prodiit *Romae apud Ant. Bladum de Asula 1536.* fol. *vid. Gesn. Biblioth. p. 62. a.* (vbi breuis iam additur recensio) *Segu. et Kestn. l. c.* postea vero saepius recusum est *vid. Merckl. et Segu. l. c.* Editiones, quas ego possideo, sunt a) ANTONII MVSAE BRASAVOLI *Ferrariensis, Examen omnium simplicium medicamentorum, quorum in officinis vsus est. Additae sunt insuper* ARISTOTELIS *Problemata, quae ad stirpium genus et oleracea pertinent. Lugduni apud Io. et Francisc. Frellaeos fratres. 1537.* 8. pagg. 529. Aristot. probl. p. 530 — 542. praemiss. pagg. 24. ind. pagg. 13. Auctoris dedicationi praefigitur alia IO. ARGENTERII, cuius cura opus hoc secundum exemplar Romanum recusum est, et, vt typographi praefatio indici praefixa monet, castigatum et marginalibus annotationibus auctum. b) *Eodem titulo*, omissis Aristot. probl. his vero additis: *Opus perinsigne et medicinam facientibus perutile ab ipso authore recognitum et auctum. Cum indice locupletissimo.* Ad calcem: *Lugduni excudebant Io. et Franc. Frellonii fratres 1546.* 12°. pagg. 862. ind. pagg. 57. Est hoc opusculum colloquium inter Brassauolum, pharmacopolam senem, et herbarium, quos ille de erroribus, quos committunt, instruit. Praeter hoc opus idem auctor composuit *Examen omnium syruporum* vt et *Examen omnium catapotiorum vel pilularum*, vbi vt Gesner, l. c. iam obseruauit, et de simplicibus pharmacis quaedam differuntur, quæ in libro de examine simplicium non satis discusserat; sed brevitatis caussa haec et reliqua (nempe *examen omnium loch i. e. linctuum, sussuf i. e. puluerum, aquarum, decoctionum, oleorum; omnium electuariorum, puluerum et confectionum catharticorum; omnium trochiscorum, vnguentorum, ceratorum, emplastrorum cataplasmatumque et collyriorum; de medicamentis tam simplicibus quam compositis catharticis*) praetereo, licet vna et altera eorum editio ad manus sit: quas *Merclin. l. c.* indicat. 31) FRANCISCVS MASSARIVS (MASSARIA *Ioech. T. III. p. 265.*) Venetus, Philosophus et Medicus eruditissimus floruit primo seculi XVI. dimidio (*vid. Merckl p. 290. a. Ioech. l. c.*) ingenii sui acumen vt et multae lectionis propriaeque experientiae vires (*conf. Gesn. biblioth. p. 251. b.*) satis probauit hoc libro: a) FRANCISCI MASSARII *Veneti in nonum* PLINII *de naturali historia librum Castigationes et Annotationes. Quisquis de natura Aquatilium ac remotiore piscium cognitione edoceri cupis, hunc Massarii Commentarium eme et lege. Admiraberis laborem et ingenium hominis candidissimi, qui longe maximam operam in his indagandis, vt studiosi iuuarentur, insumpsit.* Ad calcem: *Basileae ap. Hier. Frobenium et Nic. Episcopium a. 1537. mense Martio*, 4. pagg. 367. Praemiss. pagg. 16. ind. pagg. 15. b) *Eodem titulo Parisiis ex officina Mich. Vascosani 1542.* 4. pagg. 136. ob typum minorem, praemiss. pagg. 8. sed sine indice, quem Episcopius conficiendum curauit. Vtrique editioni praefixa est praefatio *Beati Rhenani* sub calendas Februarias 1537. data, atque auctoris sine die et consule. Ex inscriptione equidem haud patet, cur huic catalogo inserendus veniat hic liber; sed non solum *Gesner l. c.* iam obseruauit, auctorem cap. 39. multa erudite de plantis nonnullis disseruisse, verum etiam eiusmodi specimina subinde aliis locis interspersit ex indice facile reperiunda, ob quae *Gesnerus* merito dolet, eum, morte praeuentum immatura, absoluere haud potuisse suos in reliqua *Plinii* volumina commentarios, ad quos se accincturum esse ipse auctor in sua praefatione his indicat verbis: — *in reliqua Plinii volumina eodem modo et accuratiori fortasse studio ac diligentia, si diuina fauerint, persequemur, praesertim in simplicium materia, in qua magis quam in reliquis laborandum esse censemus, tum in plantis ipsis notificandis, tum etiam in aliorum erroribus confutandis, qui pene innumerabiles esse videntur.* Ceterum *Seguierius* non solum p. 147. has indicat editiones, verum etiam ab eodem p. 145. ex biblioth. Reg. Paris. citantur *Plinii libri II. de Piscibus a* FRANC. MASSARIO *Veneto explanati: quibus accessit* OPPIANI *Poetae Halieuticon* &c. *Argentinae ap. Iacob Camerarium Camerlande 1534. in 4.* quae editio antiquior quousque differat ab indicatis, indicent alii. 32) Eodem tempore inclaruit ALOYSIVS MVNDELLA primum Medicus Brixiensis, deinde Romae botanices Professor, tandem Paduae Praefectus horti medici recens fundati (*Ioech. T. III. p. 754.*) vir doctissimus: *vid. Gesn. biblioth. p. 30. a. Merckl. p. 30. b. Tournef. Isag. p. 45. Kestn. p. 292. §. II.* Hic edidit Epistolas medicinales &c. et annotationes in Ant. Musae Brassaualae simplicium medicamentor. examen Basileae ap. Mich. Isingrinium 1538. 8. et ibid. ap. eund. 1543. in 4. *vid. Merckl. p. 31. a. Kestn. l. c.* (qui titulum plenum exhibent) *Segu. p. 283.*, quae editiones nondum ad meas peruenerunt manus; adest vero alia hac inscriptione: ALOISII MVNDELLAE *Brixiensis Medici clarissimi et acutissimi Epistolae medicinales, nunc ab ipso autore auctae et recognitae: in quibus variae et difficiles quaestiones vtiliter tractantur: Galeni atque aliorum medicorum loci obscuri et implicati illustrantur et explicantur: quae quidem omnia omnibus verae et incorruptae medicinae studiosis tum vtilissima tum necessaria sunt. Eiusdem annotationes in* ANTONII MVSAE BRASAVOLAE *simplicium medicamentorum examen. Basileae apud Mich. Ising.* sine anno. 8. pagg. 655. Examen simplic. a pag. 504. ad finem, praemiss. cum ind. pagg. 32. Hanc editionem auctam non inueni citatam, nisi in *Catal. bibl. Riuin. p. 248. n. 2272.* vbi vero annus 1538. ei adscribitur, procul dubio ex eo, quia ad calcem examinis simpl. subscriptus est annus 1538; sed hic indicat tantum illum, quo haecce appendix epistolae formae ad *Brassauolum* (quem Illustriss. Principis Herculis Estensis Ferrariae Ducis Medicum salutat) Brixia tertio Cal. Ianuarii scripta est: quum enim singulis epistolis subscriptus sit dies et annus, quo exaratae sunt, patet inde, hanc

editio-

editionem multo ſerius recuſam eſſe: ipſae epiſtolae tamen ordine chronologico haud locatae ſunt. Secundum hanc notam ſcripta eſt epiſt. 11. 15. *anno 1537.* Ep. 1. 2. 3. 7. 8. 9. 10. *anno 1538.* Ep. 21. 22. *anno 1539.* Ep. 5. 6. 12. 13. 14. *anno 1540.* Ep. 16. 17. 18 19. 23. *anno 1541.* Ep. 20. *anno 1542.* Ep. 26. 34. *anno 1543.* Ep. 25. 28. 29. *anno 1544.* Ep. 27. 30. *anno 1545.* Ep. 31. 33. *anno 1546.* Ep. 32. *anno. 1547.* Ep. 35. 36. *anno 1548.* Ep. 4. 24. *anno 1549.* Ad primam ergo editionem anni 1538. praeter examen ſimplicium nonniſi nouem harum epiſtolarum referri poſſunt, et ſecunda a. 1543. recuſa (quam *Geſnerus* l. c. indicat et ſingularum epiſtolarum argumenta recenſet) viginti duas tantum continet, huic vero tertiae decem et quatuor reliquae (ſunt enim earum 36.) ab anno 1543. ad annum 1549. ſcriptae acceſſerunt. Num editio a. 1556. in 4. iterum recuſa, cuius *Segu. l. c.* mentionem facit, contentorum ratione ab hac differat, aliis indicandum relinquo. Addo his, ipſas epiſtolas etiam continere argumenta botanica, quae varia illuſtrant tunc temporis obſcura, praecipue in deſignandis plantis, quibus vires et nomina a veteribus tradita competunt, licet, ex Tournefortii l. c. ſententia, ad rem herbariam hodie parum conferant. 33) SYMEON (SIMEON et SIMON) SETHVS Antiochenus et Antiochiae Magiſter, barbaris graecis accenſendus, vixit altero ſeculi XI. dimidio. *vid. Merckl. p. 970. a. Ioech. T. IV. p. 536.* Duos compoſuit libros graece ſcriptos: vnus eſt *Lexicon botanicum graeco-barbarum*, quod vero nondum typis excuſum eſt; eius tamen aliquot exemplaria manuſcripta aſſeruantur Vindobonae in bibliotheca Caeſarea *vid. Dan. de Neſſel Catal. P. III. p. 35. Codex XXV. n. 1. p. 37. Cod. XXVII. n. 3. et p. 44. Cod. XXXII. n. 4.* Alter liber (cuius codex graecus proſtat ibid. *p. 46. XXVI. n. 2. p. 51. XLV. n. 4. et P. IV. p. 109. Cod. CXCII. n. 6.*) de cibariorum facultate graece et latine interprete GIRALDO prodiit ap. *Mich. Iſingrinium* Baſil. 1538. 8. *vid. Geſn. biblioth. p. 605. b. Merckl. l. c.* vbi plenus titulus, *et conf. Maitt. T. V. P. II. p. 243.* Meum exemplar omiſſo textu graeco longe ſerius impreſſum prodiit hoc titulo: SIMEONIS SETHI *Magiſtri Antiochiae Syntagma per elementorum ordinem, de alimentorum facultate ad Michaelem Ducam Imperatorem* a LILIO GREGORIO GIRALDO *Ferrarienſe olim latinitate donatum: nunc vero per* DOMINICVM MONTHESAVRVM *Veronenſem correctum et pene reformatum. Baſileae ap. Petr. Pernam 1561.* 8. pagg. 144. index pagg. 14. Aliam adhuc editionem graeco-latinam a MARTINO BOGDANO emendatam et Pariſiis 1658. 8. impreſſam indicat *Merckl. l. c.* et *Noeſſel p. 51.* qui addit, operae pretium adhuc eſſe, has editiones cum codice MSto Caeſareo diligenter conferre. Huius libri mentio hic propterea facta eſt, quia 95. circiter capita agunt de vegetabilibus, ſed adeo frigide, ut ſemper in paruo pretio fuerit hoc opuſculum. *vid. Freind. hiſt. med. edit. Gall. p. 105. latin. p. 157. Keſtn. p. 711. nota a. et p. 721. nota e.* Annotauit *Geſnerus biblioth. p. 513. a.* occaſione *Mich. Pſelli* ex *Giraldi* praefatione in ſuam *Sethi* editionem (quae praefatio in mea editione omiſſa eſt) ſequentia: *de eadem ferme re et facultate ad Conſtantinum, huius, ut puto, Mich. Ducae parentem, Michael Pſellus libellum ante ſcripſerat, cuius eſt exemplum apud Meletium Graecum totius Medicinae ſcriptorem, non eodem modo argumento, ſed iisdem interdum pene verbis. Hunc ergo Symeonem, multis licet in locis deprauatum et mancum, latine quoquo modo verti, adiutus inprimis ipſius Pſelli libello, tum eiusdem altero a Georgio Valla peſſime conuerſo. conf. Freind. et Ioech. l. c.* Proſtat haec quoque *Pſelli* (qui *Setho* paucis annis ſenior fuit *vid. Freind l. c.* et cuius codex graecus MStus etiam in bibliotheca Caeſarea proſtat *vid. Neſſel. P. III. p. 46. P. IV. p. 109.*) editio in mea collectione hoc titulo: PSELLI *de victus ratione ad Conſtantinum Imperatorem libri II.* RHAZAE, *cognomento Experimentatoris, de Peſtilentia liber.* GEORGIO VALLA *Placentino interprete.* IO. MANARDI *Ferrarienſis medici, in artem* GALENI *medicinalem luculenta expoſitio.* Ad calcem: *Baſileae in aedibus Andreae Cratandri menſe Iulio 1529.* 8. pagg. 171. praemiſſ. p. 8. ſed Pſelli opuſculum ad pagg. 37. tantum ſe extendit. Hoc cum illo *Sethi* collato, conuenientiam memoratam neque in ordine neque in ipſa expoſitione deprehendi: *Sethus* enim non ſolum longe plura ſimplicia nominat, verum etiam multo prolixius de eorundem vſu differit, id quod iam ipſa vtriusque libelli moles diuerſa indicat. Quae inter ſe conueniunt, procul dubio vterque nonniſi compilator ex iisdem fontibus hauſit. Addit his *Geſner. l. c. p. 605. b. Sethum* vocabulis quibusdam cibariorum ſui temporis vſum eſſe, quae apud veteres graecos non reperias. 34) REMACLVS FVSCH et FVSCHIVS (ita legitur in quibusdam eius opuſculis, quae ad manus ſunt, nonnullis tamen praefigitur tantum. REMACLVS F. alii ſcribunt FVCHS *vid. Merckl. p. 934. b. Keſtn. p. 28. §. III. Ioech. T. II. p. 792.*) Lymburgenſis ſeu Leodicenſis, Canonicus et Medicus ibidem obiit a. 1587. *vid. Merckl. l. c. Segu. p. 70. Ioech. l. c.* Plura eius opuſcula eorumque varias editiones indicat *Merckl. l. c.* et quae huc pertinent *Segu. l. c.* Ex his autem tantum poſſideo illud, quod inſcribitur *Plantarum omnium quarum hodie apud pharmacopolas vſus eſt magis frequens Nomenclaturae iuxta Graecorum, Latinorum, Gallo. Ital. Hiſpa. et Germa. ſententiam, per* REMACL. FVSCH *a Lymborch iam nouiter collectae. Pariſiis* ex officina *Dyonijii Ianotii* 1544. in 12°. pagg. 68. ſine numeris. Cl. *Seguierius* indicat ex biblioth. Maz. editionem *ibidem apud eundem 1541.* in 8. *Mercklinus* vero *anno eodem ibid. apud Gorbinum* in 4. et duas alias. Addit *Geſnerus biblioth. p. 581. a.* aliam *Venetiis 1542.* in 16°., vbi haec huius libelli cenſura: *libellus refertus plurimis mendis quod ad orthographiam, et interpretationibus falſis, vt cum Pedem columbinum herbam ſpeciem Anagyris arboris dicit, et alia multa abſurdiſſima. Videntur eſſe collectanea ex Ant. Braſſauoli opere de ſimplicibus pharmacis vſitatis, quod ad variarum nationum nomina.* Eſt omnino nil aliud, quam catalogus aliquot nominum absque iudicio collectorum, et germanicorum corruptio docet, hunc auctorem Germanis, vt plerumque fit, non eſſe accenſendum. 35) IACOBVS SYLVIVS vel DV BOIS, natus Ambiani in Picardia a. 1478. (non anno 1492. ſecundum *Mercklin. p. 496.* et *Segu. p. 304.*) Pariſiis magni medici famam conſequutus eſt et obiit ibidem a. 1555. *vid. Geſn. bibl. p. 363. b. Renati Moraei vita Syluii huius operibus Geneuae 1635. in fol. editis praefixa, Keſtn. p. 219. §. X. p. 640. §. VIII. Ioech. T. IV. p. 965.* Ex ſcriptis eius (praeter *Commentarium in Meſuen, vid. huius artic. XVI. n. 1. f. g. k. l.*) huc pertinent a) *Methodus medicamenta componendi, ex ſimplicibus iudicio ſummo delectis, et arte certa paratis: quatuor libris diſtributa. Authore* D. IACOBO SYLVIO *medico. Indice adiecto copioſiſſimo. Pariſiis ap. Chriſtian. Wechelum 1541.* fol. p. 206. praemiſſ. cum ind. pagg. 22. *Mercklinus p. 498. b.* omittit hanc editionem et indicat aliam *eodem titulo ibid. anno eodem ap.*

(R) *Andr.*

Andr. Wechelum in 8. an ex errore formae? b) *Eodem titulo Lugd. ap. Io. Tornaesium* et *Guil. Gazeium 1548.* 8. pagg. 372. ind. pagg 22. Hanc quoque editionem omittit *Merckl. l. c.* et aliam *ibid. ap. eund.* sed *a. 1554.* in 8. citat. an ex numerorum transpositione? c) *Eodem titulo Lugd. ap. Guil. Rouil 1549.* in 12°. pagg. 680. ind. pagg. 38. quam editionem *Merckl. l. c.* pariter non indicat. Huius operis Lib. I. ad p. 47. agit de medicamentorum simplicium natura et explicat circiter 228. genera radicum, herbarum, florum, seminum, fructuum, lignorum, corticum, succorum aliorumque ex vegetabilibus productorum; plurima autem ex Galeno ceterisque veteribus congesta, simul tamen bene digesta, nonnullaque ex propria obseruatione addita sunt, omnia autem parum ad ipsarum plantarum cognitionem conferunt, in synonymis tamen legitimis eruendis et speciebus distinguendis multum desudauit. d) *De medicamentorum simplicium delectu, praeparationibus, mistionis modo, libri tres*, IACOBO SYLVIO *medico authore. Parisiis per Iac. Gasellum 1542.* fol. pagg. 60. auers. non numeratis, praemiss. pagg. 8. Huic editioni formam 8. iterum adscribit *Merckl. l. c.* In hoc quoque opere recensio simplicium quasdam distinctionis notas subinde docet.

XVII. Sed vela nunc contraho forsan nimis diu expansa. Pauca tamen hactenus allatis addenda habeo. 1) Opera, quae Germani in rei herbariae emolumentum ad annum 1550. vsque publicarunt, conquisiui et articulis XIV. prioribus enumeraui omnia, quotquot in tumultuaria hac disquisitione vel abs me collecta reperire vel ab aliis annotata obseruare potui, adeoque et illa, quae nondum ad manus meas peruenerunt; quaedam tamen, e. gr. GEMVSAEI, CORNARII, GESNERI &c: articulo XVI, qui aliarum nationum lucubrationes eidem studio dicatas exponit, propter nexum cum illis inserta reperiuntur. Nonnulla me omisisse, facile concedo: mihi ipsi postea occurrerunt sequentia: a) PAVLI AEGINETAE *pharmaca simplicia*, OTT. BRVNFELSIO *interprete. Idem de ratione victus* GVIL. COPO *Basiliensi interprete. Argentor. apud Ge. Vlricher Andlanum 1531.* 8. *vid. Merckl. p. 861. b. et 866. a. Segu. p. 290. Paris. apud Chr. Wechel 1532.* 8. *vid. Bibl. Riv. Cat. no. 5676.* ipsum autem librum nondum vidi. b) *Apparatus et delectus simplicium medicamentorum. De compositione medicamentorum secundum genera, ex* PAVLO AEGINETA. *De compositione medicamentorum secundum genera vniuersalis methodus, ex* GALENO. *Omnia nunc primum aedita, cum Medicis tum Pharmacopolis omnib. apprime necessaria, auctore* CONRADO GESNERO *Tigurino. Lugduni apud Jo. et Francisc. Frellonios fratres 1542.* 8. pagg. 275. praemiss. cum ind. pagg. 20. Epistola dedicator. scripta est Lugduni in peregrinatione 1541. Idib. Ian. Simplicium medicamentorum, tum vegetabilium tum aliorum, catalogum literarum ordine scriptum et ex *Dioscoride* ac *Mesuae* ea parte, quam *Io. Tagautius* (vel *Tagaultius vid. Merckl. p. 690. a*) edidit, collectum comprehendunt p. 3. — 116. c) *Enumeratio medicamentorum purgantium, vomitoriorum et aluum bonam facientium, iuxta ordinem alphabeti* CONR. GESNERO *authore.* Hac inscriptione peculiari primum prodierunt paginae 28. sine numeris annexae *examini omnium catapotiorum vel pilularum Antonii Musae Brasauoli*, quod ibid. apud eosdem a. 1544. in 8. excusum est; sed haec enumeratio nuda tantum continet remediorum nomina, addita eorum virium recensione. 2) In exterorum operibus articulo XVI. recensitis, ne praeter necessitatem nimis prolixus fierem, silentio praeterii opera omnia, quorum nullam hucusque possideo editionem: barbarorum quoque plura consulto omisi, e. gr. ARNOLDI VILLANOVANI, IO. MICH. SAVANAROLAE &c. quia in his nil nisi nuda simplicium nomina reperiuntur: forsan nec in reliquis, quae nondum vidi, laudabiliora extant: certe praecipue celebratum *Speculum quadruplex, naturale, doctrinale, morale, historiale* &c. IV. et VI. Voluminibus in folio saepius excusum VINCENTII Galli, quem alii *Belluacensem* alii *Burgundum* cognominant (cuius quatuor editiones a. 1473. 1481. 1484. et 1494. pluresque partium eius sigillatim recusarum indicat *Maitt. T. V. P. II. p. 324*, contentorum vero recensionem exhibet *Gesn. Biblioth. p. 624. b. seqq.*, et eorum, quae ad medicinam spectant, vnacum titulo pleno *Merckl. p. 1043. seqq.* vbi editio aucta et illustrata a. 1624. citatur, ad rem herbariam vero sigillatim pertinentium *Segu. p. 203.* vbi editio a. 1476. additur) ex aliis auctoribus tantum compilatum est, quod auctor ipse in praefatione (cuius particulam excerpsit *Gesn. l. c.*) fatetur. Quum Celeberr. D. D. IO. GESNERVS haud ita pridem primam MATTHIOLI operis editionem cum CONR. GESNERI manu adscriptis notis alium in finem Tiguro beneuole mecum communicauit, eam silentio praeterire nequeo. In Tituli plagula mutilata haec tantum supersunt: *Il* DIOSCORIDE *dell' excellentissimo medico* M. P. ANDREA MATTHIOLO *coi suoi discorsi — con l' aggiuntà del Sesto libro* — qui titulus apud Cl. SEGVIERIVM p. 120. sub *Matthioli* nomine ex Biblioth. Reg. Par. paucis verbis mutatis, ita legitur, *Il* DIOSCORIDE *con li suoi discorsi, aggiuntovi il sesto libro de gli antidoti contra tutti i veleni. In Vinezia. Valgrisi 1548. et 1549.* in 4. sine iconibus. Exemplar, quod ad manus est, figuris omnino caret. Quinque libri constant pagg. 755. cum praemiss. epist. dedic. d. X. Aug. 1548. scripta, indice et reliquis pagg. 60. Sexto autem libro hic peculiaris titulus praefixus est: *Il Sesto libro di Pedacio Dioscoride Anazarbeo, in cui si tratta de i rimedi de i ueleni mortiferi, tanto preseruatiui, quanto curatiui; tradotto, et commentato in lingua uolgare Italiana da M.* PIETRO ANDREA MATTHIOLO *Sanese Medico. In Vinegia alla bottega d' Erasmo, appresso Vincenzo Valgrisi 1548.* pagg. 128. ind. pagg. 6. Editiones plures iconibus illustratas et ab a. 1554. repetitis vicibus auctas indicaui in catalogo I. antecedente. Huic viro multum debet studium botanicum emendatum, licet copiosis grauibusque naeuis haud careat. 3) Editiones operum varias, quotquot earum ipse possideo, propterea addidi et plerumque notaui, quae inter se vel conueniunt vel differunt, vt vnusquisque certior fieret, num illâ, quam possidet, auctior aut emendatior prostet, ob quam caussam interdum adieci eas quoque, quae post terminum praefixum in publicum prodierunt. Omnium recensionem atque collationem eadem ratione, qua illas articulis XII. prioribus suscepi, lubens quidem continuassem, nisi tempus opportunum defecisset. Qui de meritis horum auctorum plura scire desiderat, adeat Ill. D. de HALLER opus praeclarum, quod anno superiori Amstelodami sumptibus *Jacobi a Wetstein* prodiit hoc titulo: HERMANNI BOERHAAVI *viri summi suique Praeceptoris Methodus studii medici emaculata et accessionibus locupletata ab* ALBERTO AB HALLER. *Med. et Ph. D. Anat. Chir. Bot. in Georg. Aug. P. P. O. Consiliario Aul. et Archiatro Reg. et Elect. Praeside Regiae Societ. Scientiar. Gotting. Acad. Caes. Natur. Curios. nec non Regg. Socc. et Acadd. Britann. Boruss. Suecic. et Vpsal. Sodali, Reip. Bern. in Supr. Senatu CCviro. Tomus primus:* si citius ad me peruenisset, haud neglexissem, vbique

que

1. Ad trium pedum altitudinem excrescit; caules cinerei coloris pleni sunt alba quadam & lanuginosa substantia; folia a facie superiori diluta seu salignea viriditate *c.*, a facie inferiori diluta canitie *d.*, visuntur; flores sunt lutei.

2. Crescit ad vias angustas sepitas & in locis incultis; floret mense Julio atque Augusto.

3. Usu sunt folia & summitates, evacuant humores melancholicos, provocant urinam, deperditum ex nimio potu appetitum restituunt, medentur stomacho vitiato & debili, vomitionibus & nauseæ, roborant viscera, necant lumbricos, prosunt in hydrope, ictero & febri tertiana quartanave. Sub omnibus memoratis circumstantiis infunduntur aqua, cerevisia vel vino. Cataplasma ex foliis recentibus cum axungia porcina contusis laudabat D. HVLSE D. RAIO tanquam remedium in tonsillarum tumoribus atque angina: *vid. Rai. catal plant.* Præparata officinarum anglicarum sunt aqua destillata simplex & magis minusque composita, syrupus simplex & compositus, oleum per infusionem & coctionem paratum itemque destillatum, extractum & sal fixum.

1. Es wird bis 3. Schuh hoch, die Stengel sind grau voll weisen wolligten Wesens; die Blätter sind bleich oder weydengrün oberhalbs c., und licht-graulicht unterhalbs d., die Blumen gelb.

2. Es wächset an engen verzäunten Wegen und wüsten Orten; blühet im Julio und Augusto.

3. Man brauchet die Blätter und Gipfel, sie führen die melancholischen Feuchtigkeiten aus, treiben den Urin, bringen den durch Trincken verlohrnen Appetit wieder, sind gut in verdorbenen und schwachen Mägen, Brechen und Eckel, stärcken die Eingeweyde, tödten die Würmer, nützen in der Wassersucht, Gelbsucht, drey und viertägigen Fiebern. Bey allen obbemeldten Umständen werden sie mit Wasser, Bier oder Wein angestellet. Ein Uberschlag von den frischen Blättern mit schweinen Schmeer abgestossen wurde dem Herrn RAY von Dr. HVLSE gerühmt als ein Mittel wider das Schwellen der Mandeln und die Bräune. vid. *Raii Catal. Plant.* Præparata der Englischen Officinen sind aqua destillata simplex, magis & minus composita, syrupus simplex & compositus, oleum per infusionem & coctionem, ein destillirtes Oel, ein extractum und ein Sal fixum.

4. NOM. GEN. Absinthium *Rai* I. 366. *Syn.* 188. *Tourn.* 457. *Heuch. Ind.* 45. *Rupp.* 196. *Dill.* 157. *Boerh.* I. 126. *Heist.* I. 1. *Kram.* 73. Artemisia *Linn. Gen. no.* 779. *Roy.* 153. *Hall.* 694. *Ludvv. n.* 296.

5. NOM. SPEC. Absinthium flore luteo officinarum *Heuch. Ind.* 45. Absinthium vulgare *Parck.* 98. *Rai.* I. 366. *Syn.* 188. *Heist.* I. 1. Absinthium vulgare maius *J. B.* III. *P.* I. 168. Absinthium Ponticum seu Romanum officinarum seu Dioscoridis *C. B. pin.* 138. *Tourn.* 457. *Rupp.* 196. *Dill.* 157. *Boerh.* I. 126. Artemisia foliis compositis multifidis, floribus subglobosis pendulis, receptaculo papposo *Linn. H.* 404. *Roy.* 153. Artemisia foliis incanis, pinnatis, pinnis bilobis latioribus, floribus ex alis pendulis in spicis heteromallis. *Hall.* 694.

Nota. Planta haec ex classe est earum, quæ florem habent compositum ex plurimis flosculis hermaphroditis calyce communi inclusis. Eiusmodi florem lente optica auctum sistit fig. 1. eiusque calycem squamosum *a*; fig. 2. flosculum solitarium eiusque germen *b.*; fig. 3. semen in naturali magnitudine & fig. 4. in magnitudine aucta. In exemplari Anglico exhibetur icon cum Absinthio vulgari nec foliis nec florum situ bene conveniens, nec aliam, nobis saltem notam, repræsentans. Forsan tamen est *Absinthium marinum album Ger. 1090. Rai Syn. 188.*; quoniam vero hæc suspicio dubio haud caret, & descriptio ad vulgare absinthium pertinet, aliam iconem ad naturæ exemplar substituimus.

Anm. Dieses Gewächs gehöret in die Classe derjenigen, die eine aus vielen und in einer gemeinen Blumen-Hülse enthaltenen flosculis hermaphroditis zusammengesetzte Blume haben. Eine solche nach einem Vergrösserungs-Glase vorgestellte Blume zeiget fig. 1. und seine Blumen-Hülse a.; ein einiges Blümlein fig. 2. nebst seinen Saimen b.; den Saamen in natürlicher Gröse fig. 3. nach dem Vergrösserungs-Glas fig. 4. In dem Englischen Exemplar befindet sich eine Figur, die weder in den Blättern, noch auch in der Lage der Blumen mit dem gemeinen Wermut wohl überein kommt, noch auch eine andere wenigstens uns bekannte Art vorstellet. Vielleicht ist es aber doch Absinthium marinum album Ger. 1099. Rai. Syn. 188.; weil aber dieses Vermuthen nicht ohne Zweifel ist, und die Beschreibung zu dem gemeinen Wermut gehöret, so haben wir eine andere nach der Natur gemachte Figur dafür gesetzet.

TAB. 18. *Lat.* Millefolium. *Germ.* Garb-Kraut, Schaaf-Garbe. *Gr.* Στρατιώτης χιλιόφυλλος μέγας; χιλιόφυλλον, ⊙ μυριόφυλλον. *Angl.* Yarrow, Milfoil. *Hisp.* Millhogas yerva. *Ital.* Millefoglio. *Gall.* Millefeuille. *Belg.* Duysend bladt.

1. Caules fere 18. digitos alti & aliquantulum piloſi, flores albi coloris in ſummitate ramorum denſe congeſti ſunt in formam umbellæ.

2. In agris fere omnibus provenit menſeque Junio atque Julio fert flores.

3. Foliis attribuitur vis ſiccandi, refrigerandi & adſtringendi; proficua in omnibus hæmorhagiis, ſcilicet hæmoptyſi, vomitu cruento, narium hæmorrhagiis; in dyſenteria, menſibus & lochiis nimium fluentibus, calorem & nimiam acrimoniam temperando; præſtant quoque uſum in gonorrhæa, ſtranguria atque urinæ ardore externe applicata, itemque in herniis; ſiſtunt quoque vulnerum recentiorum cruentatationes.

1. Die Stengel werden ohngefehr 18. Zoll hoch und ſind etwas haarigt; die Blumen ſind weis und wachſen an dem Gipfel der Zweige nahe beyſammen in der Geſtalt eines Sonnen-Schirms.

2. Es wächſet auf den meiſten Feldern und blühet im Junio und Julio.

3. Die Blätter hält man für trocknend, kühlend und zuſammen ziehend, nützlich in allen Arten der Verblutungen, als Blut-Ausſpeyen und Brechen, Naſen-Bluten, in der Ruhr, wie auch allzuhäufigem Monath- und Kindbetter-Fluß, indeme es kühlet, und allzugroſe Schärfe mildert; ſie ſind auch gut in dem Saamen-Fluß, Harnwinde und Brennen des Urins äuſerlich aufgeleget, ingleichen in Brüchen; ſie ſtillen auch das Bluten der friſchen Wunden.

4. NOM. GEN. Millefolium *Rai.* I. 345. *Syn.* 182. *Tourn.* 495. *Heucb. Ind.* 48. *Rupp.* 174. *Dill.* 140. *Boerh.* I. 112. *Vaill.* 127. *Heiſt.* I. 21, *Kram* 85. Achillea *Vaill. Mem. de l' Ac. des Sc. a.* 1720. *edit. Pariſ.* 320. *Linh. Gen. n.* 794. *Roy.* 175. *Hall.* 712. *Ludvv. n.* 358.

5. NOM. SPEC. Stratiotes millefolia *Fuchſ.* 727. Millefolium ſtratiotes, pennatum, terreſtre I. *Bauh.* III. 136. Millefolium flore albo *Heucb. Ind.* 48. Millefolium album *Brunſ.* III. 171. *Heiſt.* I. 21. Millefolium vulgare *Parck.* 693. *Rai.* I. 345. *Syn.* 183. Millefolium vulgare album *C. B. pin.* 140. *Tourn.* 495. *Rupp.* 174. *Dill.* 140. *Boerb.* I. 112. *Vaill.* 127. Millefolium vulgare foliorum laciniis brevibus odore tenui *Kram.* 85. Achillea vulgaris flore albo *Vaill. Mem. de l' Ac. des Sc. l. c.* Achillea foliis duplicato pinnatis, glabris, laciniis linearibus acute laciniatis *Lin.* H. 413. *Roy.* 175. Achillea pinnis foliorum plurimis, longe æqualibus, pinnatis, pinnulis trifidis & quinquefidis *Hall.* 715.

Nota. Folia hujus plantæ ima ſeu radicalia *a.* longe magis diviſa ſunt quam ſuperiora ſeu caulina *b.* Flores, *fig* 1. in magnitudine naturali & *fig.* 2. 3. paullulum aucta, ex duplici floſculorum genere compoſiti ſunt: qui in medio congeſti ſunt & diſcum formant, floſculi hermaphroditi regulares appellantur & minores ſunt, ex quibus unum *fig.* 4. eiusque germen *e.* lente optica auctum repræſentat; qui vero hos circumdant & radium conſtituunt, ſemifloſculi irregulares ſeu floſculi ligulati feminini vocantur & majores ſunt, quorum unum *fig.* 5. eiusque germen *f.* ſiſtit pariter in magnitudine aucta. Hi omnes continentur calyce communi ſqvamato *fig.* 3. *d.* adeoque florem ita dictum compoſitum conſtituunt. Fructus ſeu calyx cum ſeminibus incluſis remanens & ſiccus exhibetur *fig. 6.*, ſemen maturum in naturali magnitudine *fig* 7. aucta *fig.* 8. Flores ſpeciei depictæ dicuntur albi: atque omnino & ſemifloſculi & floſculi *fig* 4. 5. albi ſunt; quum vero floſculorum ſtaminum apices ſeu vagina, qua includitur ſtylus, flaveant & multum promineant, radius hinc ſolus albus, diſcus vero flavus apparet *fig.* 1. 2. 3. Ejusdem ſpeciei flores haud raro reperiuntur rubentes *c.*, quæ varietas propterea vocatur Millefolium purpureum maius C. B. pin. 140. Nos flores ejusmodi albos & rubros in una eademque planta interdum reperimus.

Anm. Die unterſte Blätter an der Wurzel a. ſind viel mehr zertheilet als die obern an dem Stengel b. Die Blumen in natürlicher Gröſe fig. 1. und etwas vergröſert fig. 2. 3. ſind von zweyerley Art zuſammen geſetzt: dieſe, welche in der Mitte dichte beyſammen ſtehen, und den ſo genannten diſcum ausmachen, werden floſculi regulares hermaphroditi genennet und ſind kleiner, davon eines fig. 4. und deſſen Kaimen e. vergröſert vorſtellet; die aber dieſe umgeben und den ſo genannten Radium ausmachen, werden ſemifloſculi oder ligulati feminini genandt und ſind gröſer, davon eines fig. 5. und deſſen Kaimen f. ebenfalls vergröſert vorſtellet. Dieſe alle zuſammen ſind in einer gemeinſchaftlichen ſchuppichten Blumen-Hülſe fig. 3. d. eingeſchloſſen, und machen alſo eine ſo genannte zuſammen geſetzte Blume aus. Die Frucht oder die überbleibende ausgedrocknete Blumen-Hülſe ſtellet fig. 6. einen zeitigen Saamen in natürlicher Gröſe fig. 7. und vergröſert fig. 8. vor. Die Blumen der vorgeſtellten Art werden weis genennet, und es ſind auch ſowohl die floſculi als ſemifloſculi fig. 4. 5. würcklich weis; weil aber die apices der ſtaminum oder die vagina, worinnen der ſtylus eingeſchloſſen, gelb ſind und weit hervor ragen, ſo ſcheinet der radius allein weis, der diſcus hingegen gelb zu ſeyn fig. 1. 2. 3. Von eben dieſer Art werden auch nicht ſelten röthlichte Blumen c. gefunden, welche Varietät deswegen genennet wird Millefolium purpureum majus C. Bauh. pin. 140. Wir haben zuweilen dergleichen rothe und weiſe Blumen auf einer Pflanze gefunden.

TAB. 19. *Lat.* Faba major hortenſis. *Germ.* Garten Bohnen, groſſe Bohnen. *Gr.* Κυαμός. *Angl.* the Garden ⊙ Bean. *Hiſp.* Havas. *Ital.* Fava. *Gall.* Feves. *Belg.* Roomſe Boonen, Boere Boonen.

1. Ad tres vel quatuor pedes aſſurgit hæc planta. Folia pallide virent, flos eſt albus, ſed interius duabus maculis nigris notatus.

2. Colitur in hortis, menſe Majo floret, ipſæ autem fabæ menſe Junio atque Julio matureſcunt.

3. Aqua e floribus deſtillata a quibusdam ad faciem fucandam adhiberi ſolet, quæ vero e ſiliquis præparatur, contra tormina & flatulentiam infantum præſcribitur. Cataplaſma e farina fabarum confectum tumorem mammarum in mulieribus a lacte exortum ſanare, ait DIOSCORIDES. Idem autor aſſeverat, eandem farinam roſis, thymo atque albo ovi gallinacei permixtam prodeſſe in defluxionibus oculorum ſeroſis, cum vino vero mixtam, maculas eorundem atque ruborem delere. Intrinſecus ſumta hæc farina utilis dicitur in hæmorrhagiis. In Officinis proſtant aqua florum & ſiliquarum Fabarum.

1. Die Garten-Bohne wächſt bis 3. oder 4. Schuh hoch, die Blätter ſind bleichgrün, die Blumen weis mit zwen ſchwartzen Flecken inwendig.

2. Es wird in Gärten geſteckt und blüht im May, die Bohnen ſind zeitig im Junio und Julio.

3. Das aus den Blumen deſtillirte Waſſer wird von einigen zur Schmincke gebraucht, deſſen von den Schotten bedienet man ſich in Blähungen und Grimmen der Kinder. DIOSCORIDES ſagt, das Bohnen-Mehl zu einem cataplaſma gemacht, curiret die Geſchwulſt der Brüſte an Weibern, die von der Milch herkommet. Er recommendiret auch daſſelbe vermiſcht mit Roſen, Thymian und dem weiſſen von einem Ey, als ſehr gut alle wäſſrigte Flüſſe von den Augen wegzubringen; mit Wein vermiſcht aber, ſoll es in den Flecken und Röthe der Augen nützlich zu gebrauchen ſeyn. Das Mehl innerlich gegeben hält man für gut in hæmorrhagien, die præparata in der Officin ſind aqua florum & ſiliquarum Fabarum.

4. NOM. GEN. Faba *Rai.* I. 909. *Syn.* 323. *Tourn.* 391. *Riv.* II. *p.* 12. *Heucb. Ind.* 32. *Pr.* I. 64. *Rupp.* 263. *Boerb.* II. 45. *Vaill.* 52, *Heiſt.* II. 12. *Kram.* 60. Vicia *Linn. G. no.* 708. *Roy.* 366. *Ludvv. n.* 486.

5. NOM. SPEC. Bona ſive Phaſeolus major *Dod.* 513. Faba *C. B. pin.* 338. *Rai.* I. 909. *Syn.* 323. *Riv.* II. *Tab.* 23. *Heucb. Ind.* 32. *Rupp.* 263. *Boerb.* II. 45. Faba, Cyamus leguminoſa I. B. II. 279. Faba fructu albo majore *Heiſt.* II. 12. Faba flore candido, lituris nigris conſpicuo *Tourn.* 391. Faba major hortenſis *Ger.* 1209. Faba major vulgaris *Lob. adv.* 392. *Vaill.* 52. Vicia caule erecto, petiolis abſque cirrhis *Linn. H.* 369. *Roy.* 366.

Nota. Quoniam Exemplaris anglici figuram imperfectam deprehendimus, aliam ad naturæ ductum paratam ſiſtimus. Folia plerumque ovata terminantur mucrone *a.*; interdum ſummitas ſinuata eſt & mucro ex ſinus medio ſurgit *b.* Flores in magnitudine naturali integros, a latere & a facie antica, ſiſtit *fig.* 1.

Anm. Weilen wir die Figur des Originals unvollkommen befunden, haben wir eine andere nach der Natur vorgeſtellet. Die Blätter ſind insgemein länglicht rund und endigen ſich mit einer Spitze a.; zuweilen iſt das oberſte Ende ausgeſchweift, und ſtehet die Spitze in der mitte derſelben b. Die Blumen werden in ihrer

fig. 1. cum calyce *c*; floris pars maxima, superior & sinuata, vocatur vexillum; duæ mediæ laterales singulæ nigra macula notatæ, quarum unam repræsentat *fig.* 2., appellantur alæ, tertia *fig.* 3 sub his latens, nominatur carina, quæ continet stamina & pistillum *fig.* 4. Siliqua matura a facie externa depingitur *fig.* 5., a facie interna *fig.* 6. unacum fructu maturo seu semine. Floris vexillum interdum purpurascente colore tingitur, annotante RAIO Hist. l. c., qualis flos a C. BAUHINO l. c. ex purpura nigrescens vocatur, apud TOURNEFORTIUM autem 392. peculiarem speciem constituit & *Faba flore ex purpura nigrescente* appellatur. Fructus color, notante jam C. BAUHINO l. c., pariter variat, estque vel candidus, vel in candido pallens (qualem nostra pictura in siliqua aperta sistit) vel ex rubicundo colore purpurascens, qualis *fig.* 6. extra siliqnam conspicitur; hanc vero coloris mutationem accidentalem esse varietatem vel a solo vel a cultura dependentem, hincque fabas rubras satas interdum, imo sæpius, albas producere, propria experientia edoctus affirmat RAIUS l. c.

rer natürlichen Gröse vorgestellet gantz von der Seite und von vornen fig. 1. nebst dem calyce c.; der Blume gröster, oberster, und in der mitte ausgeschweifter Theil wird genennet vexillum; die zwey mittlere Seiten-Theile, deren jeder einen schwartzen Flecken hat und einer davon fig. 2. abgebildet ist, heissen alæ; der dritte fig. 3. unter diesen verborgene wird genennet carina, welcher die stamina und das pistillum fig. 4. verschlossen hält. Eine zeitige Frucht oder Schotte zeiget fig. 5. von aussen, fig. 6. von innen, und zugleich den Saamen. Das vexillum ist zuweilen purpurfärbig, wie RAIUS Hist. l. c. angemercket, dergleichen Blume von C. BAUHINO l. c. flos ex purpura nigrescens genennet wird, bey dem TOURNEFORT aber p. 392. eine besondere Art ausmachet, Faba flore ex purpura nigrescente genanndt. Die Farb des Saamens, wie C. BAUHINUS l. c. schon angemerckt, ist ebenfalls unterschiedlich, nehmlich weiß, aus dem weisen gelblicht (dergleichen unsere Figur in der offenen Schotte zeiget) oder aus dem röthlichten purpurfärbig, wie fig. 6. auser der Schotte zu sehen; daß aber diese unterschiedliche Farbe nur zufällig seye, und entweder von dem Erdreich oder der cultur abhange, mithin die gesteckte röthlichte Bohnen zuweilen, ja öfters, weise hervorbringen, bezeuget RAIUS l. c. aus eigener Erfahrung.

TAB. 20. *Lat.* Trifolium vulgare. *Germ.* Klee, gemeiner Klee. *Gr.* τρίφυλλον, *Angl.* Meadow Trefoil, Glo- ver Grass, *Ital.* Trifoglio. *Gall.* Troisfeuille, Triolet, Trefle. *Belg.* Roode Klaaveren.

1. Folia pallide virent; Flos purpureo colore, albis maculis inspersis, pictus est; Caulis ad octodecim digitos extenditur.

1. Die Blätter sind bleichgrün; die Blume purpurfärbig mit weissen Flecken, die Stengel wachsen bis 18. Zoll hoch.

2. Reperitur copiose in agris quam plurimis atque pratis & mense Majo atque Junio floret.

2. Es steht in den meisten Feldern und Wiesen, und blüht im May oder Junio.

3. Folia atque flores, tanquam siccantia atque adstringentia, utiliter adhibentur in omnis generis fluxionibus, in stranguria & ardore urinæ. Ex his cum adipe suilla confectum cataplasma medetur tumoribus atque inflammationibus. Decoctum totius plantæ, dum floret, album mulierum fluorem sistere, scribit MATTHIOLVS.

3. Die Blätter und Blumen werden gebraucht, als trocknend und zusammen ziehend, in allen Arten der fluxionen, Harnwinde und Brennen des Urins. Mit schweinen Schmeer in ein Cataplasma gebracht, bedienet man sich derselben in Geschwulsten und Entzündungen. MATTHIOLVS schreibt, das decoctum der ganzen Pflantze in der Blühte, stopfe den weissen Fluß der Weiber.

4. NOM. GEN. Trifolium *Rai. I.* 941. *Syn.* 327. *Tourn.* 404. *Riv. II. p. 11.* *Heuch. Ind.* 31. *Rupp.* 206. *Boerh. II.* 30 *Vaill.* 194. *Heist. I.* 31. *Linn. G. n.* 713. *Roy.* 377. *Hall.* 580. 585. *Kram.* 46. *Ludvv. n.* 473. Trifolioides *Knaut. meth.* 84. Triphylloides *Ponted. Anth.* 241.

5. NOM. SPEC. Trifolium *Riv. II. Tab.* 11. *Heuch. Ind.* 31. *Dill.* 78. Trifolium rubrum *Kram.* 46. Trifolium pratense purpureum *Fuchs.* 817. *C. B. pin.* 327. *Rai. I.* 943. *Syn.* 328. *Rupp.* 206. *Vaill.* 194. Trifolium pratense flore rubro *Heist. I.* 31. Trifolium pratense flore monopetalo *Tourn.* 404. *Boerh. II.* 31. Trifolium spicis villosis, caule diffuso, foliis integerrimis *Linn. H.* 375. *Roy.* 380. Trifolium spicis villosis foliis insidentibus, vaginarum caudis capillaribus *Hall.* 585. Trifolioides *Knaut. meth.* 84. Triphylloides pratensis flore purpureo *Ponted. Anth.* 241.

Nota. In nostris regionibus hæc species eodem modo, quo illam figura *a b* sistit, reperitur in locis incultis seu aridioribus; in pratis vero seu locis cultis & pinguibus spicæ deprehenduntur majores & laxiores, flores item ex rubro & albo magis variegati nec non folia *d.* saturatius virentia, utroque extremo magis acuta & albente macula angulosa variegata, quales variationes C. B. pin. 327. aliique jam annotarunt. Num *Trifolium pratense purpureum majus Rai. I. 944. Trifolium purpureum majus sativum pratensi simile Rai Syn. 328. conf. Hall. p.* 586. varietas constans sit, an a cultura dependeat, disquisitione adhuc opus habet. Floris partes in hac specie inter se coalitæ deprehenduntur: integer unacum calyce *e* in magnitudine naturali sistitur *Fig.* 1., aucta *Fig.* 2., carina cum binis alis *Fig.* 3., vexillum *Fig.* 4., stamina cum pistillo *Fig.* 5., fructus seu calyx maturus cum semine incluso magnitudine naturali *Fig.* 6., aucta *Fig.* 7., calyx apertus a facie interna *Fig.* 8. 9., semen siliculæ inclusum & nudum *Fig.* 10., magnitudine aucta *Fig.* 11.

Anm. In unsern Gegenden wächst diese Art nach der Figur a. b. auf ungebauten und trockenen Boden; auf angebauten Wiesen aber oder fetten Boden sind die Blumen-Büschel grösser und weitschichtiger, die rothe Blümlein auch mehr mit weis vermenget, nicht weniger die Blätter d. dunckler grün, an beyden Enden mehr zugespitzt und mit einem weissen eckigten Flecken bezeichnet, dergleichen Veränderungen schon C. B. pin. 327. und andere mehr angemercket haben. Ob das *Trifolium pratense purpureum maius Rai. I. 944. Trifolium purpureum maius sativum pratensi simile Rai. Syn. 328. conf. Hall 586.* eine beständige varietät seye, oder nur von der cultur herkomme, ist annoch zu untersuchen. Der Blume ihre Theile sind in dieser Art miteinander verwachsen: eine gantze Blume, nebst seinem calyce e. wird vorgestellet in natürlicher Gröse Fig. 1., vergrössert Fig. 2., die carina mit den beyden alis Fig. 3., das vexillum Fig. 4., die stamina mit dem pistillo Fig. 5., die Frucht oder der zeitige calyx mit dem verschlossenen Saamen in natürlicher Gröse Fig. 6., vergrössert Fig. 7., ein geöfneter calyx von der inwendigen Seite Fig. 8. 9., der annoch in der Hülse eingeschlossene und der blose Saame in natürlicher Gröse Fig. 10., vergrössert Fig. 11.

TAB. 21. *Lat.* Agrimonia. *Germ.* Odermenge. *Gr.* εὐπατώριον. *Angl.* Agrimony, Greeks Eupatoy. *Hisp.* Agramonia. *Ital.* Agrimonia. *Gall.* Agrimoine. *Belg.* Agremonie.

1. Hæc planta eadem est cum illa, quam DIOSCORIDES, GALENVS aliique Græcorum antiquorum vocant Eupatorium. Altitudinem habet duorum pedum; folia sunt alata seu pinnata & pilosa, color pallide viridis, flos flavus.

1. Dieses ist das Eupatorium DIOSCORIDIS, GALENI und der alten Griechen; es wächst bey zwey Schuh hoch, hat so genannte geflügelte und haarigte Blätter, einer bleichgrünen Farbe, und gelbe Blühte.

2. Crescit ad sepes & agrorum margines, menseque Junio atque Julio flores agit.

2. Es wächst an Hecken, und an den Randen der Felder; blühet im Junio und Julio.

3. Purificat sanguinem, confortat jecur, adeoque ad omnes morbos ex hujus infirmitate ortos, quales sunt hydrops, icterus &c. utilis est. Hanc, cum vino albo coctam, commendat MATTHIOLVS tanquam egregium contra stranguriam atque mictionem cruentam remedium. Eadem herba siccata atque pulverata a RIVERIO in urinæ incontinentia laudatur. Refertur quoque ad herbas vulnerarias, & ad ejusmodi

3. Die Agrimonia braucht man zur Geblühts-Reinigung, es stärcket die Leber und ist mithin gut in allen denenjenigen Kranckheiten, welche aus derselben Schwachheit entstehen, als Wassersucht, Gelbsucht &c. MATTHIOLVS recommendirt es mit weissen Wein, als ein herrliches Mittel wider die Harnwinde und den blutigen Urin. RIVERIUS erhebt das Pulver von dem getrockneten Kraut in der incontinentia urinæ. Es ist gleichfalls ein Wund-Kraut und wird zu solchen Tränc-

di potiones adhibetur, sicut etiam extrinsecus in balneis atque fomentationibus.

cken genommen, auch äuserlich in Bädern und Bähungen gebraucht.

4. NOM. GEN. Agrimonia *Rai. I.* 399. *Syn.* 202. *Heuch. Ind.* 16. *Rupp.* 100. *Dill.* 129. *Boerh. I.* 79. *Vaill.* 3. *Heist. III.* 1. *Lin. G. n.* 464. *Roy.* 240. *Hall.* 407. *Kram.* 32. *Ludvv. n* 606.

5. NOM. SPEC. Eupatorium *Fuchs.* 244. Eupatorium veterum sive Agrimonia *C. B. pin.* 321. Eupatorium Dioscoridis & aliorum Græcorum *Gesn. hort.* 258. *a.* Eupatorium Dioscoridis & Avicennæ *Angvill.* 258. *Col. Ecφr.* 139. Agrimonia seu Eupatorium *I. B. II.* 398. Agrimonia *Ruell.* 597. *Ger.* 712. *Rai. I.* 400. *Syn.* 202. Agrimonia indora *Kram.* 32. Agrimonia flore pallide luteo *Heuch. Ind.* 16. Agrimonia officinarum *Tourn.* 301. *Rupp.* 100. *Dill.* 129. *Boerh. I.* 79. *Vaill.* 3. Agrimonia vulgaris sive officinarum flore luteo *Heist. III.* 1. Agrimonia foliis pinnatis fructibus hispidis *Roy.* 240. *Hall.* 407. Agrimonia foliis omnibus pinnatis, fructibus hispidis *Linn. H.* 179.

Nota. Foliorum superficies superior dilutius & saturatius viret pro soli conditione, inferior vero semper pallidior est; pinnarum quoque extremum quandoque minus acutum deprehenditur. Naturali magnitudine sistitur flos *Fig.* 1., fructus *Fig.* 2., idem verticaliter dissectus *Fig.* 3. cum loculo aperto semen continente, semen nudum *Fig.* 4., idemque magnitudine aucta *Fig* 5. Fructus horizontaliter dissectus duos manifestat loculos, singulos unico semine (ex quibus alterum tamen plerumque abortit) fœtos. Vulgaris hæc Agrimonia a plerisque censetur inodora; CASP. HOFMANNVS *de medicam. officin. L. II.* c. 88. vero jam asseruit, eandem aliquibus in locis & verno tempore odoratam esse & sapore modo subdulci, modo subamaro: radicem verno tempore odoratam esse, etiam annotat HALLERVS l. c. His non obstantibus, illa tamen, quam FAB. COLVMNA odore fragrante & sapore aromatico jucundissimo, adstringente, præstantiorem, uti etiam vulgarem inodoram vel ingratam observatam, l. c. more suo accuratissime describit, distinguenda videtur, licet, ipso monente, tam consimiles sint plantæ, ut vix una ab altera, nisi naribus admota, dignoscatur: odoratam namque & vulgarem in uno Italiæ monte (hanc tamen ad montis radicem septentrionalem, illam in sylva juxta flumen austrum versus) & eodem tempore perfectas invenit. Odoratam hanc, Florentia acceptam, in horto suo coluit quoque CAMERARIVS *Hort.* 7., additque, eam apud nos ægre perdurare, quocum consentit MILL. *Dict. I.* monens, hanc alia, quam vulgarem, opus habere cultura. Eadem Camerariana inter plantas in horto medico Pisano & Chelseiano cultas etiam recensetur a MICH. ANG. TILLI *H. Pis.* 5. & ab IS. RAND *H. Chels* 7. VAILLANT porro, l. c. testatur, eandem omnino ita differentem reperiri in sylva de Montmorency, quod repetit FABREGOV *T. II. p.* 38., & LOBELIVS *advers.* 308. jam refert, Xantis Pictavæ Galliæ finitimas sylvas eandem Agrimoniam edere, quam odoratam vocant propter odorem multo fragrantiorem, etiam in hortis illam coluisse LAMOVREVM. Hanc denique Lobelianam haud procul ab urbe Blesis se etiam reperisse, annotat MORISONVS *Hist II* 614., sed inde constituit tertiam differentiam, nimirum medio modo odoratam, non magis tamen externo habitu se distinguentem: tres ergo recenset species, quarum est 1.) *Eupatorium veterum seu Agrimonia inodora seu minus odora;* 2.) *Eupatorium odoratum Santonense seu Blesense. Agrimonia medio modo odorata;* 3.) *Eupatorium maxime odoratum seu Romanum*, additque: *has Agrimoniæ tres distinctas species in horto publico Universitatis impræsentiarum cultas habemus.* Hanc procul dubio ob rationem & TOVRNEFORTIVS & KRAMERVS l. c. easdem tanquam totidem species recensent, LINNAEVS quoque tanquam varietates admittit. Atque omnino tanquam tot varietates constantes salutari merentur, si uno eodemque in solo atque sub eadem cœli plaga per aliquot annos cultæ eandem differentiam constanter conservant. MILLERVS atque RANDIVS l. c. hanc tertiam Morisonianam tacent.

Anm. Die Blätter sind an der obern Fläche bald lichter bald danckler-grün, nach Beschaffenheit des Erdbodens, an der untern aber allezeit bleicher; auch das äuserste der Blätlein wird zuweilen stumpfer befunden. In natürlicher Gröse wird die Blume vorgestellet Fig. 1., die Frucht Fig. 2., eben dieselbe der Länge nach entzwey geschnitten Fig. 3. nebst einem geöfneten Fächlein, worinnen der Saame lieget, ein bloses Saam-Korn Fig. 4. und eben dasselbe vergrössert Fig. 5. Wann die Frucht überqueer entzwey geschnitten wird, zeigen sich 2. dergleichen Fächlein, deren jedes ein Saam-Korn enthält, davon aber insgemein nur eines vollkommen wird. Diese gemeine Odermeng wird von den meisten ohne Geruch beschrieben; CASP. HOFMANNVS de medicam. offic. lib. II. c. 88. aber bejahet, daß sie an einigen Orten im Frühling einen Geruch und manchmalen einen süßlichten manchmalen einen bitterlichten Geschmack habe: daß die Wurzel im Frühling einen Geruch habe, bemercket auch Herr Hof-Rath Haller l. c. Nichts desto weniger scheinet diejenige Art, welche FAB. COLVMNA als wohlrüchend und eines höchst angenehmen Gewürtzhaften und zusammenziehenden Geschmackes, nebst dem gemeinen als ohne einigen oder wenigstens ohne angenehmen Geruch, l. c. seiner Gewohnheit nach sehr genau beschreibet, unterschieden zu seyn, obgleich, wie er selbst erinnert, beyde Arten einander so ähnlich sind, daß sie nicht anderst, als durch den Geruch, zu unterscheiden: dann er hat beyde auf einem Berg in Italien (jedoch die ohne Geruch am Fuß des Bergs gegen Mitternacht, die wohlrüchende hingegen in einem Wald desselben an einem Fluß gegen Mittag) und zu einer Zeit in ihrer Vollkommenheit gefunden. Die wohlriechende hat auch CAMERARIVS aus Florentz erhalten und in seinem Garten gezogen (vid. ejusd. Hort. p. 7. und meldet dabey, daß solche schwehr bey uns fortgepflantzet werde, welchen auch MILLERVS Dict. I. beystimmet und erinnert, daß sie eine andere Pflege, als die gemeine nöthig habe. Diese Camerarische wird auch von M. A. TILLI unter den Gewächsen des Pisanischen, und von IS. RAND des Chelsea Gartens angeführet. Ferner bezeiget VAILLANT. l. c. daß sie allerdings also unterschieden in dem Wald de Montmorency gefunden werde, welches FABREGOV T. II. 38. wiederhohlet, und LOBELIVS advers. 308. erzehlet schon, daß die Grändtz-Wälder zu Santonge und Poitou in Franckreich eben die Agrimoniam hervorbringen, welche die wohlriechende genennet wird, und daß dieselbe LAMOVREVS in seinem Garten gezogen habe. Endlich hat auch MORISON Hist. II. 614. angezeiget, daß er diese Lobelische nicht weit von Blois gefunden habe, woraus aber dieser eine dritte Art machet, nehmlich eine mittelmäsig rüchende, die aber ebenfals in der äusserlichen Gestalt nicht unterschieden seye. Er erzählet derowegen 3. Arten: 1.) *Eupatorium veterum seu Agrimonia inodora seu minus odorata;* 2.) *Eupatorium odoratum Santorense seu Blesense. Agrimonia medio modo odorata;* 3) *Eupatorium maxime odoratum seu Romanum* und setzet darzu, daß damals diese 3. unterschiedene Arten in dem Universitäts-Garten gezogen worden. Daher hat ohne Zweifel TOVRNEFORT und KRAMER l. c. eben dieselbe als so viele Arten angezeiget und LINNÆVS auch als varietäten angenommen. Und sie müssen auch als so viele beständige varietäten angesehen werden, wann sie, in einem Erdreich und in einer Gegend durch etliche Jahre erzogen, eben diesen Unterscheid beständig behalten. MILLER und RAND melden nichts von der dritten Morisonischen Art.

TAB. 22. *Lat.* Malva vulgaris. *Germ.* Gemeine Pappel. *Gr.* μαλάχη. *Angl.* Common Mallow. *Hisp.* Malvas. ⊙ *Ital.* Malba, Malva. *Gall.* Mauve. *Belg.* Gemeene Maluwe, Keeskenskruyt.

1. Hæc malva assequitur altitudinem trium pedum. Caulis pilosus est, herbae flavo viridis, flos e dilutiori rubro purpureus, & simul lineis purpureis sed paulo obscurioribus, distinctus.

1. Diese Pappeln wachsen bis 3. Fus hoch, die Stengel sind etwas haarigt, das Kraut ist gelblicht grün, die Blume hellröthlichtpurpur mit dunckeln purpur Streifen.

2. Crescit plerumque ad vias, & fere per omnes æstatis menses floret.

2. Es wächset gemeiniglich am Weg, und blühet die mehresten Monathe des Sommers.

3 Una est ex quinque herbis emollientibus, adeoque virtute molliendi, refrigerandi atque laxandi gaudet. Decoctum ex hac violarum syrupo dulcefactum & ad heminam quandoque assumtum servat aluum apertam, temperat biliosos humores, & lenit ardorem atque acredinem urinæ, hancque promovet, ac contra calculosos affectus est remedium. Cataplasma autem ex eadem præparatum sedat dolorem ex apum atque vesparum punctionibus exortum. Althææ loco adhiberi potest.

3. Dieses ist eines von den 5. erweichenden Kräutern, indem es erweicht, kühlt und laxiret. Das Decoctum dieses Krauts mit Violen Syrup versüsset, und zuweilen zu einer viertheils Maas getruncken, hält den Leib offen, lindert die gallichten Feuchtigkeiten, das Brennen und die Schärffe des Urins, befördert denselben, und ist gut in Stein Umständen. Ein cataplasma oder Uberschlag von diesem Kraut, stillet den Schmerzen von Bienen oder Wespen Stich. In Ermangelung des Eibisch-Krauts, kan man es an dessen Stelle brauchen.

4. NOM.

4. NOM. GEN. Malva *Ray. I. 597. Syn. 251. Tourn. 94. Heuch. Ind. 3. Pr. I. 13. ſeqq. II. 28. Rupp.* 10. *Dill. 106. Boerh. I. 267. Vaill.* 124. *Heiſt. II.* 18. *Linn. G. n. 676. Roy. 356. Kram.* 14. *Ludvv. n. 144.*

5, NOM. SPEC. Malva officinarum flore majore rubro *Heiſt. II.* 18. Malva vulgaris *Park. 299. Rai. I. 599. Syn. 257* Malva vulgaris flore majore, folio ſinuato *I. B. II. 949. Tourn. 95. Boerh. I. 268. Vaill. 124.* Malva ſylveſtris folio ſinuato *C. B. pin. 314. Rupp. 10. Dill. 106.* Malva caule erecto, folio ſinuato, flore majore purpureo *Kram. 14.* Malva caule erecto foliis fere palmatis obſolete ſerratis *Linn. H. 347. Roy. 356. Hall. 362.*

Nota. Florum color pro ſoli vel tempeſtatis conditione rubens vel purpuraſcens magis, ſemper autem ſtriis ſaturatiori colore diſtinctis variegatus deprehenditur; recens apertus lætius quoque rubet, marceſcens vero magis magisque purpuraſcit, unde forſan illæ varietates flore cœruleo & flore purpuro-rubro ex Hort. Catholico a TOVRNEFORT l. c. recenſitæ. Floris integri facies interna & externa ſiſtitur *fig. 1. b. b* ejus calyx duplex *fig. 1. 3. a.*, columna in medio floris erecta *fig. 1. c.* magnitudine aucta *fig. 2.*, fructus immaturus in ſitu *fig. 3. d.*, maturus a nexu cum receptaculo ſolutus *fig. 4.*, qui conſtat ex plurimis capſulis *fig. 5.* laxe cohærentibus, quarum exterior pars *e.* multo craſſior, interior *f.* tenuis eſt. Capſula hæc ſponte ſua non dehiſcit, aperta vero unicum offert ſemen & naturali & aucta magnitudine *fig. 6.* repræſentatum.

Anm. Die Farbe der Blume iſt nach Beſchaffenheit des Erdreichs und der Witterung mehr röthlicht oder purpurfärbig, allezeit aber mit dunckle rn Striemen unterſchieden; eine friſch aufgeblühete Blume iſt auch allezeit röther, als eine welckende, welche mehr und mehr purpurfärbig wird; daher kommen vielleicht diejenige varietäten flore cœruleo und purpuro-rubro, welche aus dem Horto Catholico TOVRNEFORT l. c. anführet. Einer gantzen Blume inwendige und auswendige Geſtalt iſt zu ſehen fig. 1., b. b., calyx fig. 1. 3. a., der in der mitte der Blume aufrecht ſtehende cylinder fig. 1. c., vergröſſert fig. 2.; eine unreife Frucht in ihrem Lager fig. 3. d., eine zeitige abgenommene fig. 4., welche beſtehet aus vielen ſchwach aneinanderhängenden Saamen-Fächlein fig. 5., deren auswendiger Theil e. viel dicker, der inwendige f. gantz dünn iſt. Dieſe Fächlein öfnen ſich nicht von ſelbſten, wann ſie aber geöfnet werden, enthält ein jedes einen einigen Saamen, der in der natürlichen und vermehrten Gröſe fig. 6. zu ſehen.

TAB. 23. *Lat.* Naſturtium hortenſe. *Germ.* Garten-Kreß. *Gr.* Κάρδαμον. *Angl.* Garden Creſs. *Hiſp.* Naſturtio, Malpica. *It.* Naſturzio, Agretto. *Gall.* Creſſon domeſtique ou de Jardin, Naſitort. *Belg.* Tuin Kerſſe.

1. Altitudo octodecim digitorum. Color herbæ lucide viridis. Flos albus.

1. Es wächſt bis 18. Zoll hoch, das Kraut iſt hellgrün und die Blühte weis.

2. Seritur quotannis in hortis, & ferme per totam æſtatem floret.

2. Man ſäet es jährlich in den Gärten, und blühet die meiſten Monate des Sommers.

3. Hæc planta aliis herbis frigidioris naturæ permixta temperat harum frigus, ob virtutem, qua pollet, calefaciendi, unde etiam vel ſola, vel cum aliis ceu lactuca comeditur. Laudatur in ſcorbuto, hydrope, apoplexia & lethargo, cataplaſma ex hac & lardo ſuillo ſanat achores ſeu cruſtam lacteam. Semen ſcorbuto, hydropi atque lienis inflationibus adverſatur, aperit obſtructiones menſium, & tandem impedit alopeciam ſive capillorum defluvium.

3. Das Kraut wird häufig als Salat gebraucht, ſeine erwärmende Kraft verbeſſert die Kälte anderer Kräuter, wann es damit vermiſcht wird. Man hält es vor nützlich im Scorbut, der Waſſerſucht, dem Schlag-Fluß, und der Schlaffucht. Ein Uberſchlag von dem Kraut mit Schweinen-Speck curiret die böſen Köpfe. Der Saame iſt gut in Scorbut, Waſſerſucht, und dem Schwellen des Miltzes, er eröfnet die Verſtopfungen des Weiblichen Geſchlechts und præſerviret das Ausfallen der Haare.

4. NOM. GEN. Naſturtium *Rai. I. 824. Tourn. 213. Heuch. Ind. 13. Rupp. 86. Boerh. II.* 8. *Heiſt. I. 22. Hall. 543. Kram. 22. Ludvv. no.* 422. Lepidium *Linn. G. no. 645. Roy. 334.*

5. NOM. SPEC. Naſturtium hortenſe *Ger. 250. Rai. I. 825. Heuch. Ind. 13. Heiſt. I. 22.* Naſturtium vulgare *I. B. II. 912.* Naſturtium vulgare hortenſe flore rubeolo *Kram. 22.* Naſturtium vulgatum *C. B. pin. 103. Tourn. 213. Rupp. 86. Boerh. II. 8.* Lepidium foliis oblongis varie diviſis & inciſis *Linn. H. 331.* Lepidium foliis oblongis multifidis *Linn. Virid. 63. Roy. 335.*

Nota. Flos ſiſtitur *fig 1.*, capſula ſeminalis ſeu fructus immaturus *fig. 2.*, maturus *fig 3.*, in partes ſuas diviſus *fig. 4.*, ubi *a.* ſepimentum inter duos loculos ſeu valvas, *b. b.* utraque valva, *fig. 5.* ſemen.

Anm. Die Blume ſtellet vor fig. 1, die Saamen-Hülſe oder unreife Frucht fig. 2., die reife Frucht fig. 3., eine Saamen-Hülſe in ſeine Theile getheilet fig. 4., a. die Scheidwand zwiſchen beyden Fächern b. b., fig. 5. den Saamen.

TAB. 24. *Lat.* Prunella, Brunella, Conſolida minor. *Germ.* Braunellen. *Gr.* Εὐπατώριον. *Angl.* Self-Heal. *Hiſp.* ⊙ Agramonia. *Ital.* Coſolida minore, Brunella. *Gall.* Herbe au charpentier, Brunelle. *Belg.* Bruynelle.

1. Hæc planta ad pedis altitudinem aſcendit: Color obſcure viridis, flos autem purpureus eſt.

1. Dieſe Pflantze wächſt bis einen Fus hoch, das Kraut iſt dunckelgrün, die Blüthe Purpurroth.

2. Creſcit in pratis atque paſcuis; ultimis æſtatis menſibus floret.

2. Es wächſt auf den Wieſen und Vieh-Weyden, und blühet die letzten Monate des Sommers.

3. Hujus vel ſuccus vel ſaturatum decoctum dat remedium contra omnes linguæ, palati atque colli inflammationes & exulcerationes, nec non contra ſanguinis profuſiones ex interioribus corporis partibus, præcipue contra mictionem cruentam.

3. Man brauchet es in allen Entzündungen und Schwären an der Zunge, dem Gaumen und dem Halſe, entweder deſſelben Saft oder ein ſtarckes decoctum, welches auch in Verblutungen aus innerlichen Theilen und beſonders wenn Blut mit dem Urin gehet, gerühmet wird.

4. NOM. GEN. Prunella *Rai. I. 551. Syn. 238.* Brunella *Tourn. 182. Riv. I. p. 10. Heuch. Ind. 24. Rupp. 180. Dill. 91. Boerh. I. 168. Vaill. 22. Heiſt. I. 6. Linn. G. no. 586. Hall. 636. Kram. 50. Ludvv. no. 201.*

5. NOM. SPEC. Conſolida minor *Matth. 963.* Prunella *Ger. 632. Rai. I. 551. Syn. 238.* Prunella vulgaris *Trag. 301.* Prunella flore minore vulgaris *I. B. III. 428.* Brunella *Fuchſ. 621.* Brunella officinarum *Riv. Tab. 29. Dill. 91. Heiſt. I. 6.* Brunella officinarum flore purpureo vel cæruleo *Heuch. Ind. 24.* Brunella major folio non diſſecto *C. B. pin. 260. Tourn. 182. Rupp. 180. Boerh. I. 169. Vaill. 22.* Brunella vulgaris foliis ovalibus ſerratis *Kram. 50.* Brunella bracteis cordatis *Linn. H. 316. Roy. 314.* Brunella foliis dentatis, ſpica folio minore *Hall. 636.*

Nota. Integer flos ſe ſiſtit a facie antica *fig. 1. a.* cum calyce *b.*, inferius dimidium corollæ ſeu barba tripartita *fig. 2. c.* cum binis inferioribus ſtaminibus *d d.*, ſuperius corollæ dimidium ſeu galea integra *fig. 3 e.* cum binis ſuperioribus ſtaminibus *f f*, calyx apertus *fig. 4. b.* cum piſtillo *g.* & quatuor ſeminum rudimentis *h*, integer calyx *fig. 5.*, ſemina matura *fig 6* Noſtræ figuræ exemplar naturale elatius fuit cum foliis parum hinc inde tantum ſerratis ſpica florum magis ſparſa, ipſisque floribus majoribus, ex cœruleo læte purpuraſcentibus, quo colore & calycis ſummitas infecta erat. In locis ſiccioribus hæc ſpecies humilior, ſpicis compactioribus & floribus minoribus reperitur, qualis propemodnm eſt figura exemplaris Anglici, foliis tamen non magis ſerratis quam noſtra. Nota equidem eſt alia ſpecies, quæ dicitur *Brunella flore majore Riv. Tab. 29. Brunella foliis integris vix dentatis, ſpica foliis majore Hall. 637.*; ſed huic minus adhuc reſpon-

Anm. Eine gantze Blume zeiget ſich von vornen fig. 1. a. nebſt dem calyce b., die untere Helfte fig. 2. c. nebſt den 2. unterſten ſtaminibus d. d., die obere Helffte fig. 3. e. mit den 2. obern ſtaminibus f. f., ein geöfneter calyx fig. 4. b. mit dem piſtillo g. und 4. Saamen-Körnlein h., ein gantzer calyx fig. 5. und der zeitige Saame fig. 6. Die Figur iſt gemacht nach einem Muſter, das hochſtenglicht war, wenig und nur hier und da ſeicht eingekerbte Blätter, einen mehr ausgeſpreiteten Blumen-Büſchel und ſelbſt gröſere Blumen hatte, welche aus blaulicht purpurfärbig gleichwie auch das oberſte des calycis ſelbſten geweſen. An trockenen Orten wächſt dieſe Art viel niedriger, die Blumen-Büſchel ſtehen dichter beyſammen, und die Blumen ſind kleiner; worinnen die Figur in dem Engliſchen original mehr übereinkommet, doch ſind die Blätter auch nicht mehr eingekerbet. Es iſt zwar eine andere Art bekandt, die genennet wird *Brunella flore majore Riv. Tab. 29. Brunella*

respondet nostra, quam vulgaris speciei varietatem tantum censemus, cujus etiam folia & integra & leviter crenata annotavit C. B. l. c.

foliis integris vix dentatis, spica foliis majore Hall. 687.; aber mit dieser kommt die unsrige noch weniger überein, welche wir deswegen nur für eine varietät der gemeinen Art halten, als dessen Blätter gantz und seichte eingekerbt von C. B. l. c. angemercket sind.

TAB. 25. *Lat.* Caprifolium, Periclymenum. *Germ.* Geißblat, Baum-Lilie, Speck-Lilie, Jericher-Rosen. *Gr.* ✠ ⊙ περικλύμενον. *Angl.* Wood-Bind, Honey-Suckle. *Hisp.* Madresilva. *Ital.* Vincibosco. *Gall.* Chevrefeüille, Vinceboffe. *Belg.* Geytenblad, Mammetjeskruyt.

1. Hujus plantæ crassities sive circumferentia ad octo vel decem digitos accedit. Sarmenta sunt longa atque exilia, quæ omnibus rebus, quas modo attingunt, sese implicant: folia sunt e cœruleo viridia, seu cæsia, flos subruber, quem sequuntur baccæ rubedine paulo intensiore tinctæ.

2. Reperitur in sepibus plurimis, ubi tota fere æstate floret.

3. Folia interdum gargarismatibus miscentur, in læsionibus scilicet faucium. In tabe & tussi, ut & in obstructionibus epatis atque lienis reserandis laudatur a quibusdam decoctum. Oleum ex infusione florum confectum dicunt consolidare, calefacere, item spasmis atque convulsionibus nervorum mederi. MATTHIOLVS folia eorumque succum ad illa præcipue unguenta commendat, quorum usus est in vulneribus capitis & pedum ulceribus.

1. Diese Staude kommt auf die Dicke von 8. bis 19. Zoll im Umfang und treibt lang und dünne Reben, welche sich um jedes Ding, so sie antreffen, herumwinden. Die Blätter sind blaulichtgrün, die Blüthe bleichroth, auf welche Beeren von dunckler rothen Farbe folgen.

2. Man findet es in den meisten Hecken, wo es den grösten Theil des Sommers bluhet.

3. Die Blätter werden manchmal unter die Gurgelwasser genommen in Versehrung des Halses. Einige rühmen das decoctum davon in der Husten u. Schwindsucht, wie auch die Verstopffungen der Leber u. des Miltzes zu eröfnen. Das Oel so durch Infusion mit der Blüthe gemacht wird, soll heilend und erwärmend und in Krampff und Convulsionen der Nerven nützlich seyn. MATTHIOLVS recommendiret die Blätter und ihren Safft zu denen Salben, deren man sich bey Haupt-Wunden, und ofnen Schäden der Schenckel bedienet.

4. NOM. GEN. Periclymenum *Rai. I. 1490. Riv. p. 22. Heuch. Ind. 29. Pr. I. 50. Rupp. 250. Kram. 142.* Caprifolium *Rai. Syn. 458. Tourn. 608. Dill. 109. Boerh. II. 226. Vaill. 27. Heist. I. 7. Hall. 464. Ludvv. no. 278.* Lonicera *Linn. G. no. 174. Roy. 237.*

5. NOM. SPEC. Caprifolium Germanicum floribus speciosius *Soc. Hortul. p. 15. Tab. VI.* an Caprifolium non perfoliatum flore interius albo, rubro externe *Boerh. II. 226.* Caprifolium floribus racemosis *Hall. 465.* Lonicera floribus capitatis terminatricibus, foliis omnibus distinctis *Linn. H. 58. Roy. 237.*

Nota Tres flores sigillatim *fig. 2. 3. 4* exhibiti & duo segmenta corollæ inæqualia *a. b.*, stamina *c. c.* & stylum *d* accuratius repræsentantes, ut & fructus *fig. 5.* ejusque baccæ umbilicatæ *f* & thalamus *e.*. *fig. 6* denique bacca & *fig.* 7. semina seu acini, desumta sunt ab alia specie, quæ vocatur *Caprifolium Germanicum flore rubello serotinum Broff. 40. Tourn. 608. Soc. Hortul. p. 14. Tab. VII.*

Anm. Die 3. insbesondere vorgestellte Blumen fig. 2. 3. 4., welche die zwey ungleiche Abtheilungen der Blume a. b., die stamina c c. und den stylum *d* deutlicher anzeigen, wie auch die Frucht fig. 5. und dessen baccæ umbilicatæ f. und thalamus e., endlich ein geöfnetes Beer fig. 6. und die Saamen oder Kerne fig. 7. sind von einer andern Art genommen, welche genennet wird *Caprifolium Germanicum flore rubello serotinum Broff. 40. Tourn. 608. Soc. Hortul. p. 14. Tab. VII.*

TAB. 26. *Lat.* Consolida regalis, Calcatrippa, Delphinium. *Germ.* Rittersporn. *Gr.* Δελφίνιον. *Angl.* Larks-⊙ spur. *Ital.* Consolida Reale. *Gall.* Pie d' Aloüette. *Belg.* Ridder Sporen.

1. Assurgit in unius atque dimidiæ ulnæ altitudinem. Herba saturate viridis est; Flores plerumque cœrulei interdum purpurascentes.

2. Seritur quotannis in hortis, & per totam plerumque æstatem flores fert.

3. Numeratur inter herbas vulnerarias consolidandi virtutem habentes. Laudatur a MATTHIOLO tanquam remedium in destillationibus atque inflammationibus oculorum. Melle permista & cum dulci vino pota mitigat acredinem urinæ. Vulnera quoque recentia & ulcera inveterata sanare perhibetur.

1. Es wächst über anderthalb Ellen hoch, das Kraut ist dunckelgrün, die Blumen sind insgemein blau, doch fallen sie zuweilen ins purpurfarbigte.

2. Man säet es jährlich in den Gärten, und blühet den grösten theil des Sommers.

3. Man zählet es unter die Wund-Kräuter die eine heilende Eigenschafft besitzen. MATTHIOLVS sagt, es seye gut in Flüssen und Entzündungen der Augen; mit Honig gemischt und im süssen Wein getruncken, nimmt es dem Urin die Schärffe. Es schliesset gleichfalls frische Wunden und heilet alte Schäden.

4 NOM. GEN. Delphinium *Rai. I. 708. Tourn. 426. Riv. III. p. 27. Heuch. Ind. 42. Rupp. 290. Dill. 133. Boerh. I. 301. Vaill. 46. Linn. G. no. 535. Roy. 482. Hall. 314. Kram. 67. Ludvv. no. 740.* Calcatrippa *Cord. Heist. 159. b. Heuch. Pr. II. 53. Heist. I. 6.*

5. NOM. SPEC. Consolida regalis hortensis flore majore & simplici cœruleo elegantissimo *C. B. pin. 142.* Flos regius *Dod. 252.* Delphinium majus sive vulgare *Park. Par. 276. no. I. 279. fig. 3. Rai. I. 708.* Delphinium hortense flore majore & simplici cœruleo *Tourn. 426. Boerh. I. 302.* an Delphinium sativum *Riv. Tab. 224. Heuch. Ind. 42.* Delphinium caule simplici, nectariis monophyllis *Linn. H. 213. Roy. 482.* Delphinium radice fibrosa, foliis tenuissime divisis *Hall. 314.*

Nota. Generis hujus species, cujus figuram ad exemplar naturale, loco figuræ Blackvvellianæ ceterum tamen valde similis, exhibemus, in hortis tantum reperitur; ejus autem totus habitus, quem satis bene PARCKINSON & ex hoc RAIVS l. c. describit & DODONAEVS depingit, multum differt non solum a habitu illius speciei, quæ in arvis sponte crescens reperitur, sed & ab illo, quem præ se fert ea species, quæ communiter Delphinium elatius dicitur & in hortorum ornamentum frequentius colitur. Flos ex sex componitur petalis modo plane singulari: quinque *fig. 1 a. a. a. a. b.* in orbem posita sunt, ex quibus supremum *fig. 1. 2 b.* peculiari cauda *c.* instructa est, quæ calcar appellatur & vaginam cavam constituit; sextum petalum *fig. 1. d. fig. 3* quod a LINNAEO nectarium vocatur, situ, figura ut & utplurimum colore a reliquis plane differt in medio erectum *fig. 1. d* ex galea bifida *fig. 3. e.* labiis duobus lateralibus *f f* & pariter cauda *g.* quam petali supremi *fig. 2. c.* vagina excipit, compositum, stamina unacum pistillo *h.* continens & petiolo *i.* innixum. Singulis floribus succedunt singulæ siliquæ *fig. 4.* ex quibus unam maturam repræsentat *fig 5.* quæ uno in latere *k.* dehiscit & plura semina *fig. 6.* continet.

Anm. Dieses Geschlechts Art, deren nach der Natur gemachte Figur wir, statt der Blackwellischen übrigens aber doch sehr ähnlichen Figur, vorstellen, wird nur in Gärten gefunden; es ist aber derselben gantze Gestalt, welche sehr wohl PARCKINSON und aus diesem RAIVS l. c. beschreibet und DODONAEVS abbildet, gar vieles unterschieden nicht alleine von der Gestalt derjenigen Art, welche in den Feldern gefunden wird, sondern auch von derselben, welchen diejenige Art zeiget, die Delphinium elatius insgemein genennet wird, und noch häufiger zur Zierde der Gärten fortgepflantzet wird. Die Blume ist aus 6. Blätlein auf eine gantz besondere Weise zusammen gesetzet: fünfe fig. 1. a. a. a. a. b. stehen in einer Reihe, unter welchen das oberste fig. 1. 2. b. mit einem besondern Schweif c. versehen ist, welcher der Sporn genennet wird und eine hohle Scheide ausmachet; das sechste Blätlein, fig. 1. d. fig. 3., welches LINNAEVS nectarium nennet, unterscheidet sich gantz durch das Lager, durch die Figur und auch insgemein durch die Farbe von den andern, indeme es in der mitte aufgerichtet ist fig. 1., aus einer galea bifida fig. 3. e., duobus labiis lateralibus f. f. und auch aus einem Schweif g., welcher in des obersten petali b. Scheide c. stecket, bestehet, die stamina und das pistillum h. in sich fasset und mit dem stiel i. vereiniget ist. Auf eine jede Blume folget eine einzele Saamen-Schotte fig. 4., davon eine zeitige fig. 5. anzeiget, welche auf einer Seite k. sich öfnet und viele Saamen fig. 6. enthält.

TAB. 27. *Lat.* Melissa, Melissophyllum. *Germ.* Melissen, Mutter-Kraut. *Gr.* μελισσόφυλλον. *Angl.* Balm, Baulm, Bawme. *Hisp.* Torongil, Hierva Cidrera. *Ital.* Melissa. *Gall.* Melisse. Pomcirade. *Belg.* Melissen, Confily de Greyn.

1. Assequitur altitudinem trium pedum, caules sunt quadrangulares, color herbæ e flavo læte viridis est, flores albi sunt.

2. In Anglia tantum in hortis crescit, floretque Mense Julio atque Augusto.

3. Usus hujus plantæ in omnibus capitis atque nervorum symptomatibus: confortat enim caput atque cor, hujusque palpitationem sedat. In lipothymia, affectionibus melancholicis, hypochondriacis ac hystericis, ut & in morbis malignis & contagiosis salutarem præstat medicinam: resistit etiam putredini, & extrinsecus applicata ictus apum atque vesparum mitigat. In officinis prostat aqua simplex.

1. Diese Pflanze wächst bis 3. Fus hoch, die Stengel sind viereckigt, das Kraut licht-gelb-grün, und die Blüthen weis.

2. Es wächst in Engeland nur blos in Gärten und blüht im Julio und Augusto.

3. Das ganze Kraut wird als eine Herz- und Haupt-stärkung gebraucht in allen Krankheiten des Haupts und der Nerven, es bekräftiget das Herz und curiret dessen Klopfen, und wird wider Ohnmachten, melancholische, hypochondrische und hysterische Zufälle adhibirt, es widerstehet der Fäulung und ist von grossen Nutzen in bösartig- und ansteckenden Krankheiten, äuserlich hilft es im Stich der Bienen und Wespen. In Apothecken wird præparirt das aqua simplex.

Anm. Die Farbe der Blume ist bey dieser Art unterschiedlich, hell-granaten, falb-purpur, und fleisch-färbig: ob diese Farben beständig fortgepflanzet werden, finden wir nicht angemerket. Es variret auch diese Art in der Zahl der Blätter in einer Pflanze: ordentlich stehen zwey, zuweilen drey, gegen einander, wie solches RUPP mit Recht angemerket, auch GERHARD und PARKINSON mit ihren Figuren (welche aber einerley sind,) fürgestellet haben; VAILLANT hingegen und KRAMER führen diesen Unterscheid als Varietäten an. Uberdieses werden die Stengel dieser Art im saudigten Boden kürzer, und breiten sich hin und wieder auf der Erden aus; im fetten und leimigten Boden hingegen werden sie viel länger und etliche davon stehen aufrecht, in welcher Gestalt unsere, statt der Blackwellischen Figur, diese Pflanze fürstellet. Die Blume ist von ihrer vordern Ansicht abgebildet fig. 1. 2., von der Seite fig. 3., von hinten fig. 4., wo zugleich der ganze calyx a. a. zu sehen. Die Blumen Blätlein häugen zusammen, und sind flach ausgebreitet, bestehen aus fünf gleich länglicht-spitzigen Einschnitten bis auf dem Grund fig. 1.2., aus welchem fünf etwas kürzere und zu unterst wolligte stamina mit einer einfachen anthera aufrecht stehen: einen dieser Einschnitte mit dem daran hangenden stamine zeiget fig. 5. Der calyx bestehet aus fünf schmählern, aber nicht kürzern, spitzigen und ebenfalls bis auf dem Grund getheilten Einschnitten fig. 6. und bleibet bis zur Zeitigung der Frucht fig. 8. 10. Dieser schliesset in sich ein kugelrundes ovarium c. fig. 7., auf welchem ein kleiner Fadenförmiger stylus mit einem Knöpflein b. fig. 6. 7. sitzet, der durch das Loch am Grunde der Blätlein durchgehet und etwas gebogen ist. Der calyx wird unterstützet von einem langen Stiel fig. 1. Die Frucht ist Kugelförmig fig. 8. und einfach, öfnet sich fast in der Mitte über quer, dessen Deckel oder obern Theil fig. 9. fürstellet, und den untern mit vielen Saamen angefüllet fig. 10. Diese hängen in der Mitte an einer Axe zusammen, sind eckigt, und fig. 11. vergrösert einzeln abgebildet.

TAB. 44. *Lat.* Jacea, Flos Trinitatis, Viola tricolor. *Germ.* Siebenfarben-Blümlein, Dreyfaltigkeits-Blume, Stief-Mütterlein, Freyssam-Kraut *Græc.* Ἴον Ἐπταχρουν. *Angl.* Pansies, Hearts-Ease, Three faces unter a Hoad. *Hisp.* Yerva di S Trinadados. *Ital.* Jaccea, minuti Pensieri. *Gall.* Herbe a la Trinitè, Pensées, Menues Pensées. *Bat.* Penseen, Drievaldige Blœmen.

1. Altitudo conficit unum pedem. Folia saturate viridia, flores vel dilute vel saturate purpurei & flavi sunt.

1. Es wächst einen Schuh lang, das Laub ist dunckel-grün, die Blumen sind hell oder dunckel-Purpurfarb und gelb.

2. Sponte crescit in agrorum marginibus, quamvis etiam in hortis colatur; flores fert omni ferme æstatis tempore.

2. Es wächst wild an dem Rande der Felder, wird aber auch in den Gärten gezogen, und blüht einen grossen Theil des Sommers.

3. Folia mucilaginosa sunt, & vulneribus applicari solent. Dicuntur tormina infantum lenire, adeoque convulsiones ex his orientes præcavere.

3. Die Blätter sind schleimigt oder mucilaginos, und werden zu Wunden gebrauchet; sie sollen das Grimmen der Kinder vertreiben, und den daher kommenden Gichtern bevorkommen.

4 NOM.

4. NOM. GEN. Viola *Rai. II. 1049. Meth. 112. no. 1. Syn. 364. Tourn. 419. Riv. III. p. 26. Heuch. Ind. 41. Rupp. 288. Dill. 48. Boerh. I. 243. Vaill. 204. Heist. I. 32. Linn. G. no. 821. Roy. 430. Hall. 502. Kram. 67. Ludvv. no. 629.*

5. NOM. SPEC. Herba Trinitatis *Brunf. II. 73. III. 29. Fuchs. 803.* Jacea *Dorsten. 156. b.* Jacea tricolor sive Trinitatis flos *J. B. III. 546.* Jaca seu herba Trinitatis *Camer. Epit. 912.* Viola tricolor *Ger. 854. Rai. II. 1052. Syn. 365. Riv. III. tab. 122. Rupp. 289.* Viola tricolor male in officinis Jacea *Heuch. Ind. 41.* Viola tricolor maior & vulgaris *Park. 756.* Viola tricolor hortensis repens, an φλὸξ καὶ φλόγιον Theophrasti *C. B pin. 199. Tourn. 420. Boerh. I. 244. Vaill. 204.* Viola flore ad latera sparso in caule supino non flagellante semine tecta capsula simplici, tricolor inodora, foliis longis *Kram. 67.* Viola pedunculis caulinis angulatis, stipulis oblongis pinnato - dentatis, foliis ovato - oblongis crenatis *Linn. H. 427. Roy. 431.* Viola (III. ordinis) annua caule procumbente, foliis sub ramis laciniatis, flore magno tricolore *Hall. 504.*

Nota. Species hæc, quam HALLERUS l. c. jure distinguit ab altera, quæ est *Viola bicolor arvensis C. B. pin. 200.*, florum magnitudine & colore, itemque caulium longitudine & situ vel erecto vel supino, multum variat. Quemadmodum autem floris color quandoque in una planta diversus reperitur, ita etiam caulium situs & magnitudo a soli & tempestatis conditione procul dubio oritur. Colores picturæ Blackvvellianæ no. 1. singulares sunt, nec ab ullo, si recte memini, hoc ordine indicati. Apud nos floris color huius speciei, ubique ferme in sepium aggeribus herbidis sponte provenientis, ex violaceo, coeruleo. albo & flavo cum nigris lineis inscriptis eo ordine, quem indicant *fig.* 5. 12, mixtus peramoenum oculis spectaculum exhibet. Quemadmodum autem iidem colores a postica facie *fig.* 6. obscuriores deprehenduntur, ita etiam ab antica nunc magis saturati *fig.* 5., nunc magis diluti *fig.* 12., imo quandoque in eadem planta ex albo & flavo tantum variegati comparent. Calyx pentaphyllus est *d. fig.* 2. 6. 7. & ad fructus maturitatem usque persistit *fig.* 10. 13. 14. Petalorum etiam numerantur quinque, quæ situ irregulari ita disposita sunt, ut, petiolo erecto, duo *fig.* 6. *a. a.* locum infimum, duo *b. b.* lateralem, & unicum calcari seu nectario instructum *c.* supremum & medium teneat, qui vero situs in caule post floris expansionem reflexo invertitur *fig.* 5. 12. Stylum cum quinque staminibus eundem arcte circumdantibus sistit *a. fig.* 7., eadem stamina inter se coalita *fig.* 8., stylum ab his denudatum unacum ovario *fig.* 9., ubi *fig.* 7. 9., calcar petali solitarii adhuc adhæret. Fructum seu capsulam seminalem clausam & apertam sistit Blackvvelliana *fig.* 3. et semen *fig.* 4., quæ vero formæ hujus speciei minus respondent, eandem capsulam maturitati proximam cum stylo persistente repræsentat nostra *fig.* 10. 11. 13. *f.*, & maturam in tres valvas dehiscentem *fig.* 14. *f.* semina *fig.* 15. Quædam harum figurarum partes accuratiori adhuc indigent delineatione.

Anm. Diese Art, welche HALLERUS l. c. von der andern welche ist Viola bicolor arvensis C. B. pin. 200., mit Recht unterscheidet, variret gar sehr in der Gröse und Farb der Blumen, ingleichen in der Länge und dem aufrechten oder niederliegenden Lager der Stengel. Gleichwie aber zuweilen die Farb der Blume an einer Pflanze unterschieden gefunden wird, also entstehet auch ohne Zweifel das Lager und die Gröse der Stengel von der Beschaffenheit des Erdreichs und der Witterung. Die Farben der Blackwellischen Mahlerey sind besonder, und von niemand, wann ich mich recht erinnere, in dieser Ordnung angezeiget. Bey uns giebet die Farbe der Blumen dieser Art, welche fast allenthalben an den grasigten Hecken wächset, aus violet, blau, weis und bleich-gelb mit schwarzen Strichen in der Ordnung, welche fig. 5. 12. anzeiget, vermischt ein angenehmes Ansehen. Gleichwie aber eben diese Farben bey der hintern Ansicht fig. 6. dunckler gefunden werden, also erscheinen sie auch bey der vordern Ansicht bald völler fig. 5. bald bleicher fig. 12., ja zu weilen an eben der Pflanze nur aus weis und bleich-gelb vermenget. Der calyx ist fünf-blättericht fig. 2. 6. 7. d. und bleibet bis zur Zeitigung der Frucht fig. 10. 13. 14. Der Blätlein der Blumen werden auch 5. gezehlet, welche in einem ungleichen Lager also eingerichtet sind, daß, wann der Stiel aufrecht stehet, zwey fig. 6. a. a. zu unterst, zwey b. b. zu beyden Seiten, und eines c., das mit einem Sporn oder dem Nectario versehen ist, zu oberst in der Mitte stehen, welches Lager aber, wann der Stiel nach aufgegangener Blume sich unterwärts bieget, umgekehret wird fig. 5. 12. Der Stylus mit 5. Staminibus, welche denselben genau umgeben, wird fürgestellet *a.* fig. 7., eben diese zusammen gewachsene Stamina fig. 8., der von diesen entblöste Stylus nebst dem ovario fig. 9., allwo fig. 7. 9. der Sporn des einfachen Blumen-Blätleins noch anhänget. Die noch geschlossene und geöfnete Frucht oder Saamen-Capsel wird abgebildet in der Blackwellischen fig. 3., die Saamen fig. 4., welche aber mit der Gestalt dieser Art nicht überein kommen; Eben diese fast zeitige Capsel mit dem überbleibenden Stylo zeiget unsere fig 10. 11. 13. f., und eine ganz zeitige in 3. Deckel aufspringende fig. 14. f., den Saamen fig. 15. Einige Theile dieser Figuren haben noch eine genauere Abbildung nöthig.

TAB. 45. *Lat.* Rubus vulgaris. *Germ.* Brombeer, Brambeer, Braunbeer, Gratzbeer. *Græc.* Βάτος. *Angl.* ⊙ Bramble, Common Bramble, Blackberry Bush. *Hisp.* Carza, Carça. *Ital.* Rovo. *Gall.* Ronce. *Bat.* Braemen, Braambezie, Braembesyen.

1. Sarmenta huius fruticis longa sunt, atque repentia. Quinque plerumque folia adhærent uni pediculo in parte fruticis inferiori; tria vero in parte eius superiori fructui proximiori: color eorum obscure viridis est, flores rubelli, interdum albi sunt; fructus tandem maturus niger evadit.

2. Crescit in multis fruticetis, & sepibus, profert flores Majo atque Junio mense, fructus autem mense Septembri maturescit.

3. Foliis tribuitur vis adstringens, eaque ad gargarismata in faucium affectionibus adhibentur. Fructus nondum maturus valde adstringit, sistit profusionem sanguinis aliorumque humorum, medetur læsionibus oris: succus autem e fructibus maturis ad syrupi consistentiam coctus ardorem urinæ mitigare perhibetur.

1. Diese Staude hat lange fortkriegende Reben. Es sind insgemein 5. Blätter auf einem Stiel am untern Theil, 3. aber oben nächst bey der Frucht, die Blätter sind denckel-grün, die Blumen bleich-roth und manchmahl weiß; die Frucht wenn sie zeitig ist, hat eine schwarze Farbe.

2. Es wächst in vielen Hecken, blüht im Junio und Julio. Die Frucht wird reif im September.

3. Die Blätter werden für zusammen ziehend gehalten, und öfters gebraucht in Gurgel-Wassern bey bösen Hälsen; die unreife Frucht ziehet starck zusammen, und ist nützlich in allen Ergiessungen des Blutes und anderer Feuchtigkeiten, wie auch bey Versehrung des Mundes; der Saft aus den zeitigen Früchten zu einem Sirup gekocht wird wider die Hitze des Urins gerühmt.

4. NOM. GEN. Rubus *Rai. II. 1639. Meth. 156. Syn. 467. Tourn. 614. Heuch. Ind. 18. Rupp. 142. Dill. 72. Boerh. II. 60. Vaill. 174. Heist. II. 25. Linn. G. no. 485. Roy. 273. Hal. 343. Kram. 137. Ludvv. no. 627.*

5. NOM. SPEC. Rubus arvensis *Tab. 896.* Rubus fructu nigro *Heist. II. 25.* Rubus maior fructu nigro *J. B. II. 57. Rai. II. 1639. Syn. 467.* Rubus vulgaris seu Rubus fructu nigro *C. B. pin. 479. Tourn. 416. Rupp. 142. Dill. 72. Boerh. II. 60. Vaill. 174.* Rubus vulgaris major *Park. 1013.* Rubus supinus maior folio pinnato, bacca glabra inodora non cava et Rubus erectus polyanthos spinosus vulgaris *Kram. 137.* Rubus caule aculeato, foliis ternatis ac quinatis *Linn. H. 192. Roy. 273.* Rubus foliis ternatis & quinatis, costa spinosa, fructu nigro & lævi *Hall. 345.*

Nota. Auctores valde variant in definiendo petalorum colore. Multi nullam plane eius mentionem faciunt, nec ipse C. BAUHINUS *l. c.* in annotandis varietatibus alias nimium curiosus; BRUNFELSIUS *III.* 586., DODONÆUS 741., MAT-

Anm. In Bestimmung der Farbe der Blumen-Blätlein sind die Auctores sehr unterschieden. Viele gedenken derselben gar nicht, auch selbst C. BAUHINUS l. c., der in Bemerkung der Varietäten sonsten allzu sorgfältig ist; BRUNFELSIUS III. 586., DO-

MATTHIOLUS 1009. CAMERARIUS *Epit.* 751. album eum deſcribunt & WEINMANNUS *Phytant. tab.* 874. *c.* atque SCHMIEDELIUS *Ic Pl. tab. II.* talem pingunt, qualem etiam ſiſtit *noſtra fig.* 2., utpote apud nos communem; ZANNICHELLIUS 228. rubeſcentem ſeu ſubrubrum (*roſſeggiante*) illum definit, qualem etiam pingit *Blackvvelliana fig.* 1.; TRAGUS 969. ex candido roſeum eum appellat; FUCHSIUS 151. CAMERARIUS *Krauterb.* 367. *a.*, TABERNÆMONTANUS *Kräuterb.* 1297. eundem ab initio rubeſcentem deinde candidum eſſe tradunt. Hinc procul dubio CÆSALPINUS 98. GERHARDUS 1271., PARKINSONUS 1013., J. BAUHINUS *l. c.* RAIUS H. *l. c.* atque HALLERUS *l. c.* hanc coloris differentiam ut accidentalem & inconſtantem, ſi non in eadem planta, ſaltem in propagatione, conſiderarunt, dum eundem vel album ſeu candidum, vel ſubrubentem ſeu carneum aut ex candido roſeum eſſe monent; hinc etiam LINNÆUS H. *l. c.* huius differentiæ ne quidem inter varietates mentionem facit. E contrario eandem differentiam tanquam diſtinctæ ſpeciei characterem conſiderarunt MAGNOLUS *Hort. Reg. Monſp.* 175. *Bot. Monſp.* 226. TOURNEF. *l. c.* TILLI *Hort. Piſ.* 149. GARIDEL 414., VON LINDERN *Tournef. Alſat.* 54. *Hort. Alſat.* 94. & SEGUIERIUS *Pl. Veron. Vol. II.* 301. Horum ſententiæ multum favet nota a DILLENIO in *Rai. Syn. l. c.* his verbis adiecta; *videntur ſane duæ Rubi vulgaris ſpecies in ſepibus & dumetis Angliæ ſponte paſſim naſci, dum alteri flores albi maiores & præcociores, alteri ſerius naſcentes, minores, purpuraſcentes. In foliis huius notabile diſcrimen non obſervatur: an in fructu etiam differentia ſit, inquiri meretur. Sane J.* BAUHINUS *& acidos, & dulces, & amaricantes, & fatuos fructus obſervavit.* Præter has differentias alius porro mentionem facit idem BAUHINUS & ex hoc RAIUS l. c. dum fructum deſcribit *ariſtis quibuſdam aſperiuſculum*, qualem etiam pingit *Blackvvelliana fig.* 3. *a. a.*, qui communiter totus lævis eſt, prouti *noſtra fig.* 7. repræſentatur, niſi forſan hæ ariſtæ ſint ſtylorum ſeu tubarum reliquiæ, quæ ſuper ſuccos acinos nonnunquam deprehenduntur monente SCHMIEDELIO *l. c. p.* 9., id quod etiam *Blackvvelliana fig.* 4. diſtinctius indicare videtur. Thalamum ſeu receptaculum denique *Blackvv. fig.* 6. *b.* ſiſtit ſatis craſſum & conicum, *noſtra fig.* 9. *c.* valde exiguum & intra fructum maturum diſſectum *fig.* 8. non conſpicuum; forſan autem in baccis maioribus ulterius extenditur, ut docet figura Schmiedeliana citata, a Blackvvelliana tamen nihilominus valde differens. Semen in ſingulis baccis contentum *fig.* 5. 10. delineat.

DODONÆUS 741., MATTHIOLUS 1009., CAMERARIUS Epit. 751. beſchreiben denſelben weiß, und WEINMAN Phytant. tab. 874. c. ingleichen SCHMIEDELIUS Ic. Plant. tab. II. mahlen ihn alſo, gleichwie auch ſolchen unſere fig. 2. fürſtellet, und er bey uns insgemein gefunden wird; ZANNICHELLIUS 228. nennet denſelben röthlicht (roſſeggiante), wie ihn auch die Blackwelliſche fig. 1. mahlet; TRAGUS 969. beſchreibet denſelben aus dem weiſſen roſenfärbig; FUCHSIUS 151., CAMERARIUS Kräuterb. 367. a., TABERNÆMONTANUS Kräuterb. 1297. geben vor, daß er anfänglich röthlicht ſeye, nachmals weiß werde. Daher haben ohne Zweifel CÆSALPINUS 98., GERHARD 1271., PARKINSON 1013., J. BAUHINUS l. c., RAIUS l. c. und HALLER l. c. dieſen Unterſcheid der Farbe als zufällig und unbeſtändig, wann nicht in einem Gewächſe, wenigſtens in der Fortpflanzung, angeſehen, indeme ſie erinnern, daß er entweder weiß oder röthlicht, fleiſchfärbig oder aus dem weiſſen roſenfärbig ſeye; daher hat auch LINNÆUS H. l. c. nicht einmal unter den Varietäten dieſen Unterſcheid gemeldet. Hingegen haben denſelben, als ein Kennzeichen unterſchiedener Arten, angeſehen MAGNOL H. Reg. Monſp. 175. Botan. Monſp. 226., TOURNEFORT l. c. TILLI H. Piſ. 149. GARIDEL 414., von LINDERN Tournef. Alſat. 54. Hort. Alſat. 94. und SEGUIER pl. Veron. Vol. II. 301. Dieſer ihre Meynung beſtärket DILLENIUS in der Anmerkung zur Rai Syn. l. c. mit dieſen Worten: Es ſcheinet, daß zwo Arten der gemeinen Brommbeer Staude in den Hecken und Büſchen Engelands hin und wieder freywillig wachſen, indeme der einen Blumen weiß, gröſer und frühzeitiger ſind, der andern ſpäter erſcheinen, kleiner und purpurfärbig ſind. In den Blättern wird kein merkwürdiger Unterſcheid wahrgenommen; ob in der Frucht auch ein Unterſcheid ſeye, verdienet eine Unterſuchung J. BAUHINUS hat würklich ſaure, ſüſſe, bittere und unſchmackhafte bemerket. Auſer dieſem Unterſcheid hat eben dieſer BAUHINUS und aus demſelben RAIUS l. c. noch eines andern Meldung gethan, indeme er die Frucht von einigen Gräten rauh beſchreibet, wie ſolche auch die Blackwelliſche fig. 3. a. a. mahlet, da ſie insgemein ganz glatt iſt, wie ſie unſere fig. 7. fürſtellet, wann nicht etwan dieſe Gräte nichts anders ſind, als Uberbleibſel der verdorrten ſtylorum oder tubarum, welche zuweilen auf den ſaftigen Beeren gefunden werden, wie ſolches SCHMIEDELIUS l. c. p. 9. anmerket, und auch die Blackwelliſche fig. 4. deutlicher anzuzeigen ſcheinet. Der Thalamus oder das Receptaculum wird endlich in der Blackwelliſchen fig. 6. b. ziemlich dick und Kegelförmig fürgeſtellet, in der unſern fig. 9. c. ſehr klein und innerhalb der reiſen entzwey geſchnittenen Frucht fig. 8. unſichtbar; vielleicht aber erſtrecket ſich daſſelbe bey groſen Beeren weiter, wie die angezogene Schmiedeliſche Figur beweiſet, jedoch von der Blackwelliſchen ſehr unterſchieden iſt. Der Saamen, welchen ein jedes Beerlein in ſich ſchlieſſet, wird fig. 5. 10. abgebildet.

TAB. 46. *Lat.* Betonica, Betonica ſylveſtris aut vulgaris. *Germ.* Betonien, braune Betonien, Wieſen-Betonien, Batenige. *Græc.* Κίςρον, ψυχότροφον. *Angl.* Betony, Wood Betony. *Hiſp.* Bretonica. *Ital.* Betonica. *Gall.* Betoine, Betoeſne. *Belg.* Betonie.
⊙

1. Octodecim digitorum menſuram altitudine exæquat: folia ſaturate viridia ſunt, flos purpureus eſt.

2. Creſcit in ſylvis, fruticetis atque ad ſepes menſeque Majo atque Junio floret.

3. Prodeſt capiti atque hepati, & refertur ad herbas vulnerarias. Adeo ab antiquis hæc planta æſtimabatur, vt ANTONIUS MUSA, Auguſti Imperatoris Archiater, integrum tractatum de ea conſcribere ſuſceperit. Folia ſiccata & Tabaco permiſta, deinde vero per fumifugium accenſa, attracto per os fumo cephalæam depellere, vertiginem curare, oculorumque affectus tollere perhibentur. Cum Salvia ſylveſtri & Chamæpyti miſta potionem præbent utiliſſimam ad leniendam podagram & rheumata doloroſa. Folia adhuc viridia contuſa conducunt vulneribus recentibus & feſtucis extrahendis. Conſerva florum atque emplaſtrum de Betonica in officinis proſtant.

1. Sie wächſt bis 18. Zoll hoch, die Blätter ſind dunckel gras-grün, die Blüthe Purpur-roth.

2. Die Betonie wächſt in Wäldern, Gebüſchen und an den Hecken, ſie blüht im May und Juni.

3. Sie iſt dem Haupt und Leber gut und unter den Wund-Kräutern. Die Alten haben ſie ſo hoch geſchätzet, daß ANTONIUS MUSA, Leib-Medicus des Kaiſers Auguſti, einen ganzen Tractat davon geſchrieben. Die Blätter getrocknet und mit Toback gemiſcht, werden häufig gebrauchet wider den Kopf-Schmerzen, den Schwindel und böſe Augen. Vermiſcht mit wilden Salbey und Schlag-Kräutlein gibt es einen guten Thee-Trank in Zipperlein und ſchmerzhaften Flüſſen. Die friſche zerquetſchte Blätter ſind gut in friſchen Wunden und Splitter herauszuziehen. In der Officin hat man die Conſerve der Blumen, und das Emplaſtrum de Betonica.

4. NOM. GEN. Betonica *Rai. I. 550. Meth. 62. V. 1. Syn. 238. Tourn. 202. Riv. I. p. 10. Heuch. Ind. 26. Rupp. 230. Dill. 126. Boerh. I. 154. Vaill. 20. Heiſt. I. 5. Linn. G. no. 571. Roy. 316. Hall. 645. Kram. 49. 53. Ludvv. no. 203.*

5. NOM. SPEC. Vetonica *Cord. in Dioſc. IV. c. 1. Hiſt. 164. b.* Betonica *Brunf. I. 88. Fuchſ. 350. Dorſt. 38. Gerh. 714. Rai. I. 550. Riv. I. tab. 28. Rupp. 230. Dill. 126. Linn. H. 310.* Betonica purpurea *Trag. 197. C. Baub. pin. 235. Tourn. 203. Boerh. I. 154. Vaill. 20.* Betonica flore purpureo *Heuch. Ind. 26. Kram. 53.* Betonica flore rubro *Heiſt. I. 5. Kram. 49.* Betonica vulgatior flore purpureo *Park. 614.* Betonica vulgaris *Cluſ. XXXIX.* Betonica vulgaris purpurea *J. Baub. III. 301.* Betonica lacinula intermedia corollarum labii inferioris emarginata *Roy. 316.* Betonica foliis inter verticillos in vertice congeſtos breviſſimis & integris *Hall. 646.*

Nota.

Nota. Flores verticilli instar caulem dense circumdant & in summitate spicam componunt nunc laxiorem *fig.* 1., nunc compactiorem *fig.* 2., inter quam subinde foliola quædam angusta absque petiolis *a, a. fig.* 1. 2. intercedunt; ipsi vero spicæ subiicitur par foliorum paullo maiorum coniugatorum & manifeste per marginem dentatorum *fig.* 1. 2. *b. b.* Sæpius unus vel alter florum verticillus a spica separatus reperitur similiter binis foliis coniugatis terminatus *fig.* 1. *c. c.*, quæ folia etiam petiolis carent. In reliquo caule plerumque alia adhuc foliorum multo maiorum atque petiolis suffultorum conjugatio *fig.* 1. *d. d.* reperitur; plurima autem longissimis petiolis prædita *e.* ex ipsa radice proveniunt & circa caulem colliguntur: ceterum omnia petiolata folia basi subrotunda a reliquis caulinis differunt. Corolla floris, magnitudine naturali *fig.* 3. 4. aucta *fig.* 5. a latere delineata, ex albo & purpureo eleganter variegata est &, per microscopium præcipue considerata, tota scatet villis tenuissimis albis; tubus *f. fig.* 5. 6. inferius angustior, superius amplior & paullulum inflexus est; fauces *g. fig* 3. 4. 5. amplissimæ sunt, quas ab antica facie magnitudine naturali *fig.* 7., aucta *fig.* 8. sistit; galea *h. fig.* 4. 5. simplex est, erecta paullulum tamen reflexa, ad fauces *i. fig.* 7. 8. 9. 10. ampla & explanata, mox *k.* multo angustior & introrsum corniculi in formam convoluta atque in summitate *l.* leviter fissa vel saltem sinuata; barba *m. fig.* 4. 5. 6. horizontaliter ferme expansa & tripartita est *m. n. o. fig.* 7. 8. 11. 12., in cuius segmento medio *m.*, reliquis latiori, ex albo ac dilute purpureo eleganter variegato & in margine undulato, plica singularis per medium elevatur ita, ut sulcus per ejus medium excurrens ad marginem sinum quasi exiguum formet. Stamina quatuor tubo adhærent ita, ut duo galeæ vicina *p. p. fig.* 9. 10. paullulum longiora, duo barbæ proximiora *p. p. fig.* 11. 12. breviora sint, omnia autem parum extra fauces promineant *p. fig.* 7. 8. Stylus simplex, in vertice bifidus *fig.* 13. magnitudine naturali, *fig.* 14. aucta, quatuor insistit ovulis nudis. Calix *q. fig.* 3. 4. 5. 15. 16. 17. brevis quinque terminatur denticulis angustis, longis, rectis, mollibus, exterius villosis & ex nigro purpurascentibus, ex quibus duo infimi *r. fig.* 16. 17. a tribus superioribus paullulum recedunt & arctius ad se invicem accedunt, hincque calycem quasi bilabiatum formant, id quod *fig.* 17. magnitudine aucta distinctius indicat. Semina matura *fig.* 18. 19. sunt ex atro fusca & angulosa, ex quibus unum *fig.* 20. magnitudine aucta sistit. *Figuræ* 1. 3. 15. ad exemplar Blackvvellianum factæ, 2. 4 — 14. 16. 17, 19. 20. ad naturæ ductum adiectæ sunt.

Anm. Die Blumen stehen dichte in einem Wirbel um den Stengel, und machen zu oberst einen Büschel, der manchmalen weitschichtiger fig. 1. manchmalen dichter fig. 2. ist, zwischen welchem einige schmahle Blätlein ohne Stiele a. a. fig. 1. 2. sich zeigen; unter dem Blumen-Büschel selbsten aber stehen zwey etwas grösere, und an dem Umkreiß deutlich ausgezackte Blätlein b. b. fig. 1. 2. gegen einander. Oefters zeiget sich ein und der andere Blumen-Wirbel vom Büschel abgesondert und ebenfalls mit zweyen gegeneinanderstehenden Blätlein unterstützet fig. 1. c. c., die auch keinen Stiel haben. An dem übrigen Stengel stehet insgemein noch ein paar viel grösere und mit Stielen versehene Blätter fig. 1. d. d.; viele aber mit gar langen Stielen e. kommen aus der Wurzel hervor rund um den Stengel. Alle diese Blätter mit Stielen sind mit einer Rundung beym Anfang von den andern unterschieden. Die Blume, welche in natürlicher Grösse fig. 3. 4., vergrössert fig. 5., seitwerts abgebildet ist, ist aus weiß und purpur schön gemischet und, sonderlich durch ein Vergröserungs-Glas betrachtet, ganz mit zarten weissen Härlein besetzt; die Röhre f. fig. 5. 6. ist unten enger, oben weiter und etwas gebogen; die Mundung g. fig. 3. 4. 5. ist weit offen, welche von der vordern Ansicht in natürlicher Grösse fig. 7. vergrösert fig. 8. fürstellet; der Helm h. fig. 4. 5. ist einfach, stehet aufrecht, doch etwas zuruck gebogen, ist bey der Mundung i. fig. 7. 8. 9. 10. weit und ausgebreitet, bald aber k. viel schmähler und wie ein Hörnlein einwarts gewickelt, zu oberst l. ganz seichte gespalten oder wenigstens ausgeschweift; der Barth m. fig. 4. 5 6. stehet fast gerade über quer ausgebreitet und ist in drey Theile getheilet m. n. o. fig. 7. 8. 11. 12. auf dessen mittlern Theil m., der breiter als die andern, und schön aus weis und hellpurpur gefärbet auch im Umkreiß wellenartig gebogen ist, erhebet sich durch die Mitte eine besondere Falte dergestalt, daß seine durch die Mitte laufende Furche am Umkreiß gleichsam eine kleine Ausschweifung machet. Vier Stamina hängen also an der Röhre, daß zwey davon nahe am Helm p. p. fig. 9. 10. etwas länger, und zwey näher am Barth p. p. fig. 11. 12. kürzer sind, alle aber wenig über die Mundung hervorragen p. fig. 7. 8. Der einfache und zu oberst gespaltene Stylus in natürlicher Grösse fig. 13., vergrössert fig. 14., sitzet auf vier blosen Eylein. Der calix q. fig. 3. 4. 5. 15. 16. 17. ist kurz und endiget sich mit fünf Spitzen, die schmahl, lang, gerade, weich, ausen harigt und dunkel-purpurfärbig sind: die zwo unterste davon r. fig. 16. 17. stehen von den drey obern etwas ab und näher beysammen, machen daher gleichsam einen calycem bilabiatum, welches die vergröserte fig. 17. deutlicher anzeiget. Die zeitige Saamen fig. 18. 19. sind schwarz-braun und eckigt: einen davon bildet fig. 20. vergrössert ab. Figuræ 1. 3. 15. sind nach dem Blackwellischen Exemplar gemachet, 2. 4 — 14. 16. 17. 19. 20. nach der Natur beygesetzet.

TAB. 47. *Lat.* Marum Syriacum, Maiorana Cretica, Marum Cretense. *Germ.* Katzen-Kraut. *Græc.* Μάρον ἢ ⊙ ὑσόβζιαν. *Angl.* Marum, Syrian Mastick, Thime. *Ital.* Maro.

1. Hæc planta, unum pedem altitudine æquat; Folia sunt glauca, flos ruber.

2. Sponte crescit in Candia atque Syria; in nostris vero hortis a curiosis colitur, & mense Julio flores parit.

3. Marum refertur ad herbas caput atque nervos confortantes, & sternutatorii vicem præstat. Præter hoc exiguum habet usum in medicina.

1. Diese Pflanze wächst einen Fuß hoch, die Blätter sind graugrün, und die Blüthe roth.

2. Man findet es wild in Candia und Syrien, bey uns aber wird es in Gärten von den Liebhabern gezogen; es blühet im July.

3. Das Marum wird unter die Haupt- und Nerven-stärkende Kräuter gezählet und zum Schnupfen gebraucht, ist aber sonsten von wenigen Gebrauch in der Medicin.

4. NOM. GEN. Teucrium *Rai. I. 526. Linn. G. n. 558. Roy. 305. Ludvv. n. 190.* Marum *Rai. Meth. 60. Heuch. Ind. 24. Rupp. 220. Boerh. I. 182. Heist. I. 20.* Pseudo-Marum *Riv. I. p. 5*. 8. Kram. 49.* Chamædris *Tourn. 204.*

5. NOM. SPEC. Marum Cortusi *J. B. III. 242. Rai. I. 527. Moris. III. 420. Rupp. 220.* Marum Syriacum & Creticum *Herm. H. Lugd. B. 409. Boerh. I. 182.* Marum flore purpureo & Marum verum officinarum *Heuch. Ind. 24.* Marum flore rubro *Heist. I. 20.* Pseudo-Marum *Riv. I. Tab. 13. Kram. 49.* Chamædrys maritima incana frutescens, foliis lanceolatis *Tourn. 205.* Teucrium foliis ovatis utrimque acutis integerrimis, floribus solitariis spicatim digestis *Linn. H. 303. Roy. 305.*

Nota. Marum, Teucrium & Chamædryn solo habitu totius plantæ & florum situ, non autem floris & fructus structura differre, omnes consentiunt auctores systematici. Qui habitum totius plantæ inter characteres genericos admittunt, totidem genera inde constituunt, reliqui unum; distingunt tamen Chamædryn & Marum a Teucrio propter calycem tubulatum, quem in hoc campanulatum appellant. *Fig. I. Blackvvelliana* sistit habitum totius plantæ, *Fig. II. nostra* ramulum ejus. *Fig.* 1. 8. 12. *Blackvvelliana* repræsentant florem, fructum & semina sigillatim, reliquæ a nobis additæ eadem, atque in his *fig.* 2. *a.* calycem cum flore coniunctum, *fig.* 9. eundem separatum, & *fig.* 10. a facie antica patentem quinquefidum, *fig.* 11. vero magnitudine auctum, ut eius textura pilosa nec non denticuli bini superiores maiores & reflexi unacum tribus inferioribus minoribus rectioribus clarius appareant. *Fig.* 2. *b.* delineat corollam cum calyce iunctam, *fig.* 3. separatam a facie laterali & *fig.* 4. a facie antica, atque in his sigillatim *c. fig.* 3. tubum corollæ angustum & incurvatum, *d. e. f. fig.* 2. 3. 4. limbum corollæ in quin-

Anm. Daß das Marum, Teucrium und die Chamædrys alleine durch die Gestalt der ganzen Pflanze und das Lager der Blumen, nicht aber durch die Bildung der Blume und der Frucht, voneinander unterschieden seyn, stimmen alle auctores systematici überein. Diejenige, welche die Gestalt der ganzen Pflanze unter die Geschlechts-Zeichen aufnehmen, machen eben so viele Geschlechte daraus, die andere nur eines; doch unterscheiden sie die Chamædryn und das Marum von dem Teucrio wegen des calycis tubulati, welchen sie bey diesem campanulatum nennen. Die Blackwellische fig. I. stellet die Gestalt der ganzen Pflanze für, unsere fig. II. einen Zweig derselben. Die Blackwellische fig. 1. 8. 12. bildet die Blumen, die Frucht und den Saamen besonders ab, die übrige von uns beygefügte eben dieselbige, und durch diese fig. 2. a. den calycem mit der Blume vereiniget, fig. 9. eben denselben abgesondert und fig. 10. von der vordern offenstehenden und fünffach getheilten Ansicht, fig. 11. aber vergrössert, damit seine haarigte Bildung wie auch die zween obere, grösere und zuruckgebogene Einschnitte nebst den drey untern kleinern und gerädern deut-

licher

quinque partes inæquales divisum: duæ ex his acutæ *d.* sursum eriguntur, duæ aliæ obtusiores *e.* latera & unica lata cochlearis instar excavata *f.* medium inferius occupant. LINNÆUS duas partes superiores *d.* pro labio superiori & reliquas tres *e. f.* pro labio inferiori tripartito declarat: reliqui limbum unilabiatum quinquepartitum dicunt. Pone hiatum corollæ supremum prominent stamina & stylus *g. fig.* 2., illorum sunt quatuor exiguis antheris coronata & tubi lateribus accreta *g. fig.* 5.; stylus est simplex in vertice bifidus *h. fig.* 6., qui insistit quatuor ovulis *i. fig.* 6. 7. quæ in totidem abeunt semina *fig.* 13, ex quibus unum magnitudine auctum & pariter pilosum *fig.* 14. depingitur.

lich erscheinen. Fig. 2. b. bildet die mit dem calyce vereinigte corollam ab, fig. 3. abgesondert von der Seite, fig. 4. von vornen, und bey dieser insbesondere c. fig. 3. die enge und krumme Röhre, d. e. f. fig. 2. 3. 4. den fünffach ungleich getheilten limbum: Zween spitzige Theile davon d. stehen in die Höhe, zween stumpfere e. zu beyden Seiten, und einer, breiter als ein Löffelein ausgeholter f. in der Mitte nach unten. LINNÆUS nennet die zween obere Theile d. labium superius und die übrige drey e. f. labium inferius tripartitum: von denen übrigen wird der ganze limbus genennet unilabiatus quinquepartitus. Hinter dem obersten Spalt der corollæ ragen die stamina und der stylus g. fig. 2. hervor: jener sind vier mit gar kleinen antheris versehen und an der Röhre angewachsen g. fig. 5.; der Stylus ist einfach, zu oberst gespalten h. fig. 6., sitzet auf vier Eylein i. fig. 6. 7., daraus eben so viele Saamen werden fig. 13., davon einer vergrössert und ebenfalls haarigt fig. 14. abgebildet ist.

TAB. 48. *Lat.* Becabunga. *Germ.* Wasserbungen, Bachbungen, Bachbummen. *Græc.* Ἀναγαλλίς. *Angl.* Brook-lime, Water Pimpernel, Water-Speedwel. *Gall.* Cresson aquatique, Berle. *Belg.* Waterbongen, Bekabung, Bekeboon, Beek-pungen.

⊙

1. Alta est sedecim digitos, folia colore viridi splendent. Caulis e rubro viridis, flos amœne cœruleus est.

2. Reperitur ad rivos & flumina, ut & ad piscinas; floret mense Junio, & per totam hyemem folia retinet.

3. Pertinet ad aperientes atque antiscorbuticas herbas; multas partes habet votatiles, & ingreditur succos antiscorbuticos potionesque scorbuto contrarias. Purgat insimul atque detergit, obstructiones renum ex sabulo vel mucidis humoribus ortas aperit: in calculo & hydrope quoque usui esse potest. MATHIOLUS molam ex utero depellere, & menses ciere tradit.

1. Es wächst 16. Zoll hoch, die Blätter sind grasgrün, die Stengel röthlich-grün, die Blüthe schön blau.

2. Diese Pflanze findet sich an Bächen und Flüssen, Weyern oder Teichen, blühet im Juny und behält seine Blätter den ganzen Winter.

3. Es gehört unter die antiscorbutischen und eröfnenden Kräuter, hat viele flüchtige Theile und ist gut im Scharbock, wie es denn ein ingrediens ist, der antiscorbutischen Säfte und der Tränke, die hierwider gebraucht werden. Es reiniget gleichfalls und detergiret, hat seinen Nutzen in Verstopfungen der Nieren von Sand oder schleimigten Feuchtigkeiten, ingleichen im Stein und der Wassersucht. MATHIOLUS sagt, es treibe die Gewächse aus der Mutter und befördere die monathliche Reinigung.

4. NOM. GEN. Veronica *Rai. l. 852. Meth. 83. Syn. 278. Tournef. 143. Dill. 76. Boerh. l. 224. Vaill. 202. Heist. l. 31. Linn. G. no. 20. Roy. 301. Hall. 527. Kram. 48. Ludvv. no. 183.* Beccabunga *Riv. l. p. 5**. 18. Heuch. Ind. 28. Rupp. 246.*

5. NOM. SPEC. I. Berula seu Anagallis aquatica *Tabern. ic. 719.* Anagallis aquatica folio rotundiore maior *I. B. III. 791.* Anagallis aquatica sive Becabunga maior *Park. 1237.* Anagallis maior folio subrotundo *C. B. pin. 252.* Anagallis rectius Veronica aquatica folio rotundiore maior *Rai. l. 852.* Veronica aquatica maior folio subrotundo *Morif. III. 323. Tourn. 145. Dill. 76. Boerh. l. 225.* Veronica aquatica maior Beccabunga dicta *Heist. l. 31.* Veronica aquatica vulgo Becabunga maior folio subrotundo *Kram. 48.* Beccabunga *Riv. tab. 100. fig. 1.* Beccabunga officinarum *Rupp. 246.* Beccabunga seu Veronica aquatica maior folio subrotundo *Heuch. Ind. 28.*

- - - - - - II. Sion *Brunf. III. 169. Fuchs. 725.* Sion non odoratum *Trag. 187.* Hydropiper *Dorst. 155. b.* Anagallis seu Becabunga *Ger. 620.* Anagallis aquatica *Dod. 893. Thal. 14.* Anagallis aquatica vulgaris sive Becabunga *Park. 1236.* Anagallis aquatica minor *I. Tab. ic. 718.* Anagallis aquatica flore cœruleo folio rotundiore minor *J. B. III. 790.* Anagallis aquatica minor folio subrotundo *C. B. pin. 252.* Anagallis rectius Veronica aquatica minor folio subrotundo *Rai. l. 852.* Veronica aquatica rotundifolia Becabunga dicta minor *Rai. Syn. 280.* Veronica aquatica minor folio subrotundo *Morif. III. S. III. tab. 24. Tourn. 145. Dill. 76. Boerh. l. 225. Vaill. 202.* Veronica aquatica vulgo Beccabunga minor *Kram. 48.* Veronica aquatica foliis ovatis ex alis racemosa *Hall. 528.* Veronica foliis oppositis lævibus crenatis floribus laxe spicatis ex alis *Linn. H. 8.* floribus laxe spicatis lateralibus *Roy. 302.* Beccabunga minor *Riv. l. tab. 100. fig. 3.* Beccabunga seu Veronica aquatica minor folio subrotundo *Heuch. Ind. 28.* Beccabunga minor folio subrotundo *Rupp. 246.*

- - - - - - III. Berula maior *Tab. ic. 719.* Anagallis aquatica maior *Ger. 620.* Anagallis aquatica folio oblongo crenato *Park. 1237.* Anagallis aquatica maior folio oblongo *C. B. pin. 252.* Anagallis aquatica flore cœruleo folio oblongo maior *I. B. III. 791.* Anagallis rectius Veronica aquatica maior folio oblongo *Rai. l. 852.* Veronica aquatica maior folio oblongo *Morif. III. p. 323. Sect. III. tab. 24. Tourn. 145. Dill. 84. Boerh. l. 225. Vaill. 202.* Veronica aquatica vulgo Beccabunga maior folio oblongo *Kram. 48.* Veronica aquatica foliis ovatis acuminatis ex alis racemosa *Hall. 528.* Beccabunga seu Veronica aquatica maior folio oblongo *Heuch. Ind. 28.* Beccabunga folio oblongo maior *Rupp. 246.*

Nota. Figuræ I. Blackvvellianæ competunt nomina no. I. indicata, fig. II. & III. nostræ illa no. II. & III. addita. Tres has differentes plantas pro varietatibus declarat LINNÆUS *H. Cliff. l. c. 3.* prima & secunda pariter varietates sunt HALLERO, sed tertiam ut distinctam speciem recenset idem. RIVINI operis prima exemplaria primæ tantum differentiæ iconem nomine *Beccabunga* exhibent; postea accessit altera nomine *Beccabungæ minoris angustifoliæ*, quæ convenit cum *Veronica aquatica longifolia media Raj. Syn. 280. seu Anagallide aquatica minore, flore purpurascente, folio oblongo I. B. III. 791.* & est varietas tertiæ figuræ nostræ HALLERO; ultimis exemplaribus Rivinianis denique addita est tertia icon nomine *Beccabungæ minoris*, quæ proxime accedit ad nostram figuram II. Prima & secunda differentia a nobis indicata varietates tantum omnino sunt & forsan ne quidem constantes, quum in sola partium magnitudine consistant: tertia vero constanter differt non so-

Anm. Der Blackwellischen I. Figur werden die no. I. angezeigte Nahmen zugeeignet, der II. und III. von uns beygefügten Figur die no. II. und no. III. beygesetzte Nahmen. Diese drey unterschiedene Pflanzen erkläret LINNÆUS H. Cliff. l. c. für varietæten; die erste und zweyte hält HALLERUS l. c. ebenfals für varietæten, die dritte aber führet er als eine besondere Art an. Die erste Abdrucke von RIVINI Werk bilden nur die erste Art unter dem Nahmen Beccabungæ ab; nachmals kam eine andere Figur dazu, mit dem Nahmen Beccabunga minor angustifolia, welche scheinet zu seyn Veronica aquatica longifolia media *Raj. Syn.* 280. oder Anagallis aquatica minor, flore purpurascente, folio oblongo *I. B. III.* 791. und HALLERUS als eine varietæt unserer dritten Figur anführet; den letzten Abdrucken des Rivinischen Werckes wurde endlich die dritte Figur mit dem Nahmen Beccabunga minor beygefügt, welche unserer II. Figur nahe kommt. Die erste und zweyte von uns abgebildete Arten sind

ſolum foliorum figura, verum etiam habitu vere erecto et elatiori, florum praeterea colore multo pallidiori, propptereaque ut diſtincta ſpecies merito conſideratur. Floris fructusque partes ſigillatim depingunt figurae Blackvvellianae 1. 10. 11. 16. et noſtrae 2.-9. 12- 15. 17. 18. a no. II. deſumtae. His ſiſtuntur calyx monophyllus quatripartitus *a. fig.* 2. a facie antica magnitudine naturali *et fig.* 3. magnitudine aucta, a facie laterali *fig.* 5. 6. et ad fructus maturitatem perſiſtens *fig.* 12. 13.; Corolla a facie antica *fig.* 2. 3., a facie poſtica *fig.* 4. pariter quadrifida, cujus ſegmentum ſupremum *b.* latiſſimum, lateralia *c. c.* anguſtiora, infimum *d.* anguſtiſſimum, ob quam magnitudinem inaequalem flos hic irregularibus adſcribitur; corolla ſeparata integra vereque monopetala *fig.* 4. cum foramine *e.* in fundo pro ſtyli tranſitu; Stamina duo *f. f. fig.* 3. duobus ſegmentis corollae lateralibus accreta, unum ex his ſeparatum magnitudine aucta *fig.* 7.; Stylus ſimplex et ſimplici capitulo coronatus, ovario inſiſtens et ex centro floris ſurgens *g. fig.* 3.; ſeparatus in magnitudine naturali *fig.* 8., aucta *fig.* 9.; fructus bilocularis a facie laterali *fig.* 10. 11. 12., poſtica *fig.* 13., horizontaliter diſſectus *fig.* 14., et magnitudine aucta *fig.* 15.; ſemina *fig.* 16. 17., magnitudine aucta *fig.* 18.

ſind würkliche und vielleicht nicht einmal beſtändige Varietäten; weil der Unterſcheid nur allein in der Gröſe der Theile beſtehet; die dritte aber unterſcheidet ſich beſtändig nicht nur alleine durch die Geſtalt der Blätter, ſondern auch durch eine würklich aufrechte und erhöhete Einrichtung der ganzen Pflanze, ja über dieſes durch die viel bleichere Farbe der Blume, und wird daher billig als eine beſondere Art betrachtet. Die Theile der Blume und der Frucht beſonders werden durch die Blackwelliſche fig. 1. 10. 11. 16. und durch die Unſerige von no. II. genommene fig. 2-9. 12-15. 17. 18. abgebildet. Durch dieſe wird fürgeſtellet der einfache und viermal getheilte calyx von der vordern Anſicht in natürlicher Gröſe a. fig. 2., und vergröſert fig. 3., von der Seite fig. 5. 6. und wie er bis zur zeitigen Frucht verbleibet fig. 12. 13.; Die Corolla von der vordern Anſicht fig. 2. 3., von der hindern fig. 4. ebenfalls viermal getheilet, deſſen oberſter Theil b. der breiteſte iſt, die beyde zur Seiten c. c. ſchmähler ſind, und das unterſte d. am ſchmählſten iſt, wegen welcher ungleicher Gröſe dieſe Blume unter die irregulairen gerechnet wird; Die corolla abgeſondert, ganz und würcklich einfach fig. 4. mit dem Loch im Grund e., durch welches der Stylus gehet; Die zwey ſtamina f. f. fig. 3., welche an den beyden Seiten-Theilen der corollae angewachſen ſind; eines davon abgeſondert und vergröſert fig. 7.; der einfache und zu oberſt mit einem einfachen Häuptlein verſehene Stylus, der auf dem ovario ſitzet und aus dem Grund der Blume hervorkommet g. fig. 3., abgeſondert in natürlicher Gröſe fig. 8., vergröſert fig. 9.; Die aus zwey Fächlein beſtehende Frucht in der Anſicht von der Seite fig. 10. 11. 12., von hinten fig. 13., über quer entzwey geſchnitten fig. 14. und vergröſert fig. 15.; Die Saamen fig. 16. 17., vergröſert fig 18.

TAB. 49. *Lat.* Spinachia. *Germ.* Spinat, Spinetſch, grünes Kraut. *Graec.* Σπανάχια, σπανάχιον. *Angl.* Spinach, Spinache, Spinage, Spinge. *Hiſp.* Spanache, Eſpinaca. *Ital.* Spinacci, Spinace. *Gall.* Eſpinaches, Epinars. *Belg.* Spinagie.

⊙✝

1. Haec planta duos fere pedes alta fit, folia viredinem gramineam oſtendunt, flores autem ex diluta flavedine et viredine pallent.

2. Seritur quotannis in hortis, et pro ratione temporis, quo ſeritur, vel citius, vel tardius floret.

3. Spinachia magis ad cibum, praecipue verno tempore, quam ad medicamenta ex ea praeparanda adhibetur: cocta ſiquidem optime ſapit, et virtute refrigerandi, humectandi, urinam alvumque promovendi, hincque calorem atque acredinem humorum mitigandi pollet. SERAPIO, Medicus Arabs, aſſerit, Spinachiam excitare flatus, a cujus uſu propterea illos, qui colico morbo laborant, merito abſtinere oporteat.

1. Es wächſt bis 2. Fuß hoch, die Blätter ſind grasgrün, die Blüthen lichtgelblicht grün.

2. Man ziehet es jährlich in Gärten, und es blühet nach Verſchiedenheit der Monate, worinnen es geſäet worden.

3. Der Spinat wird mehr zum Eſſen als zur Arzney gebrauchet, giebet ein ſehr gut gekochtes Gemüß, und wird alſo viel im Frühling gebraucht, es temperieret die Hitze und Schärffe der Feuchtigkeiten, indem es kühlet, anfeuchtet und den Urin treibet auch den Leib offen hält. SERAPIO, ein Arabiſcher Medicus, ſagt der Spinat mache Blähungen, und ſolten ihn alſo diejenige zu eſſen unterlaſſen, welche mit der Colic geplagt ſind.

NOM. GEN. Spinachia *Raj. I.* 162. *Meth.* 19. *no.* 4. *Heuch. ind.* 54. *Heiſt. II.* 27. *Kram.* 20. 86. 87. Spinacia *Tourn.* 533. *Rupp.* 326. *Boerh. I.* 103. *Linn. Gen. no.* 900. *Roy.* 221. *Ludvv. no.* 929.

5. NOM. SPEC. I. Olus Hiſpanicum *Trag.* 325. Lapathum hortenſe ſeu Spinacia ſemine ſpinoſo *C. B. pin.* 114. Spanachia *Fuchs.* 668. Spanachium *Cam. Epit.* 245. Spinachia *Dod.* 619. *Tab. ic.* 425. *Gerb.* 330. *Park.* 751. *Raj. I.* 162. Spinachia mas *Lugd.* 543. *J. B. II.* 963. Spinacia *Matth.* 464. *Lob. ic.* 257. Spinacia vulgaris capſula ſeminis aculeata *Tourn.* 533. *Rupp.* 326. *Boerh. II.* 103. *Heiſt. II.* 27. *Kram.* 20. Spinacia femina *Linn. H.* 457. *Roy.* 221.

II. Lapathum hortenſe ſeu Spinacia ſemine non ſpinoſo *C. B. pin.* 115. Spinachia nobilis et I. *Trag.* 324. Spinachia ſylveſtris *Gerb.* 330. Spinachia ſemine non pungente, folio majore rodundiore *J. B. II.* 964. *Raj. I.* 162. Spinacia vulgaris capſula ſeminis non aculeata *Tourn.* 533. *Rupp.* 326. *Boerh. II.* 104. *Heiſt. II.* 27. *Kram.* 20.

III. Lapathum hortenſe ſeu Spinacia ſterilis *C. B. pin.* 115. Spinachia *III. Trag.* 326. Spinachia foemina *Lugd.* 545. *Camer. Hort.* 164. Spinacia mas *Linn. H.* 457. *Roy.* 221.

Nota. Fig. I. eſt Blackvvelliana et videtur Spinacia mas ſeu ſterilis no. III. nam fig. 6., qua ſemen indicatur, imperfecta eſt et neque laeve neque ſpinoſum ſatis repraeſentat. Reliquae figurae a nobis additae depingunt Spinaciam ſemine laevi no. II. Num varietates conſtantes ſint, i. e., illa ſemine ſpinoſo nunquam in illam ſemine laevi et vice verſa transmutetur, ex aliis iam quaeſivit RAIUS l. c., ſed nullus, quantum ſcimus, reſponſum dedit. Num praeterea plantae, in quibus totis flores maſculini et feminini communiter a ſe invicem diſtant, habitu externo, vel ſaltem florum ſitu, conſtanter quoque differant, eodem premitur dubio. J. BAVHINVS Spinachiae ſemine non pungente duas ſiſtit figuras, quarum una flores in alis foliorum conglomeratos, altera eosdem per ramulos diſperſos repraeſentat; an vero haec flores maſculinos i. e. ſteriles, illa femininos ſeu ſeminiferos indicet, neque ex figuris, neque ex deſcriptione, certo colligi poteſt. Notum praeterea eſt, RVD. JAC. CAMERARIVM *Eph. N. C. Dec. III. A. V. et VI. Obſ. CCXI. p.* 484. repetito examine, quamvis rarius, in una eademque planta et maſculinos et femininos flores repperiſſe, eosque ne quidem a ſe invicem ſeiunctos, ſed inter ſe in eodem ramulo florigero miſtos. Ita ſane etiam apparet noſtra figura II.; ut autem verum fatear, tunc temporis, quum pingeretur, impeditus fui, ipſius plantae vivae examen ſuſcipere, pictor vero nondum ſatis inſtructus erat, ut utrosque flores

Anm. Fig. I. iſt die Blackwelliſche, und ſcheinet die männliche oder unfruchtbahre Art no. III. zu ſeyn: dann fig. 6., mit welcher der Saame angezeiget wird, iſt unvollkommen, und ſtellet weder den ſtachlichten noch den glatten deutlich für. Die übrige Figuren ſind von uns beygeſetzet, und zeigen die Art mit dem glatten Saamen. Ob die varietäten beſtändig ſeyn, das iſt, ob aus der Art mit dem ſtachlichten Saamen niemals die andere mit dem glatten hervorwachſe, oder auch im Gegentheil veränderlich ſeye, hat RAIUS ſchon von andern zu wiſſen verlanget; es iſt aber, ſo viel uns bekandt, ſolches bis gegenwärtig noch nicht angezeiget worden. Ob auch über dieſes die Pflanzen, an welchen die männliche und weibliche Blumen insgemein gänzlich voneinander abgeſondert ſind, auch in der äuſſerlichen Geſtalt oder doch wenigſtens in der Lage der Blumen beſtändig ſich unterſcheiden, ſtehet auch noch im Zweiffel. JO. BAVHINVS hat zwo Figuren von der Spinachia ſemine non pungente, davon die Blumen bey der einen beym Urſprung der Blätter dichte beyſammen ſitzen, bey der andern an beſondern Stielen ausgeſtreuet ſind: Ob aber dieſe die männlichen oder unfruchtbaren, jene die weiblichen oder fruchtbaren Blumen anzeiget, kan weder aus den Figuren noch aus der Beſchreibung deutlich abgenommen werden. Es iſt über dieſes bekandt, daß RVD. JAC. CAMERARIVS Eph. N. C. Dec. III. A. V. et VI. Obſ. CCXI. p. 484. mehr als einmal, doch nicht oft, ſo wohl männliche als weibliche Blumen an einer Pflanze gefunden, und

flores accuratius diſtingueret, quemadmodum id praeſtitit fig. III., quae autem femininos tantum flores, ad alas foliorum conglomeratos exhibuit, ex quibus unicum magnitudine naturali *fig.* 4. et aucta *fig.* 5., ſimulque calycem quadripartitum fructum coronantem *a.* ejusque ſegmenta bina majora binaque minora decuſſatim locata cum ſtylis quinque ex ſinu eorum ſurgentia *b.* ſiſtit. Fig. IV. eſt ramulus maris cum floribus, ſeu potius eorum calycibus adhuc clauſis, per eundem diſperſis, ſed iterum haud ſatis diſtinctis. Semen maturum in magnitudine naturali repraeſentat *fig.* 7. 8., aucta *fig.* 9., et ab involucro ſuo denudatum in magnitudine naturali *fig.* 13. aucta *fig.* 14. Ut autem differentiam ſeminis ſpinoſi ſimul exhibeamus, adiecimus *fig.* 10. 11. 12, in quo ea differentia porro obſervatur, vt ſaepius tribus cornibus *fig.* 11. praeditum ſit, ſaepius etiam tertium et medium cornu vix promineat, quod in magnitudine naturali *fig.* 10. et aucta *fig.* 12. indicatur. Semen autem huius nudum in magnitudine naturali *fig.* 15. et aucta *fig.* 16. delineatum illi cortice laevi tecto *fig.* 13. 14. vix diſſimile eſt.

und zwar nicht abgeſondert, ſondern an einem Stiel untereinander vermiſcht. So ſcheinet auch unſere fig. 11. beſchaffen zu ſeyn; die Wahrheit zu geſtehen, wurde ich damals, als die Pflanze gemahlet wurde, verhindert, ſolche ſelbſt zu unterſuchen der Mahler war aber noch nicht genugſam geübet, daß er beyderley Blumen deutlicher unterſchieden hätte gleichwie er ſolches nachmals bey fig. III. gethan, welche aber nur weibliche Blumen hatte, beym Urſprung der Blätter dichte beyſammen, davon eine einzele abgebildet iſt, in natürlicher Gröſe fig. 4., vergröſert fig. 5. und zugleich der auf dem Saamen ſitzende vierfach zertheilte calyx a., deſſen 2. gröſſere und 2. kleinere Theile Creutzweis ſtehen, aus deren Mitte fünf Styli b. hervor kommen. Fig. IV. iſt ein Aſt des Männleins mit Blumen oder vielmehr derſelben annoch geſchloſſenen und an dem Stiel ausgeſtreuten Knöpfen, welche aber wiederum nicht deutlich genug angezeiget ſind. Der zeitige Saame wird fürgeſtellet in natürlicher Gröſe fig. 7. 8., vergröſert fig. 9. und von ſeiner Hülſe entblöſet in natürlicher Gröſe fig. 13., vergröſert fig. 14. Damit aber der unterſcheid des ſtachlichten Saamens auch angezeiget werde, haben wir fig. 10. 11. 12. beygefüget, dabey dieſer Unterſchied noch zu finden, daß er öfters 3. Spitzen hat fig. 11., zuweilen aber die dritte mittlere kaum hervorraget, welches in natürlicher Gröſe fig. 10. und vergröſert fig. 12. anzeiget; deſſen bloſſer Saame aber in natürlicher Gröſe fig. 15. und vergröſert fig. 16. iſt von dem andern mit der glatten Hülſe fig. 13. 14. kaum mercklich unterſchieden.

TAB. 50. *Lat.* Dipſacus ſylveſtris, Labrum veneris *Germ.* Wilde Karten Diſtel, Weber-Karten. *Graec.* Δίψακος. ⊙ ✠. *Angl.* Wild Teaſel. *Hiſp.* Cardencha. Cardo penteador. *Ital.* Cardo da Panni, Diſſaco. *Gall.* Cardon, Carder, Chardon à Bonnetier. *Belg.* Groote vvilde Karden.

1. Surgit haec planta in altitudinem quatuor vel quinque pedum: Folia colore lucide praſino, flores autem purpureo tinguntur.

2. Creſcit ad margines agrorum menſe Junio atque Julio flores ferens.

3. Radix abſtergendi vim habet. Veteres hanc cum vino ad ſpiſſitudinem quandam decoctam, atque in vaſe aeneo aſſervatam laudant contra rhagades, ſeu cutis ad anum fiſſuras ejusdemque fiſtulas itemque contra verrucas. Aqua in foliorum ſinu reperta collyrii inſtar oculorum inflammationi prodeſſe, nec non faciei pulchritudinem abluendo promovere dicitur.

1. Dieſe Diſtel ſteiget 4. biß 5. Fuß hoch, die Blätter ſind lichtgrasgrün, die Blume purpurfärbig.

2. Sie wächſt an denen Angern der Felder, und blühet im Juny und July.

3. Die Wurzel hält man für reinigend; die Alten recommandiren ein Decoctum davon mit Wein bis zu einiger Dicke eingeſotten, und in einem meſſingen Geſchirr aufgehoben, zu denen Rhagadibus oder der aufgeſprungenen Haut an denen Posterioribus, wie auch zur Fiſtel derſelben, ingleichen die Warzen zu vertreiben. Das Waſſer ſo man auf den Höhlen der Blätter derſelben findet, ſoll ſo wohl als ein Augen-Waſſer die entzündete Augen kühlen, als auch das Geſicht durch das Abwaſchen ſchön machen.

4. NOM. GEN. Dipſacus *Raii I.* 382. *Meth.* 43. *Syn.* 192. *Tourn.* 466. *Heuch. Jnd.* 50. *Rupp.* 217. *Dill.* 123. *Boerh. I.* 133. *Vaill.* 47. *Heiſt. I.* 11. *Linn. G. no.* 89. *Roy.* 188. *Hall.* 672. *Kram.* 9. 75. *Ludvv. no.* 287.

5. NOM. SPEC. Carduus fullonum *Brunf. III.* 32. *Dorſt.* 67. Carduus fullonum erraticus *Trag.* 848. Labrum Veneris *Lob. ic. II.* 18. Labrum Veneris alterum *Matth.* 662. *Camer. Ep.* 432. Dipſacus purpureus *Fuchs.* 225. Dipſacus ſylveſtris *Cord. Hiſt. I. c.* 59. *Dod.* 735. *Ger.* 1167. *Park* 984. Dipſacus ſylveſtris ſeu Labrum Veneris *J. B. III. P. I.* 74. *Raii. I.* 382. Dipſacus ſylveſtris aut Virga paſtoris maior *C. B. Pin.* 385. *Moriſ. III.* 158. *Tourn.* 466. *Rupp.* 217. *Dill* 123. *Boerh. I.* 133. *Vaill.* 47. Dipſacus ſylveſtris aliis Virga paſtoris, item Labrum Veneris *Heuch. Jnd.* 50. Dipſacus ſylveſtris folio non laciniato *Kram.* 75. Dipſacus vulgaris *Heiſt. I.* 11. Dipſacus capitulis florum conicis *Linn. H.* 29. *Roy.* 188. Dipſacus capitulis ovalibus, calycis foliis ſulcatis, dentatis, ariſtis glumarum rectis *Hall.* 673.

6. *Nota.* Figuræ Blakvvellianæ ſolum retinuimus capitulum florigerum fig. I. cum floſculo 1. et ſemine 8.; reliquas figuras accuratius delineari curavimus. Siſtuntur his 1) peculiaria folia, longa, anguſta, craſſa rigida, ſpinoſa, ſurſum ſaepius flexa et reflexa, quorum aliquot variae magnitudinis capituli florigeri baſin circumdant, *a a fig. I. II*; 2) foliola calycis communis, floris tempore tenuia et membranacea, rigida tamen, hiſpida et brevi ariſta munita *b. fig.* 2. in magnitudine naturali *fig.* 3. aucta, quae perſiſtunt et maturante ſemine arida atque paleacea fiunt ſingulaque bina cavitatem formant, quae primo floſculum, deinde ſemen includit *fig.* 7.; 3) unum ex his foliolis ſeparatum a facie ſuperiori excavata *fig.* 7. *b*, inferiori anguloſa *fig.* 7*. *b.*; 4) Floſculus ſperatus, calycis foliolo brevior, in magnitudine naturali *fig.* 2., aucta *fig.* 3.; 5) corolla inferius alba ſuperius ex coeruleo purpuraſcens monopetala, tubuloſa, recta aut parum inflexa, integra *fig.* 4., diſſecta et explanata a facie interiori *fig.* 5., utraque in magnitudine aucta; 6) corollae limbus rectus quater ſed in aequaliter inciſus ita, ut inferius ſegmentum reliquis longius et latius ſit *c. d. fig.* 3. 4. 5.; 7) quatuor ſtamina multum prominentia, apicibus tranſverſalibus primum flavis deinde purpuraſcentibus inſtructa *e. fig.* 2. 3. 4., ex tubi medio orientia *fig.* 5.; 8) ſtylus ſimplex, filiformis, eiusdem cum corolla longitudinis cum ſimplici ſtigmate fig. 6. in magnitudine aucta; 9) ovulum *f. fig.* 2. 3. eiusque vertex membranaceus *g.*, qui calycis proprii vices praeſtat. 10) Semen maturum ad ſingulos floſculos unicum, oblongum, anguloſum cum calyce proprio iam arido *fig.* 9. in magnitudine naturali, *fig.* 10. aucta; 11)

Anm. Von der Blackwelliſchen Figur iſt alleine der Blumen-Büſchel fig. I. nebſt einem Blümlein fig. 1. und Saamen fig. 8. beybehalten, die übrigen ſind deutlicher von uns abgebildet worden. Damit werden fürgeſtellet 1) beſondere, lange, ſchmahle, dicke, ſteiffe und ſtachlichte, öfters nach oben gerichtete und zurück gebogene Blätlein, deren etliche von unterſchiedlicher Gröſe den Grund des Blumen-Büſchels umgeben a. a. fig. I. II.; 2) Die Blätlein des allgemeinen calycis. welche zur Zeit der Blüthe dünn und häutig, doch ſteif, haarigt und mit einer Spitze oder kurzen Barth verſehen ſind b. fig. 2. in der natürlichen Gröſſe, fig. 3. vergröſſert, welche beſtändig bleiben, und, indeme der Saame zeitiget, drocken und Spreuenförmig werden, auch jedesmal zwey derſelben eine Höhle machen, in welcher erſtlich das Blümlein und hernach der Saame enthalten fig. 7.; 3) eines von dieſen Blätlein abgeſondert, von der obern ausgeholten Fläche fig. 7. b. und von der untern eckigten fig. 7*. b.; 4) ein abgeſondertes Blümlein, das kürzer als das Blätlein iſt, in der natürlichen Gröſſe fig. 2., vergröſſert fig. 3.; 5) Die unten weiſſe und oben aus dem blauen purpurfärbige corolla, welche aus einem Stuck beſtehet, rörenförmig, gerad oder nur ein wenig abgebogen iſt, ganz fig. 4., aufgeſchnitten und ausgebreitet von der innern Fläche fig. 5. und beyde vergröſſert; 6) deſſen obere Oeffnung, die gerade, anbey viermal aber ungleich eingeſchnitten iſt, alſo, daß der unterſte Theil länger und breiter iſt als die übrigen c. d. fig. 2. 3. 4.; 7) Vier weit hervorragende Stamina mit ihren über querſtehenden apicibus, die Anfangs gelb ſind, nachmals purpurfärbig werden e. fig. 2. 3. 4. und aus der Mitte der Röhre entſpringen fig. 5.; 8) Der Stylus, welcher einfach, faden-

för-

11) basis calycis communis, seu thalamus conicus, fungosus *h. fig.* 7., cum quo undique ordine singulari cohaerent foliola calycis communis et semina; 12) folii inferioris dimidii facies superior *i.*, inferior *k.*

förmig, eben so lang als die Röhre und mit einem einfachen stigmate versehen ist fig. 6. vergrössert; 9) Das Eylein f. fig. 2. 3, und dessen häutiger Scheitel g., welcher die Stelle eines calycis proprii vertritt; 10) Der zeitige Saame, der unter einem jeden Blümlein einfach, länglicht und eckigt ist mit dem verdorrten calyce proprio fig. 9. in natürlicher Grösse, fig. 10. vergrössert; 11) Der Grund des calycis proprii oder der thalamus, der kögelförmig und schwammigt ist h. fig. 7. und mit welchen allenthalben in einer besondern Ordnung die Blätlein des calycis communis und die Saamen zusammen hängen; 12) eines untern Blates Helfte obere Fläche i, untere Fläche k.

TAB. 51. *Lat.* Chelidonium minus. *Germ.* Klein Schölkraut, Feigwarzenkraut, Scharbocksfraut, Blat- ☉ terkraut, Pfaffenhödlein, Bieberhödlein. *Graec.* χελιδόνιον μικρὸν. *Angl.* Pilevvort, lesser orusmal Celandine. *Hisp.* Scrofolaria menor. *Ital.* Favoscello, Celidonia minore. *Gall.* Petite chelidoine, Petite Eclaire, ou Eschlere, Cavilos des prêtres. *Belg.* Kleyn Speen kruyd.

1. Caulis ad sex vel octo digitos extenditur: Folia satura viriditate, flores lucida flavedine tincta sunt, radix ad mariscarum similitudinem accedere perhibetur.

2. Reperitur in pratis atque locis humidis, ut et in sepibus, ac mense Martio et Aprili florere conspicitur.

3. Radix interne sumta, cum unguento e foliis et radice praeparato atque externe applicato, doloribus ac tumoribus haemorrhoidum et mariscarum resistere, sanguinisque earum fluxum inhibere statuitur. Quidam contra icterum atque scorbutum oris, ad palatum roborandum et dentes conservandos commendant.

1. Der Stengel wird 6. oder 8. Zoll hoch. Die Blätter sind dunkelgrün, die Blumen schön hellgelb. Die Wurzel soll denen Feigwarzen an denen Menschen gleich sehen.

2. Man findet es auf Wiesen in feuchten Gründen und an Hecken, es blühet im Merz und April.

3. Dieses Kraut wird in der guldenen Ader und Feigwarzen gerühmet, es soll den Schmerzen und das Schwellen derselben mindern, und das Bluthen stillen, wenn man die Wurzel innerlich nimmt, eine Salbe aber von den Blättern und Wurzel gemacht äusserlich aufleget. Einige recommandiren es in der Gelbsucht, und dem Scharbock, besonders des Mundes, um den Gaumen zu stärken und die Zähne zu verwahren.

4. NOM. GEN. Chelidonium minus *Raii. I.* 579. *Meth.* 68. *Syn.* 246. *Boerh. I.* 29. Ficaria *Heuch. Jnd.* 21. *Rupp.* 159. *Dill. cat.* 39. *N. G.* 108. *Heist. I.* 12. *Hall.* 321. *Kram.* 44. *Ludvv. no.* 755. Marisca *Siegesb.* Ranunculus *Tourn.* 285. *Vaill.* 170. *Act. Paris.* 1719. 39. *Linn. G. no.* 554. *Roy.* 490.

5. NOM. SPEC. Ficaria *Brunf. I.* 215. *Volck. Fl. Nor.* 163. *Dill.* 39. *Hall.* 321. *Kram.* 44. Ficaria Brunfelsii vulgo chelidonium minus *Heist. I.* 12. Ficaria flore luteo, male chelidonium minus *Heuch. Jnd.* 21. Ficaria vulgaris *Rupp.* 159. Vulgago *Dorst.* 303 *b.* Favogello *Caesalp.* 546. Scrophularia minor seu chelidonium minus vulgo dictum *J. B. III.* 468. Chelidonia rotundifolia minor *C. B. pin.* 309. Chelidonium minus *Ruell.* 431. *Fuchs.* 866. *Trag.* 113. *Cord. Hist.* 121. *b. Matth.* 631. *Cam. Ep.* 403. *Dod.* 49. *Lob. ic.* 593. *Ger.* 816. *Park.* 617. *Raj. I.* 579. *Syn.* 246. *H. Eystett. Vern. O. IX. T. I. fig.* 2. *Boerh. I.* 29. Ranunculus praecox rotundifolius granulata radice *Moris. II.* 446. Ranunculus vernus rotundifolius minor *Tourn.* 286. *Vaill.* 170. *Act. Paris.* 1719. 40. Ranunculus foliis cordatis dentatis petiolatis *Linn. H.* 229. *Roy* 490.

6. *Nota.* Fig. I. est Blakvvelliana, II. et reliquae additae sunt. Communiter haec planta deprehenditur humifusa *fig. I.* cum qua aliorum auctorum icones etiam conveniunt; interdum tamen reperitur etiam erecta, praecipue tempestate calidiori in locis humidis et umbrosis, qualis est nostra *fig. II* et illa CAMER. *Epit. l. c. Figura I.* foliorum pediculis amplas appingit vaginas *a. a. a.* quas nos haud observavimus; nostra vero *fig II. b b. b.* ad ortum horum pediculorum repraesentat grana illa triticea seu bulbulos, quorum iam mentionem fecit RAIUS *Hist. et Syn.* l. c. ut et DILLENIUS N. G. l. c., quaeque verae sunt radices. Flos octo constat petalis *fig.* 2. 3. 4.; novem sistit *fig.* 1., ex naturae forsan luxuria saepius consueta. Calyx *c. c.* et in Blakvvelliana *fig.* 3. et in nostra *fig.* 4. conspicitur tetraphyllus, quem alli triphyllum ut ordinarium describunt et pingunt. Petalum separatum a facie superiori seu interiori in magnitudine naturali ostendit *fig.* 5., aucta *fig.* 6., cum squamula ejus ad unguem *d.*, quam LINNAEUS nectarium appellat. Staminum et pistillorum acervus conspicitur *fig.* 7., stamen seperatum in magnitudine naturali *fig.* 8., aucta *fig* 9., pistillorum vero et ovulorum glomus demtis staminibus, in magnitudine naturali *fig.* 10., aucta *fig.* 11. Radicum fibrosarum et tuberosarum compagem repraesentat *fig.* 12. 13. et unam earum tranversim sectam *fig.* 14.

Anm. Fig. I. ist die Blackwellische, Fig. II. nebst den übrigen ist hinzugethan. Insgemein liegt dieses Gewächs auf der Erde fig. I., mit welcher auch die Abbildungen anderer Auctorum übereinkommen; Zuweilen wird sie aber auch aufrecht gefunden, vornehmlich bey warmer Witterung an feuchten und schattigen Orten, dergleichen unsere fig. II. und des CAMERARII Epit. l. c. zeiget. Fig. I. mahlet die Stiele der Blätter mit breiten Scheiben a. a. a., welche wir nicht gefunden haben; unsere Fig. II b. b. b. aber stellet beym Ursprung dieser Stiele diejenige weitzenförmige Knoten für, deren schon RAIUS Hist. et Syn. l. c. wie auch DILLENIUS N. G. l. c. gedenket, und welche wahre Wurzeln sind. Die Blume bestehet aus acht Blätlein fig. 2. 3. 4.; neune derselben zeiget fig. 1., vielleicht aus einer öfters dabey gewöhnlichen Frechheit der Natur. Der calyx c. c. erscheinet so wohl in der Blackwellischen fig. 3. als auch unsere fig. 4. mit vier Blätlein, welchen andere als ordentlich dreyblätterigt beschreiben und abbilden. Ein abgesondertes Petalum zeiget sich von der obern oder innwendigen Fläche in natürlicher Grösse fig. 5. vergrösert fig. 6., nebst dessen kleiner Schuppe am Ursprung d., welche LINNEUS das Nectarium nennet. Der Hauffen der staminum und pistillorum erscheinet fig. 7. ein abgesondertes stamen in natürlicher Gröse fig. 8., vergrösert fig 9., der Haufen der pistillorum und ovulorum aber in natürlicher Gröse fig. 10. vergrösert fig. 11. Die Vereinigung der zaserigten und knotigten Wurzeln wird fürgestellet fig. 12. 13. und eine von diesen über quer zerschnitten fig. 14.

TAB. 52. *Lat.* Primula veris. *Germ.* Wilde Schlüsselblumen mit einzeln Blumen. *Graec.* Φλόμις βραχυς φώνιος. ☽ *Angl.* Common Primrose, Field Primrose. *Ital.* Fiore di Primavera. *Gall.* Primivere, Bouillon. *Belg.* Groote vvilde Sleudel Bloem.

1. Caulem octo vel decem digiti metiuntur. Folia colore herbeo, flores subflavo, radix e rubro purpureo praedita sunt.

2. Crescit in virgultis et sepibus, flores Martio et Aprili mensibus prodeunt.

3. Flores in morbis ab humoribus phlegmaticis provenientibus commendantur. Succus radicis errhinum est seu sternutamentum prolicit et pituitam capitis extrahit.

1. Die Stengel wachsen 8. bis 10. Zoll hoch, die Blätter sind grasgrün, die Blumen bleichgelb, die Wurzel röthlich purpurfarb.

2. Sie wachsen im Gebüsch und Hecken, blühen im Merz und April.

3. Die Blumen werden gerühmet in Zufällen, welche von phlegmatischen Feuchtigkeiten herkommen. Der Saft von der Wurzel ist ein Niesen beförderndes Mittel, wodurch dieser Schleim aus dem Kopfe gezogen wird.

4. NOM. GEN. Paralysis sive Primula veris *Rai. Meth.* 83. Primula veris *Rai. II.* 1080. *Syn.* 284. *Tourn.* 124. *Boerb. I.* 198. *Vaill.* 164. Primula *Heuch. Ind.* 3. *Linn. G. no.* 144. *Roy.* 414. *Hall.* 482. *Kram.* 7. *Ludvv. no.* 50.

5. NOM. SPEC. Alisma sylvarum *Col.* Φυτοβ. 19. Verbasculum sylvarum maius singulari flore *C. B. pin.* 241. Verbasculum silvestre maius singularibus floribus singularibus cauliculis insistentibus *Moris. II.* 555. Arthritica pallida, quae singulis peticulis singulos flores sustinet *Gesn. Tab. coll.* 60. Herba paralysis prior *Caesalp.* 261. Primula veris minor *Dod.* 147. *Ger.* 781. Primula veris sylvestris flore pallido *H. Eyst. Vern. O. I. fol.* 1. *fig.* 5. Primula veris vulgaris *Park.* 535. *Raj. II.* 1080. *Syn.* 284. Primula veris pallido flore humilis *Clus. bist.* 302. *Boerb. I.* 198. *Vaill.* 164. Primula veris floribus, ex singularibus pediculis, pallidis majoribus simplicibus. *I. B. III.* 497. *Tourn.* 125. Primula sylvarum *Lob. ic.* 568. Primula sylvestris II. *Tabern. ic.* 319. Primula monantha *Kram.* 7. Primula foliis rugosis hirsutis, scapo unifloro *Hall.* 482.

TAB. 53. *Lat.* Satyrium mas, Orchis mas, Testiculus morionis. *Germ.* Knaben-Kraut, Stendelwurz Männlein, *Graec.* Ὄρχις Theophr. Σατύριον τριφύλλον Diosc. *Angl.* Male Satyrion, Male Foolsstones. *Hisp.* Coyon de Perro. *Ital.* Testicolo di cane. *Gall.* Couillon de chien mâle. *Belg.* Kulletjes Kruyt.

1. Haec Orchis, quae vulgare officinarum Satyrium est, ad pedem assurgit: Folia lucide virent, intermixtis simul maculis nigris; flores autem petiolo subfusco adhaerentes purpurei coloris sunt.

2. Reperitur in pratis humidis, ubi Mense Aprili atque Majo floret.

3. Radici vim stimulandi ad coitum, genitalia confortandi et conceptionem promovendi dicunt inesse, unde praecipuum Electuarii Diasatyrionis ingrediens est. Extrinsece ad discutiendos tumores cataplasmatis forma adhibetur. Hanc radicem coctam et a masculis comesam efficere ut pueros gignant, radicem vero Satyrionis feminae a mulieribus sumtam, vt puellas concipiant, DIOSCORIDES affirmat.

1. Diese Orchis, welche das gemeine Satyrum der Apothecken ist, wächst bis einen Fuß hoch, die Blätter sind hellgrün, mit schwarzen Flecken, und die Blumen, welche an einem bräunlichten Stiel stehen, sind purpurroth.

2. Man findet es in feuchten Wiesen, es bluht im April und May.

3. Die Wurzel soll zu den Beyschlaf reitzen, die Zeugungs-Theile stärken und die Empfängnus befördern, dahero sind sie das Haupt Ingrediens der Latwerge Diasatyrionis. Aeusserlich werden sie zu Uberschlägen angewendet, harte Geschwulsten zu zertheilen. DIOSCORIDES saget: die Wurzel dieser Pflanze, wenn sie abgesotten und von Manns-Personen geessen wird, verursache, daß sie Knäblein zeugen, die Wurzel hingegen von dem satyrione femina, wenn solche die Weiber geniesen, mache daß sie Mägdlein concipiren.

4. NOM. GEN. Orchis *Raj. II.* 1212. *Meth.* 121. *Syn.* 376. *Tourn.* 431. *Heucb. Ind.* 43. *Rupp.* 297. *Dill.* 52. *Boerb. II.* 151. *Vaill.* 150. *Linn. G. no.* 823. *Roy.* 14. *Hall. Ord. I.* 262. *Kram.* 68. *Ludvv. no.* 698.

5. NOM. SPECIF. Testiculus morionis mas *Dod.* 236. Cynosorchis morio mas *Tab. ic.* 660. *Ger.* 208. Orchis mas angustifolia *Fuchs* 555. Orchis major tota purpurea maculoso folio *J. B. II.* 763. Orchis morio mas foliis maculatis *C. B. pin.* 81. *Park.* 1346. *Raj. II.* 1214. *Syn.* 376. *Tourn.* 432. *Rupp.* 297. *Dill.* 52. *Boerb. II.* 152. *Vaill.* 150. *Tab.* 31. *fig.* 11. 12. Orchis radicibus subrotundis, cucullo sparso, labello ampliter trifido crenato, flore concolore *Hall.* 265.

TAB. 54. *Lat.* Malva hortensis. *Germ.* Garten-Pappeln, Herbst-Rosen, Stock-Rosen, Mund-Rosen. *Graec.* ⊙ Δενδρομαλάχη Camer. *Angl.* Hollyhocks. *Hisp.* Malvas. *Ital.* Malva maggiore. *Gall.* Mauve de Jardin, Mauve Romaine arboriée, Rose d' outre mer ou de tremier. *Belg.* Maluvve, Stock Roosen.

1. Altitudo hujus plantae sex vel septem pedum est, folia dilucide viridia, flores rubri sunt.

2. Crescit in hortis, mense Julio atque Augusto flores proferens.

3. Ejusdem fere naturae est cum Malva vulgari, quam Tab. 22. descripsimus, minore tamen emolliendi virtute pollet. Adhibetur ut plurimum in gargarismis contra tonsillarum tumorem et uvulae relaxationem.

1. Dieses Gewächs steiget 6. oder 7. Fuß hoch, die Blätter sind lichtgrün, die Blumen bleichroth.

2. Es wächst in denen Gärten, und blüht im Juli und August.

3. Diese Pappel ist meist von eben der Natur, wie die gemeine vid. Tab. 22. Doch erweichet sie nicht so sehr; man bedienet sich ihrer meistens in Gurgel-Wassern zu den geschwollenen Mandeln, und dem gefallenen oder relaxirten Zäpflein des Halses.

4. NOM. GEN. Malva *Raj. I.* 600. *Kram.* 14. Alcea *Tourn.* 97. *Boerb. I.* 270. *Linn. G. no.* 679. *Roy.* 357. *Kram.* 12. *Ludvv. no.* 145.

5. NOM. SPECIF. Malva rosea folio ficus *C. B. pin.* 315. *Raj. I.* 600. Malva rosea simplex peregrina *Tab. ic.* 767. *Ger.* 928. Malva rosea peregrina folio ficus obscure viridi *Moris. II.* 524. an Malva rosea folio ficus major, *Kram.* 14. Alcea rosea hortensis maxima folio ficus *Tourn.* 98. *Boerb. I.* 270. Alcea foliis palmato digitatis *Linn. H.* 348. *Roy.* 357. an Alcea folio in summo caule fici viridi molli flore purpureo *Kram.* 12.

Nota. Fig. 1. 2. 7. ad exemplar Blakvvellianum factae, reliquae a nobis additae sunt. Figuram Blakvvellianam pro Malva rosea folio ficus C. B. ut habeamus, suadent folia ejus profunde incisa: in altera certe, folio subrotundo C. B., ea nunquam talia observavimus nec ab alio depicta reperimus: nihilominus tamen neque cum foliis ficus, neque cum figuris auctorum citatorum magis conveniunt. Si ergo illius speciei folio subrotundo varietas rectius censenda esset, tunc secundum TOURNEFORTIUM ad malvae genus pertineret, secundum LINNAEUM vero, VAN ROYEN atque LUDWIGIUM nihilominus alceis adscripta maneret, utpote qui characterem non ex foliorum, sed calycis differentia peticrunt. Est autem calyx duplex *fig.* 3. 4.: externus *a. a.* brevior semi sexfidus, interior *b. b.* longior semiquinquifidus, uterque ad fructus usque maturitatem persistens, quem interior post floris lapsum se contrahens obtegit *fig.* 4. *b. b.* Fructus *c. c. fig.* 5. 6. consistit ex multis seminibus in orbem dispositis et ad latera ar-

cte

Anm. Fig. 1. 2. 7. sind nach dem Blackwellischen Exemplar nachgemacht die übrige von uns hinzugethan Daß wir die Blackwellische Figur für die malva rosea folio ficus angeben, ist wegen der tief eingeschnittenen Blätter geschehen: an der malva rosea folio subrotundo C. B. haben wir sie wenigstens niemals, noch auch von jemand also abgebildet gefunden; nichts destoweniger aber kommen sie auch weder mit einem Feigenblat noch auch mit den Figuren der angezeigten Auctorum überein. Wann diese Figur demnach eine varietät der andern Art folio subrotundo seyn sollte, so würde sie nach dem TOURNEFORT unter das Geschlecht der Malvae gehören, nach dem LINNAEO, VAN ROYEN und LUDWIGIO aber nichts destoweniger unter dem Geschlecht der Alceae verbleiben, als welche den Characterem nicht von dem Unterscheid der Blätter, sondern des calycis genommen haben. Es ist aber der calyx doppelt fig 3. 4.: der auswendige a. a. kürzer und auf die Helfte in 6. Theile, der inwendige länger und in 5. Theile gespalten: beyde bleiben bis zur Zeitigung der Frucht, welche

von

&c. inter se cohaerentibus, attamen non coalitis, ad centrum vero *fig.* 6. placentae seu receptaculo brevi accretis. Ipsa semina sunt reniformia et singula peculiari involucro cum semine deciduo inclusa *fig.* 7. 8. et ab hoc denudata *fig.* 9. multo minora.

von dem innwendigen, der sich nachdeme die Blume abgefallen zusammen ziehet, bedecket wird fig. 4. b b. Die Frucht c. c. fig. 5. 6. bestehet aus vielen Saamen, die in einer Scheide dichte nebeneinander stehen und zusammen hangen, doch aber nicht zusammen gewachsen, in der Mitte aber fig. 6. an ein kurzes receptaculum oder placentam angewachsen sind. Die Saamen selbsten sind Nierenförmig, jeder mit einer besondern Decke, die mit dem Saamen abfällt, umgeben fig. 7. 8. und wenn sie von dieser entblöset, fig. 9., viel kleiner.

TAB. 55. *Lat.* Viola martia. *Germ.* Merzen Violen, blauer Veil. *Graec.* Ἴον Diosc. *Angl.* March Violet, ☉ Purple swet Violet. *Hisp.* Violetta. *Ital.* Viola. *Gall.* Violete, Violette pourperée. *Belg.* Viole.

1. Hujus violae caules repunt humi: Folia obscure viridia, flores purpureo-caerulei sunt.

2. Crescit vel sponte in silvis, vel educatur in hortis, et mensis Martii tempore flores ostendit.

3. Flores pertinent ad quatuor flores cordiales, et habent refrigerandi, humectandi atque laxandi virtutem, praestant insuper usum in morbis pectoris atque pulmonis, sedant tussim atque pleuritidem. Syrupus ex iis praeparatus infantibus datur ad alvum laxandam et aestum temperandum. Eadem vi pollent quoque folia, unde saepius contra inflammationes vel clysteribus vel ungnentis immisceri solent. Semen calculo atque sabulo medetur.

1. Die Stengel dieses Veiles kriechen auf der Erden, die Blätter sind dunkelgrün, die Blumen purpurblau.

2. Sie wachsen wild in Hecken, und werden gleichfalls in Gärten gezogen, sie blühen im Merz.

3. Die Blumen gehören unter die 4. Herz-Blumen, sie kühlen, feuchten an, und öfnen den Leib, sie sind nützlich in Kranckheiten der Brust und der Lungen, lindern die Husten und das Seitenstechen. Der Saft davon wird denen Kindern gegeben, den Leib zu eröfnen und zu kühlen. Die Blätter kühlen und öfnen gleichfalls, daher sie öfters in die Clystir und Salben wider Entzündungen genommen werden. Der Saame ist gut für den Stein und Sand.

4. NOM. GEN. Viola: vide Tab. 44. no. 4.

5. NOM. SPEC. Viola *Riv. III. p.* 26. *tab.* 110. *Dill.* 36. Viola officinarum *Rupp.* 288. Viola nigra *Brunf. I.* 137. Viola nigra seu purpurea *Dod.* 156. *Ger.* 850. Viola purpurea *Ruell.* 633. *Fuchs.* 311. *Matth.* 1180. *Cam. Epit.* 910. Viola martia *Cam. Hort.* 177. Viola simplex martia *Park. Parad. p.* 282. Viola martia purpurea *Tab.* 301. *J. B. II.* 542. *Raj. II.* 1049. *Syn.* 364. Viola martia purpurea flore simplici odoro *C. B. pin.* 199. *Tourn.* 419. *Boerh. I.* 243. *Vaill.* 203. Viola martia flore caeruleo *Heist. I.* 32. Viola flore violaceo simplici *Heuch. Ind.* 41. Viola flore in summitate scapi solitario, herba flagellante, flore purpureo minore odoro simplici, foliis rotundis integris *Kram.* 67. Viola acaulis, stolonibus teretibus reptatricibus, pedunculis radicatis *Linn. H.* 427. *Royen.* 431. *Hall.* 500.

Nota. Integra planta et *fig.* 12. 15. ad exemplar Blackvvellianum factae, reliquae a nobis additae sunt. Fructus cum semine *fig.* 12. 15. ad hanc speciem non pertinent: veram ejus adhuc clausi effigiem nos sistimus *fig.* 13. a facie anteriori, *fig.* 14. a facie laterali et *fig.* 16. aperti cum seminibus tribus valvis adhaerentibus. Hujus speciei floris color reperitur etiam rubellus et albus: purpureum seu specifice ita dictum violaceum colorem sponte sua mutari in album, affirmat RAIUS Hist. et Syn. l. c.; purpureum in hortis saepius transire in rubellum, repetita observatione ipsi didicimus. Eo tempore, quo floris partes repraesentare suscipiebat pictor, Violae martiae odorae flores iam deficiebant; accepit autem adhuc ex horto quodam alios multo maiores pallidiores et inodoros, sed sine planta ipsa, quare de specifico eius nomine dubii relicti sumus. Eiusmodi florem repraesentat a facie anteriori *fig.* 2., laterali *fig.* 3. et posteriori *fig.* 4., in quibus apparent *a. a.* duo petala superiora (ratione situs conf. nota ad tab 44.), *b. b.* duo lateralia et *c.* quintum infimum cum calcari seu nectario suo *d.* Eundem florem depingit *fig.* 5. iterum a facie anteriori, sed demtis duobus petalis supremis, quae separata *a. a.* conspiciuntur, et *fig.* 6. remotis etiam duobus petalis lateralibus *b. b.* Quintum petalum separatum ostendit *fig.* 7. cum calcaris *d.* orificio *e.* Petala haec comprehendit calyx *f. fig.* 8. quinquefolius persistens a facie anteriori depictus, cuius segmentum medium duobus petalis supremis a tergo est *f fig.* 3., secundum et tertium petalis lateralibus adstat *f. f. fig.* 2. 5. 6., quartum et quintum vero segmentum lateraliter subfulciunt petalum infimum ita, ut hiatu suo calcaris dorsum nudum relinquant *f. f. fig.* 4. Centrum calycis occupat pistillum *g. fig.* 6. 8. 9., cuius stylus simplex est cum stigmate seu capitulo obliquo et circumdatus a quinque staminibus brevibus *h. fig.* 9. inter se coalitis, *fig.* 10., quorum summitatem formant productiones triangulares membranaceae aurantii coloris *i. fig.* 9. 10. et extremum laterale externum duorum infimorum staminum prolongatur in totidem appendices singulares virides *k. fig.* 9, in calcaris cavo delitescentes. Hoc staminum coalitu convenit hic flos cum Viola tab. 44., differt vero, praeter magnitudinem, odorem et colorem, eodem coalitu a Viola martia odora, in qua stamina inter se non cohaerent, quae cum loculis apicum lateri staminum anteriori adhaerentium alia occasione, Deo volente, singularibus figuris iam paratis explicabimus. Remotis staminibus apparet ovarium *l. fig.* 11., quod abit in Viola martia odora in fructum purpurascentem, simplicem, subrotundum, hexagonum, trivalvem *fig.* 13. 14. plurima semina *fig.* 16. laevissimo et splendente cortice pallido tecta et valvis affixa continentem. Pediculi florum post horum lapsum humum versus torquentur, unde RAIO Hist. l. c. visum est, fructum ex peculiaribus oriri pediculis.

Anm. Die ganze Pflanze und fig. 12. 15. sind nach dem Blackwellischen Exemplar gemacht, die übrigen von uns hinzugethan. Die Frucht mit dem Saamen fig. 12. 15 gehöret nicht zu dieser Art: Die wahre Gestallt desselben und zwar noch geschlossen ist abgebildet zu sehen fig. 13. von der vordern Ansicht, fig. 14. von der Seite und fig. 16. geöfnet nebst den Saamen, welche an den dreyen Deckeln der Frucht anhängen. Diese Art wird auch mit röthlichter und weisser Blume gefunden. Daß die Purpurfärbigen oder insonderheit also genannten Violfärbigen von sich selbsten in die weise verwandelt werden, bejahet RAIUS Hist. et Syn. l. c.; Daß die Purpurfärbige in den Gärten öfters röthlicht werden und bleiben, haben wir selbst aus wiederholter Erfahrung beobachtet. Zu der Zeit, als der Künstler die Theile der Blume fürzustellen unternahme, hatten die wohlriechende Merzen-Veile schon verblühet; er bekam aber annoch aus einem Garten andere Blumen, die vielgröser, bleicher und ohne Geruch waren, aber nicht die Pflanze selbsten, derowegen das nomen specificum derselben in Zweiffel blieben ist. Eine dergleichen Blume ist abgebildet von der vordern Ansicht, fig. 2., von der Seite fig. 3. und von hinten fig. 4., bey welchen erscheinen a. a. die oberste Blätlein (wegen des Lagers siehe die Anmerkung tab. 44.), b. b. die zwey Seiten-Blätlein, und c. das fünfte unterste mit seinem Sporn oder Nectario d. Eben diese Blume zeiget fig. 5. wiederum von vornen, aber ohne die zwey oberste Blätlein, welche seitwärts abgesondert a. a. zu sehen, und fig. 6. bey welcher auch die zwey Seiten-Blätlein b. b. abgenommen. Das fünfte abgesonderte Blätlein zeiget fig. 7. mit dem Sporn d. und dessen Oefnung e. Diese Blätlein enthält ein fünffach getheilter und beständiger Calyx f. fig. 8. von vornen fürgestellet; dessen mittelster Theil stehet hinter den beyden obersten Blätlein der Blume f. fig. 3. der zweyte und dritte hinter den beyden Seiten-Blätlein f f. fig. 2. 5. 6., der vierte und fünfte Theil aber unterstützet seitwärts das unterste Blätlein also, daß zwischen beyden der ganze Rücken des Sporns blos bleibet f. f. fig. 4. In der Mitte des Calycis stehet das Pistillum g. fig. 6. 8. 9., dessen Stylus einfach und das Knöpflein schef, übrigens mit fünf kurzen Staminibus h fig. 9. umgeben ist, die unter sich zusammen gewachsen sind fig. 10. und deren Spitze dreyeckigte, dünne und Pomeranzenfärbige Blätlein i. fig. 9. 10. ausmachen, und von den zwey untersten das Ende von der auswendigen Seite in zween grüne Zusätze k. fig. 9. verlängert ist, die in der Höhle des Sporns liegen. In der Zusammenwachsung der Staminum kommt diese Blume mit der Viola tab. 44. überein, unterscheidet sich aber, ausser der Grösse, Geruch und Farbe, eben dadurch von dem wohlriechenden Merzen-Veil, bey welchem die Stamina nicht zusammen hängen, die wie nebst den Fächlein der apicum, die an ihrer innwendigen Seite anhängen, bey einer andern Gelegenheit G. G. mit besondern schon verfertigten Figuren fürstellen wollen. Wann die Stamina abge-

kommen, erscheinet das ovarium l. fig. 11., aus welchem bey dem wohlriechenden Merzen-Veil eine Purpurfärbige einfache, rundlichte und sechseckigte Frucht wird fig. 13. 14., die sich in drey Deckel theilet, an welchen viele mit einer glatten, glänzenden und bleichgelben Schale bedeckte Saamen fig. 16. anhängen. Die Stiele der Blumen, wann diese abgefallen, biegen sich gegen die Erde, daher RAIUS Hist. l. c. dafür gehalten, daß die Frucht auf besondern Stielen entspringt.

TAB. 56. *Lat.* Saxifraga alba. *Germ.* Weiser Steinbrech. *Angl.* White Saxifrage. *Ital.* Sassifragia. *Gall.* ⊙ la grande Saxifrage. *Belg.* Steenbreck.

1. Haec planta, unum pedem alta, folia habet pallide viridia, et flores albos flavis apicibus.

2. Reperitur in pratis florens mense Aprili et Majo.

3. Nomen sortita est a virtute, quae in proliciendа urina, et calculo atque sabulo ejiciendo ipsi tribuitur. Aqua ejusdem destillata in officinis prostat.

1. Dieses Kraut wird bis einen Fuß hoch, die Blätter sind lichtgrün, die Blumen weiß mit gelben Apicibus.

2. Es wächset auf Wiesen, blühet im April und May.

3. Diese Pflanze führet ihren Nahmen von der ihr zugeeigneten Tugend, indeme sie den verhaltenen Urin, Stein und Sand forttreibet. In den Apothecken hat man das davon destillirte Wasser.

4. NOM. GEN. Sedum Saxifraga dictum *Rai. II.* 1040. 1048. Saxifraga *Rai. Meth.* 111. *Syn.* 353. *Tourn.* 252. *Heuch. Ind.* 17. *Rupp.* 122. *Dill.* 50. *Boerh. I.* 222. *Vaill.* 176. *Heist. I.* 27. *Linn. G. no.* 434. *Roy.* 453. *Kram.* 35. 36. *Hall.* 401. *Ord. II. Ludvv. no.* 566.

5. NOM. SPEC. Sedum bicorne album rotundifolium erectum, radice granulosa *Moris. III.* 479. Saxifragia *Brunf. I.* 185. Saxifragia maior seu alba *Fuchs.* 747. Saxifraga officinarum *Heist. I.* 27. Saxifraga alba *Ger.* 841. *Gesn. Hort.* 279. *Dod.* 315. *Tab. ic.* 841. *Rai. II.* 1048. Saxifraga alba chelidonides *Lob. ic.* 612. Saxifraga alba vulgaris *Park.* 424. Saxifraga alba radice granulosa *J. B. III.* 706. Saxifraga rotundifolia alba *C. B. pin.* 309. *Tourn.* 252. *Rupp.* 122. *Dill.* 50. *Boerh. I.* 222. *Vaill.* 176. *Kram.* 36. Saxifraga flore albo radice granulosa *Heuch. Ind.* 17. Saxifraga foliis reniformibus lobatis, caule ramoso, radice granulosa *Linn. H.* 167. *Roy.* 453. *Hall.* 401.

Nota. Integra planta et fig. 1. 10. 11. 16. imitationes exemplaris Blackvvelliani, reliquae figurae additae sunt. Sistuntur his *fig.* 1. 2. flos integer a facie anteriori, *fig.* 3. laterali, *fig.* 4. posteriori explanata; *a. a. fig.* 3. 4. calyx quinquefidus et ovarii dimidio inferiori accretus cum flore iunctus, *fig.* 5. a flore separatus cum decem staminibus, 5. longioribus et 5. brevioribus; *b. fig.* 2. 3. 4 petala quinque; *fig.* 6. stamen brevius et longius in magnitudine naturali *fig.* 7. aucta; *fig.* 8. ovarium a superiori calycis parte libera separatum cum binis stylis in magnitudine naturali, *fig.* 9. aucta; *fig.* 10. 12. fructus maturus seu capsula seminalis cum calyce persistente, *fig.* 11. 13. idem a calyce separatus ex stylis persistentibus quasi bicornis; *fig.* 14 idem horizontaliter dissectus in magnitudine naturali, *fig.* 15. aucta; *fig.* 16. 17. semina, *fig.* 18. semen in aucta magnitudine.

Anm. Die ganze Pflanze und fig. 1. 10. 11. 16. sind nach dem Blackwellischen Exemplar gemacht, die übrige hinzugethan. Damit werden fürgestellet fig. 1. 2 die ganze Blume von vornen, fig. 3. von der Seite, fig. 4 von vornen ausgebreitet; a. a. fig. 3. 4. der fünffach getheilt und an die untere Helfte des Ovarii angewachsene Calyx mit der Blume vereiniget, fig. 5. von der Blume abgesondert mit 10. Staminibus, 5. kürzern und 5. längern; b. fig. 2. 3. 4. die 5. Blätlein der Blume; fig 6. ein kurzes und langes Stamen von natürlicher Gröse, fig. 7. vergrössert; fig. 8. das Ovarium von dem obern freyen Theil des Calycis abgesondert mit den beyden Stylis in natürlicher Gröse, fig. 9. vergrösert; fig. 10. 12. die zeitige Frucht oder Saamen Gehäuß nebst dem beständig bleibenden Calyce, fig. 11. 13. eben dieselbe davon abgesondert, welche von den beyden beständig bleibenden Stylis gleichsam zwey Hörner bekommt; fig. 14. eben dieselbe über queer entzwey geschnitten in natürlicher Gröse, fig. 15 vergrösert; fig. 16. 17. die Saamen, fig. 18. ein Saame vergrösert.

TAB. 57. *Lat.* Helleboraster, Elleborum nigrum. *Germ.* Wilde Christwurz, Stinkende Nießwurz, Läuß-Kraut, ☽ *Graec.* Ἐλλέβορος μέλας Diosc. *Angl.* Bearsfoot, Black Hellebore, Christmass flovver, Great bastard black Hellebore, Great Oxe-heele, Settervvort. *Hisp.* Verde Gambre nero, Elleboro *Ital.* Elleboro nero. *Gall.* Ellebore noir. *Belg.* Swarte Nieswortel.

1. Altitudinem acquirit octodecim digitorum: Folia inferiora obscure, superiora vero lucide viridia sunt adhuc dilutiori viriditate tincti sunt flores, margine insimul purpureo cincti.

2. Invenitur in montibus Helvetiae, Austriae atque Styriae; Angli alunt in hortis. Floret sub finem Decembris, unde ab Anglis Christmass flovver appellatur.

3. Celebratur ab antiquis iam autoribus Helleborus niger ceu remedium insigne contra melancholiam atque maniam, siquidem atram bilem atque inde provenientes humores insigniter purgare crediderunt. In lepra, serpigine, scabie aliisque cutis affectionibus medicinae loco praescripserunt. Laudatur quoque ejus usus in podagra. A neotericis vero saepissime in diuturnis mensium obstructionibus adhibetur. Tinctura Hellebori in officinis prostat.

1. Es wächst bis 18. Zoll hoch, die unterste Blätter sind dunkel, die obern hellgrün, die Blumen sind sehr hellgrün mit Purpur an dem Rande eingefasset.

2. Man findet es auf den Bergen in der Schweitz, in Oesterreich und Steyermark, in Engelland wird es in Gärten gezogen, und blühet gegen das Ende des Decembers, dahero es im Englischen die Christmeß-Blume genennet wird.

3. Die Nieswurz wird schon von denen Alten, als ein gutes Mittel in der Melancholie und Tollheit gerühmt, um die schwarze Galle, und die daher entstehende Feuchtigkeiten zu purgiren. Sie geben es gleichfalls im Aussatz, Flechten, in der Krätze und andern dergleichen Krankheiten der Haut. Man recommendirt es auch im Zipperlein, und die neuern bedienen sich dessen häufig in hartnäckigten Verstopfungen der weiblichen Reinigung. In den Apothecken hat man eine Tincturam Hellebori.

4. NOM. GEN. Helleboraster *Rupp. Edit. I.* 150. *II.* 131. Helleborus niger *Rai. I.* 697. *Meth.* 77. *Syn.* 271. *Heist. IV.* 8. *Syst. Pl. gen.* 35. Helleborus *Tourn.* 271. *Heuch. Ind.* 49. *Rupp. edit. III.* 163. *Boerh. I.* 296. *Vaill.* 97. *Linn. G. no.* 556. *Kram.* 31. 44. 69. 75. *Ludvv. no.* 625.

5. NOM. SPEC. I. Enneaphyllon Plinii *Caesalp.* 583. Consiligo *Ruell.* 447. *Gesn. Hort.* 255. Sesamoides magnum Cordi et Consiligo Ruelli *Lob. ic.* 680. Pedicularia tertia foetida *Trag.* 251. Veratrum nigrum III. *Dod.* 386. *Clus.* 274. Helleboraster *Rupp. ed. I.* 150. *II.* 131. Helleboraster maximus *H. Eyst. Hiem. Tab. III. fig.* 1. *Ger.* 976. *Rai. Syn.* 271. Helleboraster maximus sive Consiligo *Park.* 212. Helleborastrum magnum *Tab. ic.* 722. Elleborus niger adulterinus sylvestris *Fuchs.* 275. Elleborus niger sylvestris adulterinus etiam hyeme virens *J. B. III.* 880. Helleborus niger foetidus *C. B. pin.* 185. *Tourn.* 272. *Boerh. I.* 296. *Vaill.* 97. Helleborus niger ramosus angu-

angustifolius semper virens elatior *Moris. III.* 459. Helleborus niger flore viridi maximus ramosus foetidus *Heist. IV.* 8. Helleborus flore viridi clauso *Rupp. Ed. III.* 163. Helleborus maximus *Rai. I.* 698. Helleborus foetidus vulgo Helleboraster *Kram.* 31. 44. 69. Helleborus caule inferne angustato multifolio multifloro, foliis caule brevioribus *Linn. H.* 227. *Roy.* 484. *Wachend.* 264. Helleborus vaginis pallidis vix serratis flore virente *Hall.* 317.

II. Veratrum nigrum IIII. peregrinum *Clus.* 274. Helleboraster maximus alter *Park.* 213. *Rai. I.* 698. Helleborus niger hortensis alter *C. B. pin.* 185. *Tourn.* 272. *Mill. Gard. Dict.*

Nota. Secundum auctores no. I. citatos flores hujus speciei ex viridi pallide flavi sunt, et nos illos olim reperimus tales in Helvetia circa Augustam Rauracorum et in ascensu montis Pezberg in via Thermas Badenses versus; tales praeterea eosdem sistit imago, quam fol. 422. a. continet opus istud, B. CONRADI GESNERI dudum celebratissimum nondum editum et nunc singulare nostrae bibliothecae ornamentum, ubi tamen consueta accuratione pediculi foliorum ad horum nervos usque, itemque folia floralia seu vaginae pediculos floriferos foventes ad apicem, ubi finduntur, ex viridi leviter purpurascentes pinguntur. JO. BAUHINUS *l. c.* e contrario observavit, floris segmentorum oras, quum se magis explicant, rubere, id quod interdum accidere etiam annotavit PARKINSONUS p. 213., tanquam ordinarium vero declarat MORISONUS l. c. p. 460. CLUSIUS tandem *l. c.* utramque varietatem ut distinctam consideravit speciem addiditque posterioris folia esse paulo atriora, cujus sententiae subscripsit C. BAUHINUS et TOURNEFORTIUS itemque PHIL. MILLERUS, qui praeterea priorem speciem Angliae indigenam (quemadmodum etiam RAIUS Syn. l. c.) posteriorem vero exoticam declarat; sed RAIUS iam *Hist. l. c.* de hac distinctione, ut legitima, nondum convictus erat et LINNAEUS atque HALLERUS eius ne quidem ut varietatis mentionem fecerunt.

Anm. Nach denen no. I. angeführten Auctoribus sind die Blumen dieser Art aus dem grünen bleichgelb, und wir haben sie selbst also ehedeme in der Schweitz um Augst und im Aufsteigen des sogenannten Petzberges von dar nach Baden zu gefunden; eben so stellet solche auch für das Gemählde, welches am 422. Blat a. das längst berühmte und noch nicht edirte Werck des Seel. CONR. GESNERI, das nun eine besondere Zierde unserer Bibliothec ist, enthält, bey welchem jedoch nach der gewöhnlichen Accuratesse die Stengel der Blätter bis auf ihre Nerven, ingleichen die Scheidenförmige Blätter, welche die Blumen-Stengel in sich schliessen, an ihrem gespaltenen Ende aus dem grünen etwas purpurfärbig gemahlet sind. Im Gegentheil hat IO. BAUHINUS l. c. angemercket, daß die Ende der Blumen-Blätlein, wann sie sich mehr ausbreiten roth sind, welches, daß es zuweilen geschehe, auch PARKINSONUS l. c. p. 213., als ordentlich aber MORISONUS l. c. p. 460. angezeiget hat. Endlich hat CLUSIUS l. c. beyde Varietäten als besondere Arten angegeben und beygefüget, daß der letzteren Blätter mehr schwartz-grün seyen, welche Meynung auch C. BAUHINUS und TOURNEFORTIUS angenommen, ingleichen PHIL. MILLERUS, der über dieses die erste Art als eine in Engelland einheimische, (gleichwie auch RAIUS Syn. l. c.), die andere aber als ausländisch erkläret; es war aber RAIUS schon Hist. l. c. von dieser Unterscheidung, als rechtmässig, noch nicht überzeuget, und LINNAEUS sowohl als HALLERUS haben derselben nicht einmal als einer Varietät Meldung gethan.

TAB. 58. *Lat.* Geranium columbinum. Pes columbinus. *Germ.* Gemeiner Storchschnabel. *Graec.* Γεράνιον ☉. ☽ Diosc. *Angl.* Common Doves foot, Cranes Bill. *Hisp.* Pico de Cinguenha. *Ital.* Geranio. *Gall.* Bec de Cicogne. *Belg.* Duyvevoet.

1. Haec Geranii species unum pedem altitudine attingit: Folia inferiora super humo sese explicant, lucideque virent: Caules sunt e rubro virides, flores ex rubro purpurei.

2. Crescit aggeribus, aestatis tempore diu florens.

3. Adnumeratur herbis vulnerariis, et in laesionibus ac contusionibus internis, haemorrhagiis ut et in omnibus fluxionibus adhibetur. Folia in pulverem conversa atque infantibus hernia laborantibus data multum auxilii afferre, quamplurimi statuunt. Calculo etiam medetur, urinamque promovet.

1. Diese Art von Storchschnabel wächst einen Schuh hoch, die unterste Blätter breiten sich auf der Erden aus, und sind hellgrün, die Stengel sind röthlich grün, die Blumen röthlich purpur.

2. Es wächst auf den Angern, und blüht einen grossen Theil des Sommers.

3. Man rechnet es unter die Wund-Kräuter, und ist gebräuchlich in innerlichen Verletzungen, Zerquetschungen, Verblutungen, und allen Flüssen. Man rühmt es sehr zur Cur der Brüche bey Kindern, wenn es als ein Pulver gegeben wird, es dient auch im Stein und treibt den Urin.

NOM. GEN. Geranium *Rai. II.* 1055. *Meth.* 111. *Syn.* 356. *Tourn.* 266. *Dill.* 69. *Boerh. I.* 262. *Vaill.* 79. *Heist. I.* 13. *Linn. G. no.* 673. *Roy.* 350. *Wachend.* 213. *Hall.* 365. *Ord. II. Ludw. no.* 640. Gruinalis *Heuch. Ind.* 18. *Pr. I.* 69. *Rupp.* 103. *Kram.* 31. 35. 37.

5. NOM. SPEC. I. Geranium columbinum majus flore minore coeruleo *Rai. II.* 1059. *Syn.* 358. *Tourn.* 268. *Dill.* 69. *Boerh. I.* 265. *Vaill.* 79. *tab. xv. fig.* 1. Geranium foliis subrotundis semiseptifidis, caule erecto umbellato flore minimo *Hall.* 366.

II. Geranium alterum *Fuchs.* 205. Geranium II. *Camer. Ep.* 600. Geranium folio rotundo multum serrato sive columbinum *J. B. III.* 473. Geranium columbinum, Pes columbinus *Tab. ic.* 56. Geranium columbinum majus dissectis foliis *Ger.* 938. *Rai. II.* 1059. Geranium malacoides laciniatum sive columbinum alterum *Park.* 706.

III. Pes columbinus *Dod.* 61. Pes columbinus seu alterum Geranium Dioscoridis *Lob. ic.* 658. Gruinalis folio malvae rotundo *Rupp.* 104. Geranium II. *Matth.* 855. Geranium columbinum *Ger.* 938. *Rai. II.* 1059. Geranium columbinum vulgare *Park.* 706. Geranium malvae folio rotundo *C. B. pin.* 318. *Tourn.* 268. *Vaill.* 79. Geranium pedunculis bifloris, foliis subrotundis multifidis caule procumbente *Linn. H.* 344. *Roy.* 351. *Wachend.* 124. *no.* 10. Geranium foliis reniformibus semiquinquefidis mollibus et latissimis *Hall.* 366.

b. *Nota.* Fig. I. 8. 12. 17. ad Blackwellianum, reliquae ad naturae exemplar factae sunt. Figuram I. et II. repraesentare Europaeum Geranium columbinum communiter ita dictum, omni dubio caret; sed in indicandis ejus varietatibus, tum constantibus tum accidentalibus, ita discrepant auctores, ut difficulter sane synonyma conjungantur aut distinguantur, praecipue quoniam ex ipsis etiam earum iconibus una cum altera vix conveniat, id quod non tam figurarum vitium, quam varietatis polymorphae indicium nobis videtur. RAIUS primus, quantum scimus no. I. et III. ut species distinctas proposuit, solusque priorem descripsit et VAILLANT delineavit, HALLERUS vero postea utriusque notas specificas confirmavit, Geranium Blackwellianum pro no. I. declaravit et inter synonyma addita FUCHSII et TABERNAEMONTANI figuras no. II. indicatas citavit, LINNAEUS contra no. I. ut varie-

Anm. Fig. I. 8. 12. 17. sind nach dem Blackwellischen Muster die übrige nach der Natur gemahlet. Daß Fig. I und II. das Europäische insgemein so genannte Geranium columbinum fürstelle, ist ohne Zweiffel; es sind aber die Auctores in Bestimmung der sowohl beständigen als zufälligen Varietäten desselben so uneinig, daß die Synonyma sehr schwer zu vereinigen oder zu unterscheiden sind, fürnehmlich weil auch unter ihren Abbildungen kaum eine mit der andern übereinkommt, welches uns nicht sowohl ein Fehler desselben, als vielmehr eine Anzeige der vielfältigen Veränderung zu seyn scheinet. Es hat zuerst, so viel wir wissen, RAIUS no. I. et II. als unterschiedene Arten angegeben, auch die erste beschrieben, und VAILLANT abgebildet, HALLERUS aber hernach beyder notas specificas bestättiget, das Blackwellische Geranium für no. I. erkläret und unter den beygefügten Synonymis die no. II. angezeigte Figuren des FUCHSII und TABERNAEMONTANI citiret; LIN-

varietatem illius n. III. tantum recenſuit, et DILLENIUS pro ſynonymis habuit. Quantum nos diſcernere potuimus, auctorum no. II. citatorum icones cum illa VAILLANTII et noſtra II. tanto magis conveniunt; quanto magis a Blackvvelliana et illis no. III. indicatis recedunt; quousque vero haec differentia conſtans ſit, ulteriori inquiſitione adhuc opus habet: interea hoc certum eſt, in omnibus his petalorum colorem nunc purpuraſcentem nunc coeruleſcentem annotatum, ideoque inconſtantem eſſe. Floris fructusque partes hiſce ſiſtunur: *fig.* 1. 2. flos in magnitudine naturali, *fig.* 3. aucta; *fig.* 4. petalum ſeparatum; *fig.* 5. 6. ovarium, ſtamina et ſtylus in naturali et aucta magnitudine *fig.* 7. ovarium et ſtylus remotis ſtaminibus; *a. a. fig.* 3. calyx in nexu cum petalis, fig, 8. 9. *a. fig.* 11. 15. idem perſiſtens flore delapſo in magnitudine naturali, *fig.* 10. aucta; *fig.* 11 *b*-14. fructus cum ſtylo perſiſtente; *fig.* 15. ſtyli ſpinula remotis ſeminibus *fig.* 16. ſemen involucro ſuo caudato adhuc tectum, *fig.* 17. 18. nudum in magnitudine naturali, *fig.* 19. aucta.

LINNAEUS hingegen hat no. I. nur als eine Varietät von no. II. angeführet und DILLENIUS beyde für einerley gehalten. So viel wir haben erkennen können, kommen die Figuren der no. II. angezeigten Auctorum mit der Figur des VAILLANT und unſerer no. II ſo viel mehr überein, je mehr ſie von der Blackwelliſchen und denen no. III. bemerckten abgehen; wie weit aber dieſer Unterſcheid beſtändig ſeye, hat noch einer weitern Unterſuchung nöthig: indeſſen iſt dieſes gewiß, daß an allen dieſen die Farbe der Blumen-Blätlein bald purpurfärbig, bald blaulicht, und alſo unbeſtändig bemercket worden ſeye. Die Theile der Blume und Frucht werden mit folgenden abgebildet: fig. 1. 2. die Blume in natürlicher Gröſſe, fig 3. vergröſert; fig. 4. ein abgeſondertes petalum; fig. 5. 6. das ovarium, die ſtamina und der ſtylus in natürlicher und vermehrter Gröſſe; fig. 7. das ovarium und der ſtylus nachdeme die ſtamina abgenommen worden; fig. 3. a. a der calyx in der Vereinigung mit den petalis, fig. 8. 9. a. fig. 11. 15. eben derſelbe als beſtändig nach abgefallener Blüthe in natürlicher Gröſſe, fig. 10. vergröſſert; fig 11-14. die Frucht mit dem beſtändig-bleibenden ſtylo; fig. 15. b. der ſtylus nach abgenommenen Saamen; fig. 16. ein Saam-Korn mit ſeiner geſchwärtzten Hülſe noch bedeckt, fig. 17. 18. entblöſet in natürlicher Gröſe, fig. 19. vergröſert.

TAB. 59. *Lat.* Clematis, Vinca, Pervinca, *Vinca pervinca.* *Germ.* Wintergrün, Singrün, Ingrün. *Graec.* κλη-⊙ *ματις δαφνοειδής* Dioſc. *Angl.* Perivvinckle. *Hiſp.* Pervingua. *Ital.* Provenca. *Gall.* Liſſeron. *Bat.* Vincoorde, Maeghden-Palm.

1. Vinca unum pedem longa foliis viridibus lucide ſplendet: flores ſunt purpureo-caerulei leviterque albi.

2. Creſcit in ceſpitibus umbroſis et ad piſcinas ſicciores atque per totam fere aeſtatem flores ferre conſpicitur.

3. Refertur ad herbas vulnerarias, et ſaepius datur in potionibus contra contuſiones, ſanguinis vomitum, nimium menſium fluxum et gonorrhoeam muliebrem.

1. Singrün wächſt einen Fus lang, die Blätter ſind hell glänzend grün, die Blumen purpur blau, doch etwas weißlicht.

2. Es wächſt auf ſchattigten Waſen und an trucknen Teichen, und blüht die mehreſten Monate des Sommers.

3. Man rechnet es unter die guten Wund-Kräuter und braucht es öfters zu denen Träncken bey Quetſchungen, innerlichen Verblutungen, Blutauswurf, allzuſtarcker Reinigung und dem weiſen Fluß der Frauen.

4. NOM. GEN. Clematis Daphnoides *Rai. II.* 1091. *Meth.* 79. *Synopſ. Ed. II.* 223. Pervinca *Tourn.* 119. *Dill.* 39. *Boerh. I.* 311. *Vaill.* 159. *Heiſt. I.* 24. *Syſt.* 8. *Hall.* 526. *Kram.* 10. *Ludvv. no.* 56. Vinca pervinca *Rai Syn. Ed. III.* 268. *Heuch. Ind.* 4. *Rupp* 27. *Linn. G. no.* 217. *Roy.* 412. *Wachend.* 41.

Granata Punica mala. { 1-3. Knopf. 4-7. Blume. } Gefüllte Granaten Blüthe.



Balsamita mas
Costus hortorum.

1-5. Blüthe.
6. Ein Stück von der Würtzel.

Frauen Müntze.



Atriplex.

1. Blüthe.
2. 3. Frücht.
4. Saame.

Weiſe Garten-Melte.



Atriplex Olida. {1–6. Blüthe. 7–9. Frucht. und Saame.} Stinckende Melte.

Vermehrtes und verbessertes

Blackwellisches Kräuter=Buch

das ist

Elisabeth Blackwell

Sammlung

der

Gewächse

die zum Arzney=Gebrauch in den Apothecken aufbehalten werden

deren Beschreibung und Kräfften

aus dem Englischen übersetzt angezeiget

die Abbildung grossen Theils nach der Natur verbessert

mit Beyfügung

der Theile der Blume und Frucht

wie auch

des äuserlichen Ansehens eigenen Kennzeichen vermehret

und alle Arten

mit bewährten Nahmen der Kräuter=Lehrer erläutert werden

Zweytes Hundert

Mit einer Vorrede

Tit. Pl.

Herrn D. Christoph Jacob Trews

Verlegt gemahlet und in Kupfer gestochen

von

Nicolaus Friederich Eisenberger

Hochfürstl. Sachsen=Hildburghausischen Hof=Mahler in Nürnberg

Nürnberg gedruckt bey Christian de Lannoy. Anno 1754.

HERBARIVM BLACKWELLIANVM
EMENDATVM ET AVCTVM
ID EST
ELISABETHAE BLACKWELL
COLLECTIO STIRPIVM

QVAE
IN PHARMACOPOLIIS AD MEDICVM VSVM ASSERVANTVR
QVARVM
DESRIPTIO ET VIRES
EX ANGLICO IDIOMATE IN LATINVM CONVERSAE SISTVNTVR
FIGVRAE MAXIMAM PARTEM AD NATVRALE EXEMPLAR EMENDANTVR
FLORIS FRVCTVSQVE PARTIVM REPRAESENTATIONE AVGENTVR
HABITVS EXTERNI NOTAE PROPRIAE ADDVNTVR
ET OMNES SPECIES
PROBATIS BOTANICORVM NOMINIBVS
ILLVSTRANTVR
CENTVRIA II

CVM PRAEFATIONE
Tit. Pl.
D. D. CHRISTOPH. IACOBI TREW

EXCVDIT FIGVRAS PINXIT ATQVE IN AES INCIDIT
NICOLAVS FRIDERICVS EISENBERGERVS
SERENISS. DVCIS SAXO-HILDBVRG. PICTOR AVLICVS
NORIMBERGAE DEGENS

NORIMBERGAE
TYPIS CHRISTIANI DE LANNOYI ANNO MDCCLIV.

PRAEFATIO.

Quae secundae huic Herbarii Blackvvelliani centuriae praefanda necessum duximus, paucis admodum continentur.

Primum repetimus, quae sub finem Praefationis, primae centuriae praefixae, iam indicavimus, stirpium scilicet hac centuria contentarum expositionem a nonnullis praestantissimis Botanicis, sub directione, approbatione et auxilio Excellentissimi D. D. CHRISTIANI GOTTLIBII LVDWIGII, Professoris Lipsiensis dudum iam celeberrimi, ita elaboratam esse, ut ordo antea a nobis coeptus servaretur quidem, plura tamen maioris illustrationis caussa adderentur et sigillatim cuiusvis stirpis habitus externus notis suis propriis, curatius, quam in Anglico exemplari observatum est, definiretur. Addimus, laudatos Viros, solo amore de publica utilitate hisce quoque bene merendi excitatos, istum laborem

Was wir dem zweyten Hundert des Blackwellischen Kräuterbuchs vorzusetzen nöthig befunden, bestehet in sehr wenigen.

Vordersamst wiederholen wir, was wir zu Ende der Vorrede zu dem ersten Hundert schon angezeiget haben, daß nemlich die Erklärung der in diesem zweyten Hundert enthaltenen Gewächsen von einigen wohlerfahrnen Kräuterkennern, unter der Aufsicht, Genehmhaltung und Beyhilfe des fürtrefflichen Herrn Doctor und zu Leipzig schon lange hochberühmten Professor, Christian Gottlieb Ludwig, also ausgearbeitet seyen, daß die von uns angefangene Ordnung zwar behalten, vieles aber zur mehrern Erläuterung beygefüget, und insbesondere eines ieden Gewächses äusserliches Ansehen durch seine eigene Kennzeichen genauer, als in dem Englischen Muster beobachtet worden, unterschieden werde. Diesem fügen wir bey, daß diese belobte Männer, alleine durch die Liebe, sich um das gemeine Beste auch damit verdient

borem gravem in se suscepisse, eundemque ulterius continuandum benevole promisisse, immo etiam larga copia partitis vicibus communicanda iamdum comprobasse, quem iuste aestimandi ii solummodo potes sunt, qui talem legitime perficiendum unquam tentarunt.

dient zu machen, diese schwehre Arbeit auf sich genommen, und damit fortzufahren Sich gütigst erkläret, ja auch dieses Versprechen durch einen reichen Vorrath, der nach und nach mitgetheilet werden soll, schon geleistet haben, welche Arbeit billig zu schätzen nur diejenige vermögend sind, welche dergleichen gehöriger massen auszuführen jemals unternommen haben.

Deinde monemus, nos equidem omni cura invigilasse, ut stirpium propositarum ipsa exemplaria viva, tum ad earum repraesentationis emendationem, si qua necessaria videretur, tum vel praecipue ad earundem floris et fructus partes, ad generis characteres dignoscendos necessarias, curatius depingendas, artifici, huius operis recudendi auctori, ad manus essent, nihilominus tamen nonnullas iusto tempore colligendas, ob concatenatas alias occupationes, eheu! effugisse; qui vero defectus inposterum pro viribus ut magis evitetur, et omnia commodo loco suppleantur, operam dabimus. Quousque interea laudatus artifex in repraesentandis et depingendis his characteribus hactenus profecerit, exempla addita satis declarant.

Nebst diesem erinnern wir, daß wir zwar allen Fleiß angewandt haben, die natürliche Muster der angezeigten Gewächse selbst, so wohl zur Verbesserung derselben Abbildung, wann sie nöthig geschienen, als auch, und vornehmlich, zu genauer Abzeichnung der Theile derselben Blüthe und Frucht, die zu der Erkänntniß der Geschlechts-Kennzeichen nöthig sind, dem Künstler, der dieses Werk von neuem auszugeben bemühet ist, zu verschaffen, nichts destoweniger einige, die zur rechten Zeit hätten sollen gesammlet werden, wegen überhäuffter anderer Geschäffte, leider entgangen sind, welchen Mangel inskünfftige mehrers nach Möglichkeit zu vermeiden, und alles Versäumte an einem bequemen Ort zu ersetzen, wir uns werden angelegen seyn lassen. Wie weit der Künstler in Abbildung dieser Geschlechtskennzeichen indessen zugenommen habe, bezeugen die beygefügten Muster genugsam.

Ceterum, quum plures nos certiores reddiderunt, auctorum botanicorum eorumque operum illos catalogos, quos praefationi primae centuriae adiunximus, se grato animo excepisse et publica luce dignos existimasse, nemo vero huic conatui contradixit: mens ista declarata calcar nobis dedit, pari ratione, quamdiu DEVS vitam et vires concessurus est, eundem laborem prosequendi ita, ut non solum operum in catalogo I. et II. expositorum aliae porro eorundem editiones, si quae ad manus nostras venirent, superadderentur, verum

Im übrigen, weil viele uns zu erkennen gegeben, daß ihnen diejenigen Anzeigen der Schrifftsteller der Kräuter-Kenntniß und ihrer Werke, welche wir der Vorrede des ersten Hunderts beygefüget, angenehm gewesen sind und sie solche der Bekanntmachung würdig geachtet haben, hingegen niemand wider dieses Unternehmen etwas eingewendet hat, bewoge uns dieses Urtheil, auf gleiche Weise, so lange GOtt Leben und Gesundheit geben wird, diese Arbeit also fortzusetzen, daß nicht alleine derjenigen Werke, welche in der I. und II. Anzeige erkläret worden, ferner mehrere Auflagen, die uns zu Handen kommen, beygefüget, sondern

verum etiam reliqua opera botanica, quae nostra quidem collectio continet, eodem modo breviter recenserentur et singulis huius operis centuriis aliqua eorum pars subnecteretur.

Sufficientem quidem editionum copiam interea collegimus pro augendo I. et II. catalogo iam publicato; rigida autem temporis praesentis aura non solum, verum etiam eius caussa excitatae aegritudines frequentes indeque auctae praxeos clinicae occupationes, impedimento fuerunt, quo minus eam nunc quidem rite disponere et cum iam expositis conferre valuerimus. Neque tamen propterea ordo propositus turbatur, quia in altera horum catalogorum DEO volente continuatione hoc aeque commode fieri et plurium eorundem operum editionum, quae forsan porro accedent, recensio simul inseri potest.

Hanc itaque ob rationem praesenti vice duo tantum iterum comparent catalogi: unus pleniores operum hac centuria recens allegatorum titulos comprehendens et eodem, quo in priori superioris centuriae catalogo coepimus, modo recensitos sistens; alter, qui alia opera botanica, quae nostra collectio suppeditat, pari ratione indicat. In his recensendis lubentes quidem iterum prosequuti essemus ordinem chronologicum; sed quia eiusmodi contextus valde laboriosus est, prouti in elaboratione catalogi secundi satis experti sumus, hoc propositum mutare et omnia opera nondum recensita absque ullo ordine proponere coacti fuimus: aliquando forsan iuvante DEO, generalis omnium recensitorum operum index talem ordinem, usu pecu-

dern auch die übrige Schrifften der Kräuter-Kenner, so viel derselben unsere Sammlung enthält, eben so kürzlich angezeiget und ein Theil davon einem jeden Hundert dieses Werkes angehänget werde.

Wir haben indessen zwar schon einen genugsamen Vorrath derjenigen Ausgaben gesammlet, welcher zu Vermehrung der I. und II. schon mitgetheilten Anzeigen dienen könnte; aber die gegenwärtige rauhe Winters-Zeit so wohl, als die deswegen entstandene häufige Krankheiten und dadurch vermehrte Amts-Verrichtungen, haben uns gehindert, solchen für diesmalen schicklich zu ordnen und gegen die schon erklärte zu halten. Es erlanget aber deswegen die vorgesetzte Ordnung keinen Abgang, weil in der G. G. folgenden Fortsetzung dieser Anzeigen dieses eben so schicklich geschehen und die Beschaffenheit noch mehrerer eben dieser Werker Ausgaben, welche vielleicht ferner dazu kommen, zugleich eingeschaltet werden kan.

Wegen dieser Ursache erscheinen also diesmalen abermals nur zwo Anzeigen: die eine, welche die vollständige Tittel derer in diesem Hundert von neuen angeführten begreifet und auf eben die Weise, wie wir in der ersten des vorhergehenden Hunderts angefangen haben, erkläret; die zweyte, welche andere Botanische Werke, welche unsere Sammlung enthält, auf gleiche Weise anzeiget. In der Erzählung dieser hätten wir zwar gerne abermals der Zeit-Ordnung gefolget; weil aber dergleichen Zusammenhang sehr mühsam ist, wie wir in der Ausarbeitung der II. Anzeige genugsam erfahren, haben wir uns genöthiget befunden, diesen Vorsatz zu ändern und alle noch nicht angezeigte Werke ohne einige Ordnung anzuführen: vielleicht wird mit der Zeit unter GOttes Hülfe eine allgemeine Anzeige aller angeführten Werke diese Ordnung, welche seinen besondern Nutzen hat,

peculiari haud carentem, desiderantibus succurret.

Quum in hisce duobus nunc sequentibus catalogis, et saepius adhuc in futuris, citandi venient priores, consultum duximus, eorum numerum ordine progressivo indicare, atque etiam paginas numeris additis distinguere, ut citatum opus faciliori opera curiosi reperire queant, quos propterea monemus, ut duobus prioribus catalogis paginarum, articulorum, operum singulorum eorumque variarum editionum numeros et litteras calamo addant ea ratione, quam sub finem II. catalogi et quidem p. 51. n. 8. indicavimus; quas distinctiones tunc ob rationes ibidem allegatas omisimus.

Ceterum Lectores benevolos rogamus, ut hunc quoque conatum aequa mente et secundum animum nostrum publicae utilitati pro virium concessarum et horarum succisivarum modulo inserviendi cupidum interpretari velint.

Dabam Norimbergae V. Nonas Martias A. S. R. cIↃ IↃ cc LV.

hat, denen darnach begierigen ein Genügen leisten können.

Weil die zwo nun folgende Anzeigen, und noch öfters die künftigen, auf die vorhergehenden sich beruffen werden, haben wir für dienlich erachtet, diese ihre Zahl nach der fortgehenden Ordnung anzuzeigen, und auch die Seiten mit beygesetzten Zahlen zu unterscheiden, damit das angezeigte Werk mit leichterer Mühe von denen, die solches wünschen, möge können gefunden werden, welche wir deswegen erinnern, daß sie den beeden vorhergehenden Anzeigen die Zahl und Buchstaben der Seiten, Absätze, und eines jeden Werkes auch derselben mancherley Ausgaben mit der Feder beysetzen mögten, auf die Weise, wie wir solches zu Ende der zweyten Anzeige und zwar p. 51. n. 8. angewiesen haben, welches damals aus daselbst angeführten Ursachen unterlassen worden.

Im übrigen bitten wir die geneigten Leser, daß sie auch dieses unser Unternehmen nach Billigkeit und nach unserer Gesinnung, das gemeine Beste, so viel die mitgetheilte Kräfften und abgemessene Stunden erlauben, zu befördern, beurtheilen mögen. Nürnberg den 3ten Merz Anno 1755.

D. CHRISTOPH. IACOBVS TREW.

CATALOGUS III.

III.

CATALOGVS AVCTORVM,

quorum opera hac in ſecunda Blackvvelliani operis centuria, praeter illa in priori iam expoſita, recens citantur.

Quum in his libris recenſendis primaria noſtra cura ſit, ut cuiusvis inſcriptio, argumentum, diſpoſitio & moles, itemque variae editiones (ſi quae proſtant & ad manus ſunt) harumque differentiae notabiles omnibus pateſcant: eos, qui de auctoris fama fideque plura ſcire deſiderant, ad Ill. HALLERI opus praeclarum ablegamus, quod ſub finem cat. II. p. 50. iam indicavimus, propterea que hic litteris v. H. citavimus.

Act. Helu. Acta Heluetica, phyſico-mathematico-botanico-medica, figuris nonnullis aeneis illuſtrata et in uſus publicos exarata. Volumen I. Baſileae, typis et ſumtibus Ioh. Rudolphi Im-Hof, 1751. 4. pagg. 104. App. pagg. 72. tit. praef. elenchus capit. pagg. 8. tabb. aen. 6. figg. 16. et 5. ligno exciſae contextui inſertae. *Argumenta botanica horum actorum ſunt:* 1. FRID. ZVINGERI obſ de fungo peculiari, auctumni tempore reperto *p.* 50. 51. *tab. an.* 11. *cum* 4. *figg.* 2. ABRAH. GAGNEBIN, l'ainè, deſcription du Bouleau (*Betula*) nain, ou petit Bouleau, *p.* 58 - 61. 3. JO. HOFERI, Jo. Fil. et Nep., obſervata quædam botanica, *p.* 70 - 72: *continent haec* Scheuzeriae Linn. *aliam ſpeciem vel ſaltem varietatem,* & Lauri vulgaris *nec non* Citrei Tournef. *floris maſculini examen.*

Barrel. Plantae per Galliam, Hiſpaniam et Italiam obſeruatae, iconibus aeneis exhibitae a R. P. IACOBO BARRELIERO, opus poſthumum, editum cura et ſtudio ANTONII DE IUSSIEU Medici. Pariſiis, apud Steph. Ganeau via Iacobaea, 1714. *Hunc titulum indicat frontiſpicium aeri eleganter inciſum, quod ſimul ornatur Auctoris effigie et duabus Granadillae ſpeciebus. Alter titulus typis excuſus hic eſt:* Plantae per Galliam, Hiſpaniam et Italiam obſeruatae, iconibus aeneis exhibitae a R. P. IACOBO BARRELIERO Pariſino, in ſacra Theologia Magiſtro, Generalium Praepoſitorum ordinis FF. Praedicatorum Socio a Secretis, Alumno Prouinciae Sancti Ludouici, olimque Medico Pariſienſi. Opus poſthumum, accurante ANTONIO DE IUSSIEU Lugdunaeo, vtriusque Facultatis Monſpelienſis et Pariſienſis Doctore Medico, e Regia Scientiarum Academia, nec non in Horto Regio Pariſienſi Botanices Profeſſore, in lucem editum, et ad recentiorum normam digeſtum. Cui acceſſit eiusdem Auctoris ſpecimen de inſectis quibusdam marinis. Ibid. fol. pagg. 140. Praemiſſa pagg. 18. Index iconum pagg. 26. Accedit approbatio pagg. 2. tabb. aen. 1327. *Praemiſſa continent (praeter titulum et dedicationem GVIDONI CRESCENTIO FAGON inſcriptam) vitam auctoris, praefationem editoris, admonitionem vt et explicationem nominum abbreuiatorum et recenſionem auctorum rei herbariae, quorum operibus vſus eſt editor. Haec declarant, auctorem, a. 1606. natum, priusquam opus meditatum abſoluiſſet aſthmate extinctum eſſe a. 1673. d. 17. Septembris, eum ipſum plantas propria manu delineaſſe, partium proportiones et floris fructusque analyſin ſigillatim addidiſſe, omniaque in aes incidenda curaſſe, illis vero nonniſi nuda nomina et perpaucis tantum deſcriptiones, hasque leuiter adumbratas, addidiſſe, ideoque maximam huius operis partem editori perficiendam ſuperfuiſſe. Mentionem quoque faciunt incendii, cuius flammis reliqua huius operis erepta fuerunt: ſed quo fato hoc contigerit, non additur. Praeterea monent, harum tabularum iam antea aliquot exemplaria, partim viuo partim defuncto auctore, euulgata eorumque iconibus alios eousque abuſos eſſe, ut pro recens inuentis in ſuis ſcriptis propalauerint, cuius criminis ſigillatim accuſatur PAVLLVS BOCCONE in ſuo Muſeo commiſſi. Tandem indicant, aliquas icones, reliquis elegantia ſua inferiores, ex aliis atque nominatim ex ſchedis CORVINI, equitis Romani, mutuatas eſſe. Admonitio addita docet, duas illas Granadillae ſpecies operis huius frontiſpicio adſculptas et nullibi depictas, deſumptas eſſe ex PLVMERII collectaneis manuſcriptis, ex quibus etiam earum plena deſcriptio adiungitur. Ipſa harum tabularum expoſitio, editoris cura adornata, conſiſtit in variis earum apud auctores appellationibus rariorumque deſcriptionibus adiectis, et ſingulis ſpeciebus hinc inde in tabulis diſperſis ad ſua genera reuocatis a p. 1. ad 128. Deinde ſequitur inſectorum marinorum delineatorum nomenclatura ſingulorumque certis claſſibus atque ordinibus facta adſignatio ad p. 134. porro index generum plantarum latinus et gallicus ad p. 138. et tandem index iconum Barrelianarum alphabeticus, qui ad expoſitionem et tabulas ſimul ablegat, pagg. 26. Quod ad tabulas ipſas attinet, ſingula folia quatuor earum exhibent, exceptis tribus ultimis, quarum ſingularum una totam paginam occupat. Ex hac tabularum diſpoſitione de figurarum magnitudine facilis coniectura eſt, et inſuper inter poſteriores multae reperiuntur reliquis adhuc minores. Ex his tabb. 1281. ad 1288. 1295. 1296. et 1298., itemque tres ultimae, animalis regni producta delineant, ut itaque reliquarum, quae vegetabilia ſiſtunt, numerus ſecundum hunc computum 1313. conſtitueret, niſi numeri 373. et 374. bis nec non 406. ter occurrerent, ſinguli diſtinctam ſtirpem exhibentes, et contra tabulae pro numeris 827. 828. 1038. 1076. et 1256. deficerent; vnde genuina harum tabularum ſumma 1312. conſtituit. Quoniam vero tabulae nonaginta tres 2, quatuordecim 3, ſex 4, et una 5 figuras ſimul comprehendunt, figurarum omnium diſtinctas ſtirpes repraeſentantium ſumma ad numerum 1455. aſcendit. Praeterea nonnullis harum figurarum iungitur floris fructusque analyſis, pluribus vero flos, fructus, unum vel alterum folium, itemque ramulus in magnitudine naturali. Denique addimus, tabulis 537. et ſeqq. iterum praefixum eſſe idem frontiſpicium aeri inciſum iam indicatum, adiecta Tomi II. nota. Reliquas 14. tabulas, animalis regni producta mollia, cruſtacea et teſtacea, huc non pertinentia delineantes, ſilentio praeterimus.* v. H. p. 201.

Bauh. Th. CASPARI BAVHINI viri clariſſ. Theatri botanici ſiue Hiſtoriae Plantarum ex veterum et recentiorum placitis propriaque obſeruatione concinnatae liber primus, editus opera et cura IO. CASP. BAVHINI. Baſileae, apud Io. Koenig, 1658. fol. paginarum columnis bipartitis 684. praemiſſa pagg. 10. indices pagg. 36. figg. ligno exciſae et textui inſertae 254. *Huic operi praefigitur Auctoris effigies aeri inciſa.*

incisa. Post titulum sequuntur editoris, filii, dedicatio et praefatio, IO. FAVTSCHII *monitum ad editorem, syllabus auctorum citatorum, plantas communicantium nomina, sectionum et capitum series. Patet ex his, hunc quoque foetum esse posthumum, et quidem partem tantum duodecimam amplissimi operis diu ab auctore promissi, quae vix per temporum tunc difficillimorum calamitatem lucem aspicere potuit. Plures autem, si non omnes, eiusdem operis partes ab auctore iam elaboratas esse, ex monito* FAVTSCHII, *filium ad earundem editionem hortantis, colligere licet.* v. H. p. 187.

2. a. *Auctor praecedentis operis viuus adhuc nunciauit illud alio, hunc titulum prae se ferente :* ΠΡΟΔΡΟΜΟΣ Theatri botanici CASPARIS BAVHINI Basilens. Archiatri et Profess. Ordin. in quo plantae supra sexcentae ab ipso primum descriptae cum plurimis figuris proponuntur. Francofurti ad Moen. typis Paul. Iacobi, impensis Io. Treudelii 1620. 4. mai. pagg. 160. tit. dedic. praef. 8. ind. 12. figg. ligno excisae et textui interfertae 140. vel 146. quia 6. bis, sed alia sub facie, repraesentantur. *Hic liber exhibet specimina descriptionis et delineationis plantarum ex duodecim theatri libris excerpta: libri primi figurae 36. vel 39. et descriptiones 93. propterea in theatro iterum apparent eaedem.* v. H. 187.

2. b. Eodem titulo, editio altera emendatior. Basileae impensis Io. Regis 1671. *Paginae priori editioni respondent. Qua ratione haec editio emendata sit, invenire haud possumus, si excipias pauca errata in priori indicata hic emendata Ceterum prior hac praestat : in hac enim e. g. non solum p. 64. Hieracii VII. figura deficit, verum etiam p. 152. Musci XImi descriptio est illa XII, et XImi penitus omissa est.*

Bergen *Fl. Francof.* CAROLI AVGVSTI de BERGEN, Med. D. et Prof. publ. ord. Flora Francofurtana methodo facili elaborata. Accedunt cogitata de studio botanices methodice et quidem proprio marte addiscendae, terminorum technicorum nomenclator et necessarii indices. Francofurti ad Viadrum 1750. apud Io. Christian Kleyb, 8. pagg. 375. tit. praef. 8. ind. 30. *Hic catalogus potissimum recenset plantas circa Francofortum ad Viadrum sponte provenientes, et quidem methodo systematica. in qua condenda auctor quoad classes et ordines Tournefortianam praecipue sequutus est, in generibus vero definiendis utitur terminis Linnaeanis, addit calycis structuram, staminum numerum et pericarpii compositionem; stylorum vero structuram et numerum omittit.*

Boehm *Fl. Lips.* GEORG. RVDOL. BOEHMERI Phil. et Med. Doct. Flora Lipsiae indigena. Lipsiae apud Io. Gothofred. Dyckium 1750. 8. mai. pagg. 340. praemiss. quae comprehendunt titulum, dedicationem, praefationem, et auctores citatos pagg 24., index latinus et germanicus 20. *Praefatio recenset auctores, qui plantas in solo Lipsiensi sponte provenientes annotarunt, et proinde 1.) mentionem facit* CHR. LVD. WELSHII *et* PAVL. AMMANNI (conf. Segu. Bibl. bot. 210. & 4. v. H. 213. *et* 202.) *sed hi non solum indigenas cum exoticis sine distinctione miscuerunt, verum etiam earum nomina specifica ad distinguendas species inepta protulerunt, exiguamque in re herbaria peritiam prodiderunt.* 2.) *Flora Lipsiensis, quam* DAVID WIPACHERVS *a* 1726. *edidit, pauperrima est et nomina adeo obscura et imperfecta exhibet, ut plantae iis indicatae inde cognosci nequeant* (conf. v. H. 229.) 3.) HENR. BERNH. RVPPII *Flora Ienensis* (vid. Cat. I. *p. 7.*) *plurimas quidem continet plantas in confiniis Lipsiensibus nascentes; sed numerus earum, quarum solum natale annotavit, exiguus est.* 4.) AVG. FRID. WALTHERVS *in hortum suum (cuius Catalogum evulgavit* vid. huius catalogi finem) *plures indigenas plantas intulit easque coluit; sed insignis earum numerus earumque praecipue, quae in hortis coli nequeunt, ibidem non reperitur.* 5.) LVDOV. IVNGERMANNI *Viridarium Lipsiense cum flora Gissensi, teste* IO. IAC. BAIERO *editum* (conf. SEGVIERII Biblioth. bot. p. 93. et v. H. 188. qui hoc opus ex Linnaeo citati *omni industria adhibita auctor reperire haud potuit* (neque ad nostras hucusque pervenit manus) *adeoque, num typis excusum sit, dubius est. Ex his ergo colligit, genuinam Floram Lipsiensem ante ipsum neminem evulgasse. Ceterum ingenue fatetur atque depraedicat, curas ipsius multum sublevasse* IO. ERN. HEBENSTREITIVM, CHRISTIAN. GOTTLIB. LVDWIGIVM *et* IO. GOTTLIB. GLEDITSCHIVM, *utpote qui plantas, de quibus sermo est, singulari studio et collegerunt et examinarunt, licet suas observationes cum publico nondum communicaverint. Praecipue autem laudat laudati* GLEDITSCHII *humanitatem, qua librum hunc iam absolutum rogatus suis obseruationibus, inprimis quae ad graminum, muscorum et fungorum historiam pertinent, schedis communicatis multum locupletavit, cui etiam nova ab ipso elaborata plantarum epiphyllospermarum methodus inserta est ita, ut omnia, quae ipsi debentur, eius nomine praefixo notata reperiantur. Reliqua huius praefationis indicant, hanc Floram continere indicem plantarum, quae intra unius milliaris a Lipsia distantiam generantur et ab auctore continuata per 9. annos industria obseruatae fuerunt; easque, multas ob rationes explicatas, secundum methodum Ludvvigianam, in noua eius definitionum plantarum editione* (vid. Cat. I. p. 5.) *propositam, ordinatas esse ita, ut generum nominibus retentis species subiunctae harumque nomina a recentioribus, praecipue* LINNAEO, ROYENO *atque* HALLERO *constructa, citata, ubi vero factu id opus erat, noua constituta fuerint. Deinde monet, numerum specierum exiguum exinde enatum esse, quia ex observatione recentissimorum plures species ad varietates tantum reducendae sint, circa quas tamen* HALLERVM, *mediam viam incedentem, sequutus est. Tandem subinde, vulgaribus etiam plantis, annotationes observationesque subiunxit, quae historiae earum illustrandae et charactери generico et specifico perficiendo inservire possunt, itemque quae ad medicum et oeconomicum earum usum pertinent.*

Comment. *Acad. Bon.* 1. De Bononiensi scientiarum et artium instituto atque academia commentarii. Bononiae 1731. Ex typographia Laelii a Vulpe. 4. mai. pagg. 647. tit. dedic. praef. 10. tabb. aen. 9. *In hoc tomo p.* 83. *agitur* de plantula quadam in aqua pluuia orta, *p.* 104. *nominantur* plantae quaedam in monte Cimone observatae, *et pag.* 158. fungus Melitensis *breviter describitur.*

2. — tomi secundi pars prima. ibid. 1745. pagg. 506. tit. dedic. 8. figg. nullae. *Hic tomus nihil continet hic referendum, quam quae* de coralli colore, flore, radice, crescendique modo *p.* 74 — 78. *exponuntur.*

3. — tomi secundi pars altera. Ibid. 1746. pagg. 406. tit. dedic. praef. 8. tabb. aen. 23. *Articuli botanici sunt* 1.) de malo punico *p.* 39 - 51. tab. aen. 1 - v. 2.) de variis exoticis plantis *p.* 357 - 368. *ubi quatuor* convolvulorum *species describuntur et tab. I. II. delineantur, itemque una* vitis Carolinianae *species tab. III.* 3.) *Vlteriora* de coralliorum vegetatione aliisque vegetabilibus marinis *p.* 381 - 388. *quae ad operis Marsiliani,* Histoire physique de la mer *inscripti, emendationem multum faciunt.*

4. — to-

4. — tomi secundi pars tertia ibid. 1745. pagg. 568. tit. dedic. praef. 8. tabb. aen. 15. *Vnicum exhibet argumentum botanicum, nempe* de Aldrovandia novo herbae palustris genere, *p.* 404 - 412. *et tab. IIda aenea delineato.*

Dalib. Florae Parisiensis prodromus: Ou Catalogue des plantes, qui naissent dans les environs de Paris, rapportées sous les denominations modernes et anciennes, et arrangées suivant la méthode séxuelle de M. LINNAEVS. Avec l' Explication en Francois de tous les Termes de la nouvelle Nomenclature. Par M. DALIBARD. à Paris chez Durand, Libraire, rue S. Jaques au Griffon, & Pissot, Quay des Augustins, à la Sagesse. 1749. 12. pagg. 403. tit. praef. 20. defin. et explic. termin. 54. index vocabul. recens propositor. 14. index gener. et synonymor. 26. *Praefatio rationem reddit, cur recentissimi botanici ad ductum LINNAEI nomina generica aeque ac specifica mutauerint, et cur in eiusmodi catalogis methodica dispositio stirpium praeferenda sit alphabeticae. Deinde declarat, cur methodum sexualem reliquis praetulerit. Denique indicat auctores, secundum quos definitiones suas formavit, et quae circa specierum varietates nec non stirpes vel ab auctoribus nominatis non indicatas vel a se ipso nondum satis exploratas obseruauit. In ipso catalogo recenset 1.) plantarum, quas indicat, genera secundum classes Linnaeanas, 2.) proponit earum nomina generica et specifica ab auctoribus Linnaeanam methodum sequutis efformata, ubi vero haec deficiunt, praemisso generico nomini Linnaeano subiungit solummodo specificum ex aliis auctoribus immutatum; 3.) citat synonyma aliorum auctorum; locum natalem vero proprium non indicat.*

Gmel. Fl. Sib. 1. Flora Sibirica, sive historia plantarum Sibiriae. Tomus I. continens tabulas aeri incisas L. auctore D. IO. GEORGIO GMELIN, Chem. et Hist. nat. Prof. Petropoli ex typographia Academiae Scientiarum 1747. 4. mai. pagg. 221. tit. praef. 130. index generum 4. rerum 22. *In praefatione A. fusius 1.) exponit Sibiriae, regionis amplissimae, situm, aquas, montes, externam faciem, altitudinem et aerem p.* 1 - 82. *2.) recenset iter suum et factam per 9. annos in Sibiria commorationem p.* 83. *sequ. 3.) sui et itineris comitum instituti rationes reddit p.* 84 - 93. *4.) inter plantas Asiaticas et Europaeas comparationem instituit secundum VI. generales naturae leges, quas singulas ampla stirpium recensione illustrat p.* 94 - 114. *5.) rationem, qua Floram hanc Sibiriae ordinauit, declarat p.* 115 - 124. *unde sequentia tantum indicasse sufficiat. Varietates a genuinis speciebus A. sollicite distinxit; nomina generum, Linnaeana pleraque, quaedam etiam Halleriana, adoptavit monitumque, si necesse erat, addidit, ipsos etiam generum characteres plerumque retinuit, interdum tamen eos immutavit, quando scilicet planta nulli cognitorum generum congruere visa est, cuius genus formavit LINNAEVM sequutus; speciebus vel nomina imposuit iterum admodum LINNAEI, ROYENI, HALLERI, vel quoad plantas iam cognitas ipsa nomina ab illis tradita retinuit atque praeterea ueterum botanicorum syononyma adiecit; in speciebus definiendis DILLENIVM, LINNAEVM, HALLERVM consuluit, qui insuper haud pauca ad Sibiriae plantas spectantia cum ipso communicarunt; loca plantarum natalia, nomina incolarum, usumque, qui apud incolas viget, sollicite adnotavit et propriis obseruationibus locupletavit; imagines plantarum, paucis exceptis, omnes ad viuum et magnitudinem naturalem faciendas proptereaque quasdam ex Ammaniano opere emendandas curauit; mensurae et ponderis, quibus usus est, rationem exposuit, et in digerendis his plantis AD R. van ROYEN methodum sequutus est. Haec excipiunt quaedam ad publicationem externumque huius operis splendorem pertinentia p.* 125. *nec non aliquot monita de plantis, quas MESSERSCHMIDIVS in Iside Sibirica indicauit p.* 126. 127. *tandemque ab A. annotantur nonnulla in hoc ipso suo opere emendanda p.* 128. *seqq. Secundum methodum indicatam hic tomus recenset genera ad quinque classes pertinentia, quarum prima comprehendit* palmas *p.* 1 - 33. *secunda* lilia *p.* 34 - 78. *tertia* gramina *p.* 79 - 149. *quarta* stirpes amentaceas *p.* 150 - 184. *quinta* umbelliferas *p.* 185 - 221. *De tabulis aeneis adhuc monemus,* 50. *earum repraesentare* 75. *figuris totidem species vel saltem varietates.* v. H. 240.

2. Flora Sibirica sive historia plantarum Sibiriae. Tomus II. continens tabulas aeri incisas XCVIII. ibid. 1749. 4. mai. pagg. 240. tit. praef. 24. index generum 3. rerum 6. *Nomen auctoris titulus non indicat: est autem idem laudatus GMELINVS, qui praefationis loco praemittit accuratam censuram plantarum, quae classi compositarum, aggregatarum et triccocarum, quas hic tomus comprehendit, legitime accenseri queant, ubi non solum factam classis compositarum in cynarocephalas, corymbiferas et cichoraceas, divisionem a VAILLANTIO propositam, verum etiam nonnulla earum genera, tum a VAILLANTIO, tum a LINNAEO, HALLERO, LVDWIGIO definita, examinat p.* 3 - 15. *et p.* 16 - 18. *mentem suam de aggregatis et tricoccis explicat. P.* 18. 19. *indicat, hunc tomum praeter Sibiricas plantas continere quoque alias, quae tum a b. GERBERO in itinere ad Wolgam fluuium et ad Tanain suscepto, tum a D. LERCHE circa Astrachaniam et in ipsa Persia collectae sunt, hinc vero plures icones pro siccatis inter chartas plantis exarari debuisse, circa quas tamen GMELINVS operam dedit, ut habitus plantae cuiusque plurimam partem exacte exprimeretur, et, ne ullus error irreperet, ad singulas adnotauit, qua in parte deficiant. P.* 19 - 21. *iterum indicat plantas a b. MESSERSCHMIDIO in Iside Sibirica recensitas, classibus vero huius tomi, easdem ob rationes in praefatione Tomi I. allegatas, non insertas. Tandem p.* 21 - 24. *recenset quosdam errores alios in primo tomo emendandos. Hoc tomo, ut praefatio iam monuit, sistuntur classis VI. quae comprehendit* plantas flore composito *et quidem I.* semiflosculoso *p.* 1 - 40. *II.* capitato 41 - 104. *III.* floribus nudis 105 - 139. *IV.* radiatis *p.* 140 - 208. *Hanc classem excipit VII. plantarum* flore aggregato 209 - 225. et denique *VIII. plantarum* tricoccarum 226 - 240. *Tabulae aeneae* 98. *sistunt figuris* 148. *totidem species vel varietates.*

Gronov. 1. a. Flora Virginica exhibens plantas, quas V. C. IOHANNES CLAYTON in Virginia obseruauit atque collegit. Easdem methodo sexuali disposuit, ad genera propria retulit, nominibus specificis insignivit, et minus cognitas descripsit IOH. FRED. GRONOVIVS. Pars prima. Lugd. Bat. apud Corn. Haak 1739. 8. mai. pagg. 128. dedic. 4 ind. 6.

1. b. Eodem titulo, ibid. 1743. *ubi novus tantum titulus praefixus est.*

2. Eodem titulo, pars secunda, ibid. 1743. a pag. 129. ad 206, ind. pagg. 4.

Dedicatio GRONOVII CLAYTONO inscripta docet, hunc ab illo catalogum herbarum, fruticum arborumque in Virginia sponte nascentium & ab ipso collectarum ut & multa earundem specimina siccata accepisse, haecque secundum systema Linnaeanum digessisse nominibusque tum genericis tum specificis ad eius nornam distinxisse,

xisse, totumque catalogum, secundum Raianam methodum a CLAYTONO ordinatum, sed modo memorato (exceptis iis plantis, quarum specimina nondum accepit et ✱ *notavit) mutatum in publicum edidisse, ne pari fato periret, quod DOODII, VERNONI, KRIEGII et BANISTERI obseruationes de plantis uariis Indiae meridianae annotatae eheu! expertae sunt, utpote quarum pauca tantum fragmenta ab interitu uindicauit RAIUS. Ceterum addit GRONOVIUS, hunc catalogum confirmare non solum RAII sententiam, herbas in provincia Pensilvania, Virginia, Marilandia, novaque Anglia esse prorsus easdem, verum etiam docere, innumeras in Virginia sponte nasci, quas Asia et Europa magno proventu proferunt.* v. H. 236.

Guett. 1. Obſervations ſur les plantes par M. GUETTARD, Docteur en Medicine de la Faculté de Paris, de l' Academie Royale des Sciences et Medicin botaniſte de S. A. S. Monſeigneur le Duc d' Orleans. Tome premier a Paris chez Durand, rue S. Iaques, au Griffon 1747. 12. mai. pag. 302. praemiſſ. 78. ind. lat. & gall. 16. tabb. aen. 4.

2. Eodem titulo, tome ſecond ib. a. eodem pagg. 464. index lat. et gallic. 22.

Praefatio pagg. XLIII. ampla ab initio statim indicat, opus hoc recensere plantas in confiniis civitatis Stampae (Eſtampes) *sponte prouenientes simulque exhibere obseruationes ad glandulas et filamenta seu pilos earum pertinentes. Hoc argumentum auctor sibi proprium uindicat, alterum totum ferme tribuit D. FRANCISCO DESCURAIN, avo suo, medico et pharmacopoeo Stampano, cuius uitae curriculum meritaque p. II - XXI. fusius exponit. Reliqua sigillatim explicant contenta huius operis. Exemplar DESC. manuscriptum latino sermone exaratum gallice reddidit A. ut pluribus inseruire queat: conseruauit tamen nomina latina plantam definientia. Ille adoptauit nomina Tournefortiana, Bauhiniana aliaque, noster Linnaeana et Royena adiectis synonymis 2. vel 3. Tournefortianis, Bauhinianis etc.; formauit tamen et noua secundum proprietates plantarum immutabiles. Varietates praeteriit, exceptis iis, de quibus nondum conueniunt auctores. Usum a DESC. adnotatum omisit, utpote partim ab aliis satis iam explicatum, partim nostri de medica materia ideae non respondentem. Tempus, quo florent plantae recensitae, generaliter tantum in fronte cuiusuis ordinis indicauit, quia quotannis ferme uarium est. Addit, num planta sit annua an perennis; num folia seruet an perdat post floris fructusque perfectionem. DESC. sequutus est systema Tournefortianum ordine alphabetico, noster Linnaeanum absque mutatione, ea excepta, quam propriae obseruationes exigebant. Hae potissimum respiciunt partes quasdam, de quibus auctor persuasus est, eas, praeter flores, probare affinitatem inter plantas, licet eaedem quibusdam minus essentiales et ad certum quid determinandum ipsosque characteres specificos definiendos minus idoneae sint visae. Hae sunt illae, quas A. plantarüm glandulas earumque filamenta seu pilos nominat, et quarum uarietates ratione situs, numeri, coloris, figurae, structurae, symmetriae in genere explicat p. XXX - XXXIV. terminorumque definitiones exhibet harumque rationes reddit p. XXXIV - XXXVII. quarum etiam constitutionem in ipso opere non solum singulis ordinibus praemittit et secundum hanc genera coniungit, verum etiam ipsis horum speciebus subnectit. Ceterum A. in definiendis ordinibus TOURNEFORTIUM, in his subdividendis LINNAEUM sequutus est. Quum civitas Stampa non multum a Lutetia Parisiorum distet, utriusque regio plurimas plantas alit communes paucasque tantum Stampensis proprias producit. His plantis iunguntur Aurelianenses, quarum catalogum composuit D. de CAMBRAY multumque auxit Du HAMEL, et in appendice T. secundi p.* 389 - 464. *recensentur aliae, quas A. in itineribus per uarias Galliae provincias institutis obseruauit. Tabulae aeneae* 4. *repraesentant* 80. *circiter figuras affabre sculptas, quae structuram, ordinem etc. glandularum et filamentorum variis exemplis illustrant.* v. H. 240.

Hernand. a. Rerum medicarum novae Hiſpaniae theſaurus, ſeu plantarum, animalium, mineralium Mexicanorum hiſtoria, ex FRANCISCI HERNANDI, novi orbis medici primarii, relationibus in ipſa Mexicana urbe conſcriptis a NARDO ANTONIO RECCHO, Monte Coruinate, Cath. Maieſt. Medico et Neap. Regni Archiatro generali, iuſſu PHILIPPI II. Hiſp. Ind. etc. Regis collecta ac in ordinem digeſta, a IO. TERRENTIO Lynceo, Conſtantienſe Germano, Philoſopho ac Medico, notis illuſtrata. Nunc primum in naturalium rerum ſtudioſorum gratiam et utilitatem ſtudio et impenſis Lynceorum publici iuris facta. Reliqua volumine contenta verſa pagina indicabit. Romae ex typographeio Iac. Maſcardi MDCXXXXVIII. Fol. pagg. 950. praemiſſ. 4. figg. 773. ligno exciſae et textui inſertae.

b. *Hoc titulo paullum mutato:* Rerum medicarum novae Hiſpaniae theſaurus, ſeu plantarum, animalium, mineralium Mexicanorum hiſtoria ex FRANCISCI HERNANDEZ etc. Nunc primum in naturalium rerum ſtudioſorum gratiam lucubrationibus Lynceorum publici iuris facta. Quibus iam excuſſis acceſſere demum alia, quorum omnium ſynopſis ſequenti pagina ponitur. Opus duobus voluminibus diviſum. PHILIPPO IIII. Regi Catholico magno Hiſpaniarum, utriusque Siciliae et Indiarum etc. Monarchae dicatum. Romae ex typographeio Vitalis Maſcardi MDCXXXXXI. *Hunc titulum aeri incisum sequitur alter typis excusus:* Nova plantarum, animalium et mineralium Mexicanorum hiſtoria, a FRANC. HERNANDEZ medico in Indiis praeſtantiſſimo primum compilata, dein a NARDO ANTONIO RECCHO in Volumen digeſta, a IO. TERENTIO, IO. FABRO & FABIO COLVMNA Lynceis, notis et additionibus longe doctiſſimis illuſtrata. Cui demum acceſſere aliquot ex Principis FEDERICI CAESII frontiſpiciis theatri naturalis phytoſophicae tabulae, una cum quamplurimis iconibus, ad octoginta, quibus ſingula contemplanda graphice exhibentur. Romae MDCLI. ſumtibus Blaſii Diverſini et Zanobii Maſſotti bibliopolarum, typis Vitalis Maſcardi. Fol. pagg. 952. praem. pagg. 18. ind. etc. 20. append. 90. ind. 6. figg. 779. ligno exciſae et textui inſertae.

Utraque editio una eademque est, si pauca excipias. SEGUIERIUS p. 84. *refert, a.* 1648. *tomum I. tantum editum esse; meum vero exemplar a p.* 456, *qua hic tomus finitur, paginarum numero non interrupto continuatur: est quidem illud, quod doleo, post p.* 936. *mutilum, unde, quousque hic alter tomus continuatus sit, certo indicare haud possum; quoniam uero elenchus contentorum omnia indicat, quae alter ad p.* 950. *continet, patet inde, hoc opus tunc hucusque iam excusum et postea pauca tantum addita fuisse, id quod collatio utriusquemagis declarat.*

clarat. Prioris editionis titulus aeri incisus et variis figuris illustratus pagina aversa statim exhibet Jac. Mascardi typographi praefationem et hac ipsa contentorum elenchum, quem p. 3. et 4. sequuntur varia impressionis privilegia: posterioris editionis frontispicium aeri insculptum praeter inscriptionem idem est; hoc excipit titulus typis excusus, deinde dedicatio PHIL. IV. Hisp. et Ind. regi inscripta, postea eadem Jac. Mascardi praefatio, porro censorum adprobatio et totius historiae synopsis, pag. 3 - 10. denique index medicamentorum, novae Hispaniae a FRANC. STELLVTO Lynceo in ordinem redactus, p. 11 - 18. Tomus I. p. 1 - 456. utriusque editionis idem est, et L. I. agit de plantis in genere 1 - 26. II. describit aromata 27 - 43. figg. 22. L. III. arbores 44 - 100. figg. 48. IV. frutices atque suffrutices 101 - 130. figg. 30. Harum stirpium singularum descriptiones secundum capitum ordinem in compendium redactas exhibet RAJVS Hist. T. II. p. 1929 - 1935. L. V. acres herbas sistit 131 - 180. figg. 77. L. VI. amaras 181 - 219. figg. 54. L. VII. salsas et dulces 222 - 258. figg. 58. L. VIII. acerbas et acidas 259 312. figg. 80 L. IX. animalia exhibet 313 - 332. figg. 26. L. X. mineralia 335 - 344. sine figg. Pag. 345. peculiaris titulus inseritur: Aliarum novae Hispaniae plantarum NARDI ANT. RECCHI imagines et nomina JO. TERRENTII Lyncaei, notatione, qui liber singularis a p. 347. ad 455. repraesentat 328. figuras sed brevissima tantum descriptione et nulla virium recensione. Harum ut et L. V - VIII. figurarum nomina barbara ordine alphabetico tantum exhibuit RAJVS l. c. p. 1935 - 1943, sed, quod dolendum, omissis paginarum numeris, ubi reperiunda: posteriora solummodo a p. 347 - 455. asterisco distinxit; quaedam autem in hoc catalogo non exstare, reperi. Alter tomus p. 457 - 952. posterioris editionis paucis differt. In priori nimirum p. 457. hic peculiaris titulus legitur: Aliorum novae Hispaniae animalium NARDI ANT. RECCHI imagines et nomina. JO. FABRI Lyncaei, Bambergensis, Philosophi medici, publici Professoris Romani, et summo Pontifici ab herbariis studiis expositione, quem sequitur ad FRANC. Cardinalem BARBARINVM dedicatio, Cal. Jan. 1625. exarata ad p. 464. In posteriori editione p. 457 - 459. reperiuntur sex plantarum imagines hac inscriptione: subsequentium plantarum icones adiecimus, eo quod accuratius delineatae sint, quam eaedem plantae suis locis appositae, quas p. 60. excipiunt contenta tituli peculiaris p. 457. prioris editionis, quibus eadem pagina ad 464, omisso epigrammate et inscriptione ad Card. BARBARINVM, nihilominus sequitur dedicatio iisdem verbis, exceptis illis, quae prioris editionis p. 463. lineae 10. ultimae et tota p. 464. continent, quorum loco in posteriori editione p. 464 lineae 10. ultimae ad lectorem directae et eodem die annoque signatae iunguntur. Haec, ut opinor, magis adhuc confirmant, has mutationes demum accessisse, postquam alterius quoque tomi impressio iam absoluta fuit. Haec pars p. 465 - 840. continet 36. animalium figuras. Ceterum in utraque editione p. 841. alius adest titulus peculiaris hac inscriptione: FABII COLVMNAE Lyncei in NARD. ANT. RECCHI Montecorvinatis medici regii rerum medicarum novae Hispaniae volumen, annotationes et additiones cum dedicatione ad eundem BARBARINVM ad p. 846. Hae annotationes p. 847 - 899. sistunt animalis 1. et plantarum 13. imagines reliquis multo perfectiores. Denique p. 901. sequitur peculiari titulo Phytosophicarum tabularum ex frontispiciis naturalis theatri Principis FEDERICI CAESII Lyncei, S. Angeli et S. Poli Princ. I. March. M. Caelii II. etc. Baron. Rom. desumpta prima pars, in stirpium scientiae ac studiorum institutionem, totiusque herbariae syntaxis prospectum, post Mexicanas RECCHI, quae ceteris cum omnibus plantis in ea copulam inire debeant, nunc primum a Lynceis edita, addita in priori editione Lynceorum Academicorum dedicatione iterum laudato BARBARINO sine die et consule inscripta ad p. 904. in posteriori vero ad D. RODERICVM de MENDOZA Ducem de Infantado etc. Romae 1651. exarata, quae mutatio iterum novum praebet testimonium de priori editione huc usque antea iam absoluta. Post p. 952. in posteriori editione sequuntur indices, addenda et corrigenda pagg. 20. denique peculiaris adhuc tractatus hac inscriptione: Historiae animalium et mineralium novae Hispaniae liber unicus in sex tractatus divisus FRANCISCO FERNANDEZ Philippi secundi primario medico authore, pagg 90. sine figuris, indices, errata pagg. 6. Quibus annis HERNANDUS et RECCHUS labores suos pro opere hoc condendo aggressi sint, annotatum haud legi; id tantum frontispicium indicat, utrumque hoc fecisse iussu PHIL. II. qui Hispanicum regnum a. 1556. gubernare coepit. Ex MASCARDI praefatione constat, in hoc opus a RECCHO digestum et in compendium redactum, 60,000. ducatos impensos fuisse, et nihilominus illud 50. ferme annos latuisse, usque dum nempe a RECCHI nepote, M. ANTONIO PETILIO, cum Lynceis academicis communicatum fuit, dum hi idem edendum, illustrandum et augendum susceperunt. Hoc sub initium saeculi XVII. contigisse, ex privilegiorum penultimo, temporis autem ordine primo, d. XXI. Jul. 1612. signato cognoscere licet. Quod autem eius editio ultra alios 30. annos adhuc protracta fuerit, MASCARDVS in pictorum et sculptorum moras commentatorumque observationes addendas coniicit, quas tamen iam a. 1628. absolutas fuisse, testantur FABRI epilogus, COLVMNAE dedicatio tabularumque CAESII censura, et plusquam verosimile videtur, TERRENTIVM prius adhuc suas additiones elaborasse, quum eaedem singulis stirpibus animalibusque a RECCHO in X. libris enarratis subiunctae atque praeterea eiusdem praefationes singulis his libris praefixae reperiuntur. In his divisionis a RECCHO institutae rationem reddidit, eius tamen difficultatem ubique indicavit et sigillatim in praefatione ad lib. II. contra divisionem stirpium in arbores, frutices et herbas iam disputavit, suamque sententiam exemplis illustravit, meliorem tamen indicare nondum valuit. Monemus adhuc, ex figurarum summa 773. ad stirpes pertinere 710. in posteriori vero editione 716. et ad animalia 63. v. H. 192.

H. Flor. vide *Mich. H. Flor.*

H. Malab. 1. Hortus Indicus Malabaricus, continens regni Malabarici apud Indos celeberrimi omnis generis plantas rariores, Latinis, Malabaricis, Arabicis et Bramanum characteribus nominibusque expressas, una cum floribus, fructibus et seminibus, naturali magnitudine a peritissimis pictoribus delineatas et ad vivum exhibitas. Addita insuper accurata earundem descriptione, qua colores, odores, sapores, facultates, et praecipuae in medicina vires exactissime demonstrantur. Adornatus per HENRICVM van REEDE van DRAAKENSTEIN, nuperrime Malabarici regni Gubernatorem, nunc supremi consessus apud Indos Belgas Senatorem extraordinarium, et primum successorem loco ordinario destinatum, et JO. CASEARIVM, Ecclesiast. in Cochin. Notis adauxit et commen-

tariis illuftravit ARNOLDUS SYEN, medicinae et botanices in Acad. Lugd. Bat. Profeffor. Amftelodami fumptibus Jo. van Someren et Jo. van Dyck 1678. fol. mai. pagg. 110. praemiff. 16. ind. 1. tabb. aen. 57. *His 57. tabulis repraesentantur 50. diftinctae ftirpes ultra 300. figuris, fi omnium, praecipue floris fructusque partium icones figillatim additae computantur.*

2.) Horti indici Malabarici pars fecunda de fruticibus regni Malabarici etc. notis adauxit et commentariis illuftravit JO. COMMELINVS. Ibid. 1679. pagg. 110. praemiff. 4. ind. 1. tabb. aen. 56. *Hae tabulae fiftunt 52. plantas plusquam 280. figuris.*

3.) - - - pars tertia de arboribus regni Malabarici, Latinis, Malabaricis, Arabicis et Bramanum characteribus nominibusque expreffis, unacum floribus etc. adornata per Nobiliff. ac Generofiff. D. D. HENR. van REEDE, tot DRAKESTEIN Toparcham in Meydrecht, quondam Malabarici regni Gubernatorem, fupremi Confeffus apud Indos Belgas Senatorem extraordinarium; nunc vero Equeftris Ordinis nomine Illuftribus ac Praepotentibus Provinciae Vltraiectinae Proceribus adfcriptum, et JO. MVNNICKS, M. D. in eademque facultate anatomes ac botanices in Acad. Vltraiectina Prof. et Reip. Vltraj. Poliatrum. Notis adauxit et commentariis illuftravit JO. COMMELINVS. Ibid. fumtibus viduae Jo. van Someren, haeredum Jo. van Dyck, et Henr. et viduae Theod. Boom. 1682. pagg. 187. ind. 1. praem. 24. tabb. aen. 64. *quibus vero nonnifi 33. diftinctae ftirpes fed 300. ferme figuris cum omnibus partibus fuis exhibentur.*

4.) - - - pars quarta de arboribus fructiferis regni Malabarici etc. Ibid. 1683 (*typographi errore legitur* 1673.) pagg. 125. ind. 1. praem. 4. tabb. aen. 61. *His delineantur 57. ftirpes 390. circiter figuris.*

5.) - - - pars quinta de arboribus et fruticibus bacciferis regni Malabarici etc. Ibid. 1685. pagg. 120. ind. 1. praemiff. 8. tabb. aen. 60. *Harum 33tia duas repraefentat varietates adeoque omnes 61. diftinctas ftirpes 400. ferme figuris.*

6.) - - - pars fexta de varii generis arboribus et fruticibus filiquofis. Latinis, Malabaricis, Arabicis, Bramanum characteribus nominibusque expreffis, adiecta florum, fructuum feminumque nativae magnitudinis vera delineatione, colorum viriumque defcriptione, adornata per Nob. et Gen. D. D. HENR. van RHEDE etc. et THEOD. JANSON ab ALMELOVEEN, M. D. Notis adauxit et commentariis illuftravit JO. COMMELINVS. Ibid. 1686. pagg. 109. ind. 1. praem. 8. tabb. aen. 61. *Harum unica ex dimidio tantum, reliquae, uti in antecedentibus omnes, ex integro conftant folio, et delineant 55. diftinctas ftirpes ultra 300. figuris.*

7.) Horti Malabarici pars feptima de varii generis fruticibus fcandentibus etc. adornata per Nob. et Gen. D.D. HENR. van RHEDE etc. Notis adauxit et commentariis illuftravit JO. COMMELINVS, in ordinem redegit et latinitate donavit ABRAHAMVS a POOT, M. D. Ibid. 1688. pagg. 111. ind. 1. praemiff. 4. tabb. aen. 59. *His exhibentur 57. diftinctae ftirpes plusquam 300. figuris.*

8.) - - pars octava de varii generis herbis pomiferis et leguminofis etc. Ibid. 1688. pagg. 97. ind. 1. praemiff. 4. tabb. aen. 51. *Hae 48. ftirpes diftinctas 260. circiter figuris illuftrant.*

9.) - - pars nona, de herbis et diverfis illarum fpeciebus etc. Ibid. 1689. pagg. 170. ind. 1. praemiff. 8. tabb aen. 87. *Ex his 30. dimidium, reliquae integrum folium conftituunt et 86. fiftunt fpecies plusquam 400. figuris.*

10.) Eodem titulo pars decima. Ibid. 1690 pagg. 187. ind. 2. praemiff. 4. tabb. aen. 94. *Harum 28. dimidii, reliquae iterum integri folii magnitudine comparent et totidem repraefentant ftirpes diftinctas 500. ferme figuris.*

11.) Eodem titulo pars undecima. Ibid. 1692. pagg. 133. ind. 1. tabb. aen. 65. *Ex his tabb. 16. et 17. unico dimidio folio comprehenduntur, adeoque tabularum 64. tantum reperiuntur, quibus 62. diftinctae ftirpes 350. circiter figuris repraefentantur.*

12.) Eodem titulo pars duodecima et ultima, accedit, praeter huius partis fpecialem, generalis totius operis index. Ibid. 1703. pagg. 151. indices 9. tabb. aen. 79. *Harum 61. integro, reliquae 18. dimidio tantum folio conftant, quorum unum tabulam 36. 37. et 38. fimul comprehendit, omnes autem 79. diftinctas ftirpes plusquam 250. figuris fiftunt. Hunc tomum iam a. 1693. excufum effe, et typographum errorem, quem circa tomum quartum omittendo uno X. charactere commifit, et MDCCIII. loco MDCXCIII. pofuit, iterum erraffe, fatis inde patet, quia hic tomus in Transact. philofoph. Soc. Reg. Lond. n. 214. a. 1694. iam recenfitus legitur, et C. COMMELIN fuum catalogum pro XII. tomis (de quo mox plura) iam a. 1696. compofuit. Huic et praecedenti XI. tomo praeter tituli plagulam nihil praemiffum effe, et ex exemplari meo et ex duobus aliis collatis colligo.*

13.) Flora Malabarica, five Horti Malabarici Catalogus, exhibens omnium eiusdem plantarum nomina, quae e variis, tum veteribus tum recentioribus Botanicis collegit et in ordinem alphabeticum digeffit CASPARVS COMMELIN, Med. Doctor, et Horti medici Amftelodamenfis Botanicus. Lugduni Batavorum apud Fredericum Haaringh, bibliopolam, 1696. fol. pagg. 71. tit. dedic. praef. et auctor. citatorum dilucidatio pagg. 8. *Quum Hort. Mal. index generalis ultimo eius tomo additus aeque, ac fpeciales fingulis annexi, nulla alia quam barbarica nomina indicant; huius catalogi auctor utiliffimam operam praeftitit, dum non folum fynonyma latina a commentatoribus indicata, verum etiam plurima alia ex reliquis praeftantiffimis tunc temporis auctoribus improbo labore collegit et publici ufus fecit. Hunc catalogum etiam proftare in forma fic dicta 8va, indicant SEGVIERIVS atque HALLERVS, quae editio vero nondum ad meas pervenit manus.*

Qui hactenus indicata inter fe confert, deprehendet, vaftiffimum hoc opus continere 793. tabulas, quarum 715. integrum et 78. dimidium tantum folium conftituunt; porro inveniet, praeter octo defcriptas quidem fed non delineatas ftirpes, harum tabularum 734. totidem fiftere alias diftinctas ftirpes, reliquas 59. vero repraefentare earundem partes fub alia magnitudine aliove habitu, et denique easdem illuftratas effe plusquam 4000. figuris, fi omnes minimaeque, floris praecipue fructusque, partes figillatim delineatae computantur. Qui praeterea perpendet, non folum tot ftirpium virtutes Europaeis ignotas fummo ftudio collectas effe, verum etiam plurimas harum ftirpium antea nullibi defcriptas vel faltem delineatas proftitiffe, ac infuper fru-

ctificatio-

ctificationis partium characteres saepissime, raro tunc temporis exemplo, tam exacte observatas, descriptas depictasque esse, ut ipse oculatissimus LINNAEVS multa nova plantarum genera ex illis formaverit: facile insignem hunc thesaurum magni aestimabit. Dudum iam eius praestantiam plures decantarunt, et fusius eius contenta recensuerunt Transactiones philosophicae Soc. Reg. Lond. n. 145. 198. 206. et 214. ut et Acta Eruditorum Lipsiensia a. 1684. p. 159. a. 1685. p. 401. et a. 1688. p. 479. conf. v. H. p 202. 209. Et quum locis his citatis primaria argumenta, quae ad historiam huius operis pertinent, satis indicata sunt, crambeu bis coctam adponere haud decet: pauca ergo tantum addo. Praeter stirpes, quas ob magnitudinem nimiam in minorem formam redigere necessum fuit, reliquae omnes vel totae, vel earum ramus in magnitudine sistuntur naturali et effigies ipsae satis artificiose repraesentantur. Quemadmodum ergo hoc opus utilissimum splendore interno gaudet, ita etiam externo ob chartae nitorem et magnitudinem haud caret: tomo I. et III. praeterea frontispicium aeri incisum praefixum est. Qua occasione, quibus auxiliis, quo indefesso studio, et quibus fatis faustis atque iniquis hoc opus susceptum et absolutum fuerit, ipse eius auctor, Generosiss. D. van REEDE, in praefatione tertio tomo praemissa recenset, ubi simul Malabaricam regionem describit et de Bramanum eruditione botanica multa lectu digna profert. Adcurationem, quam in omnibus observavit, satis confirmant disquisitiones et colloquia, ad quae plures Bramanes saepissime convocavit, immo tria illa testimonia primo tomo praefixa, quae partim Malabarica partim Bramanum lingua conscripta in aes incidenda curavit, addita interpretatione latina. Mirandum sane est, hunc virum, inter armorum strepitus a teneris educatum et nulla, ut ipse in praefatione citata ingenue fatetur, litterarum multoque minus botanices cultura imbutum, atque praeterea gravissimis negotiis tunc temporis occupatum, solo stirpium in Malabarico regno provenientium spectaculo iucundissimo, earundemque contra omnis generis aegritudines incolis sufficientibus viribus animadversis excitatum fuisse, ut stupendis curis sumtibusque, publicae utilitatis caussa, egregium hunc foetum excluderet. Vltima eius ad Indos reversi fata eheu praematura hoc in opere quidem non reperiuntur annotata; succurrunt autem in his Transactiones saepius iam citatae: hae namque a. 1694. n. 214. p. 279. occasione recensionis tomi XII. haec referunt latine reddita: „ Hoc volumen claudit totum opus, quia nobilis eius „ auctor anno proxime elapso mortuus est in navi prope Suratam, ubi Batavorum Societas Indiae „ orientalis magnificum monumentum huic Viro, de ipsa amplissime merito suaeque reipublicae „ ornamento erigi iussit. Ceterum optandum est, ut eius scripta atque delineationes, quae ad reliquas Batavorum in Asia et Africa colonias pertinent (ubi ille publico officio fungens aliquamdiu „ residebat) in manus incidant generosas, quae non patiuntur, ut ulla rerum creatarum pars gene„ ri humano abscondita maneat, vel magnorum virorum opera oblivione sepeliantur aut a vermi„ bus destruantur. „ Occasione huius voti lectori ingrata haud erit relatio sequens, per D. JO. JVSTIN. PREISLERVM, pictorum Academiae nostratis Directorem, Roma d. 22. Jan. 1752. accepta et ex Italico sermone traducta: „ Hic asservantur Horti Malabarici quatuor ultimi tomi autographi et nondum „ editi cum descriptione autographa non solum XII. tomorum typis iam excusorum, verum etiam „ quatuor reliquorum memoratorum, multis observationibus tam ratione vegetationis quam fructi„ ficationis stirpium singularibus et 400. tabulis in folio regio ad vivum pictis refertorum. Opera „ P. N. de S. JOSEPHO, Carmelitano discalceato. Offeruntur haec bibliopolae sumtus editionis „ in se suscipienti. „ Hucusque quidem nondum certior factus sum, num haec collectio sit illa ipsa, cuius laudatae Transactiones mentionem fecerunt: dubius quoque adhuc relinquor, num collector eius sit ille ipse Pater MATTHAEVS de Sancto JOSEPHO, natione Neapolitanus, Sacerdos Pontificius ex ordine Carmelitarum discalceatorum, quem D. van REEDE in sua praefatione supra citata non solum ut virum summa plantarum indicarum notitia praeditum; verum etiam officiosissimum et sedulum operis sui suscepti promotorem depraedicat; forsan autem alia occasione D. V. certiora de his proferre possum.

Knaut meth. Methodus plantarum genuina, qua notae characteristicae seu differentiae genericae, tam summae quam subalternae, ordine digeruntur et per tabulas, quas vocant synopticas, perspicue delineantur; in gratiam studiosae iuventutis adornata atque edita a CHRISTIANO KNAUT, Med. Doct. Archiatro Anhaltino et Bibliothecario Halensi. Lipsiae et Halae prostat in officina Ad. Sellii 1716. 8. praeter tabb. synopt. 12. pagg. 268. tit. praef. 4. ind. nominum gener. 10. *Hunc librum Cat. I. p. 3. quidem iam indicavi, sed, pro scopo tunc temporis praefixo, paucissimis tantum verbis, quare hic non solum plenum titulum exhibeo, verum etiam pauca adhuc subnecto. In praefatione monet A., se ante 9. annos iam nunciasse has tabulas synopticas in dissertatione praeliminari de methodo genvina plantarum, quam hic a p. 1. ad 21. praefationis uberioris et introductionis loco iterum sistit, quaeque forsan SEGVIERIO ansam dedit, ut, praeter hanc editionem in 8vo, aliam priorem 1705. in 4to indicaret. Deinde A. noster etiam* alteram huius methodi partem de plantis flore carentibus una cum tabulis plantarum specialibus *propediem edendam promittit, quae vero, quantum scio, non sequuta est. Ipsa dissertatio praeliminaris agit de variis methodis plantas systematice cognoscendi docentibus t. t. celebribus singulasque censet, statuitque, plantas, quae ad eundem modum florent et capsulas seminales conformes producunt, ad idem genus pertinere et eodem nomine generali appellandas esse, et contra: quemadmodum autem in floris uniformis et difformis definitione a Riviniana recedit, ita etiam contra communem sententiam affirmat, nullas omnino dari plantas, quae nuda et nullis omnino capsulis inclusa producant semina; quare capsularum definitiones prolixius exponit. Secundum has regulas in ipso tractatu plantarum classes format ex floris, earundem vero genera ex capsulae structura, quorum generum convenientiam et differentiam in tabulis synopticis sistit, et postea singula sigillatim definit, ubi variae observationes studiose collectae inseruntur. Arbores et frutices a reliquis stirpibus non separat.* v. H. 223.

Knaut Hal. Enumeratio plantarum circa Halam Saxonum et in eius vicinia, ad trium ferme milliarium spatium, sponte provenientium, cum earum synonymiis, locis natalibus, ubi proveniunt, et tempore, quo florent, additis characteribus generum summorum atque subalternorum, et indice copioso, in botanophilorum gratiam methodice consignata, studio CHRISTOPHORI KNAUT, Med. D. et physici patriae ordinarii. Lipsiae sumt. haered. Frid. Lanckisii 1688. 8. pagg. 187. tit. praef. etc. 6. ind. 25. omiss. et err. 3. *Hic auctor, CHRISTIANI pater, MORISONII methodum nude sequutus, classes et ordines secundum varias vagasque notas, genera vero secundum seminum et capsularum dispo-*

spositionem structuramque disponit. Recensit primo plantas flore perfecto monopetalo, tetrapetalo etc. deinde flore difformi, postea flore imperfecto, denique flore vix perceptibili vel nullo, quibus subnectit arbores secundum fructus conditionem dispositas. v. H. 208.

Linn. Fl. Lapp. CAROLI LINNAEI Doct. Med. et Acad. Imp. Nat. Cur. Soc. Flora Lapponica, exhibens plantas per Lapponiam crescentes, secundum systema sexuale collectas in itinere impensis Soc. Reg. litter. et scient. Succiae a. 1732. instituto. Additis synonymis et locis natalibus omnium, descriptionibus et figuris rariorum, viribus medicatis et oeconomicis plurimarum. Amstelaedami ap. Salom. Schouten 1737. 8. pagg. 372. tit. dedic. praef. proleg. et auct. cit. pagg. 40. ind. expos. tabb. etc. 36. tabb. aen. in 4. oblong. 12. et frontisp. aeri incisum. *Secundum praefationem ex mandato Regis CAROLI XI. iam a. 1695. RVDBECKIVS naturalia Lapponiae producta primus lustravit, descripsit et magno labore ac sumtu ad prelum paravit, eiusque tomum primum (quem SEGVIERIVS p. 171. hoc titulo indicat:* OLAI RVDBECKII, Olai filii, nova Samoland, sive Lapponia illustrata, tradens animalium, herbarum et mineralium diversitatem. Vpsaliae 1701. in 4. suecice et latine. conf. huius ipsius florae Lapp. auctores allegat. et v. H. p. 217.) *in lucem edidit, reliqui autem septem (in biblioth. bot. edit. Amstel. 1736. p. 102. et Hal. 1747. p. 81. ipse auctor ut et Acta litterar. Sueciae a. 1720. p. 91. pariter ac HALLERVS l. c. duodecim indicant) fatali illo incendio 1702. exorto et florentissimam urbem Vpsaliam in cineres convertente simul perierunt ita, ut nihil ex iis reliquum manserit, praeter tabulas quasdam manu pictas et brevem catalogum rariorum plantarum Actis citatis l. c. insertum. Post 40. annos a Regia litterarum et scientiarum societate electus est A., ut idem iter eundem in finem repeteret, id quod etiam a. 1732. magna quidem audacia spretisque omnibus vitae incommodis aeque ac periculis solus et absque ullo comitatu suscepit, felici tamen successu semestri anni spatio absolvit, et quicquid ex quocunque naturae regno observare potuit,* (contenta prolixius indicat A. in biblioth. bot. l. c.) *fideliter notavit, eaque, quae ad plantas pertinent, hoc tractatu cum publico communicavit; quae omnia fusius in praefatione hac recensentur. Prolegomena sistunt brevem regionis Lapponicae eiusque aeris, aquarum, solique ut et sigillatim omnium locorum quoad stirpes fertilitatis descriptionem, quam excipit comparatio plantarum Alpinarum huius atque aliarum regionum, nec non earum, quae in desertis reperiuntur, notatis simul omnium affectionibus singularibus. Ceterum mentionem quoque facit A. itineris, quod a. 1734. ad Alpium Lapponicarum partem australem suscepit, ubi vero nil novi invenit. Prolegomena sequitur index auctorum hoc in tractatu allegatorum exterorum et Suecorum, ut et propriorum scriptorum. Ipse tractatus recenset 537. distinctas species, secundum A. systema sexuale dispositas, quae copiosis notis ad cognitionem et usum earum pertinentibus et in titulo iam indicatis illustrantur, earumque praeterea 80. figuris 92. nitidis repraesentantur.*

Linn. Fl. Zeyl. CAROLI LINNAEI, Archiatr. Regii, Med. et Bot. Prof. Vpsal. Acc. Imperial. Vpsal. Monspel. Stockh. Berol. Soc. Flora Zeylanica, sistens plantas indicas Zeylonae insulae, quae olim 1670-1677. lectae fuerunt a PAVLO HERMANNO, Prof. Bot. Leydensi; demum, post 70. annos, ab AVGVSTO GVNTHERO, Pharmacop. Hafniensi, orbi redditae; hoc vero opere revisae, examinatae, determinatae et illustratae generibus certis, differentiis specificis, synonymis propriis, descriptionibus compendiosis, iconibus paucis. Prostat Amstelaedami apud J. Wetstenium 1748. 8vo pagg. 240. praemiss. 28. indices 20. tabb. aen. in 4to. obl. 4. *His accedunt* Nova genera plantarum Zeylanicarum nuper edita in diss. acad. sub praesidio Auctoris per C. M. DASSAW, heic compendiose proposita, pagg. 14.

Ex dedicatione laudato GVNTHERO inscripta patet, Herbarium Zeylanicum, quondam a P. HERMANNO in Zeylona lectum et quinque voluminibus in forma atlantica constans, per 50. annos latuisse, immo perditum creditum, a fatis vero GVNTHERO reservatum fuisse. Hic, quum illud ad LINNAEVM misisset, ut plantis nomina adscriberet, ipsi occasionem dedit, hoc opus in publicum usum edendi. Praefatio primum nominat viros, qui botanicam seculo XVI. instaurare coeperunt et 6000. plantarum species cognitas fecerunt; sequuntur deinde illi, qui saec. XVII. hanc scientiam uberius excoluerunt et numerum specierum ad 20,000 auxerunt, quas alii in certa genera distribuerunt, quorum TOVRNEFORTIUS solus 500. (missis dubiis) struxit; hos excipiunt denique illi, qui nostro saeculo in ditanda et expolienda botanica coniunctis viribus perrexerunt tanto studio, ut non solum specierum numerus mirum in modum increverit, verum etiam nunc plusquam 1074. genera iam definita sint. Vt hoc opus magis exornaret Auctor, praemittit brevem Zeylonae insulae descriptionem eiusque productorum naturae pretiosissimorum enumerationem, atque deinde subiungit PAVLI HERMANNI laude dignissimum vitae curriculum, ab anno 1640. d. 30. Junii ad a. 1695. d. 28. Jan. absolutum, praecipue vero itineris sui ad Indos suscepti occupationumque suarum tum ibi locorum tum postea Leydae, ubi Professor botanices constitutus erat, historiam, cui multa lectu digna atque iucunda interserit. Mentionem porro facit JO. HARTOGII, Hortulani, qui brevi post HERMANNI fata iter ad Zeylonam insulam pariter suscepit indeque integrum herbarium Zeylanicum CORNEL. VOSSIO, hortulano Leydensi, misit. Praeterea commemorat, vastissimam herbariorum JO. BVRMANNI, in horto Amstelodamensi Professoris aetatis anno 22. dignissime constituti, collectionem praecipue ornare bina illa Zeylanica tum ab HERMANNO ad COMMELINVM, tum ab HARTOGIO ad VOSSIUM missa, ubi simul merito depraedicat celeberrimi huius viri merita sigillatim circa plantas Zeylanicas aeque ac Africanas et Amboinenses maxima cura luci expositas. Tandem Noster illius herbarii a GVNTHERO communicati contenta fusius exponit, illud ab ipso HERMANNO collectum esse probat et, quae illius illustratione praestitit, enarrat. Praefationem hanc sequitur syllabus auctorum, qui plantas Zeylanenses, postquam HERMANNVS eas collegerat, descripsere, exceptis paucis, quas BONTITVS habet, in cuius limine monet noster, plantas Zeylanenses cum Javanensibus, Benghalensibus, Malabaricis et praesertim Maderaspatensibus esse easdem. Agmen horum praemissorum claudit systema florae Zeylanicae. Ipsum opus disposuit A. secundum systema suum sexuale et classibus prioribus XXIV. recenset 397. distinctas plantarum species amplissima synonymorum collectione atque subinde accurata earum descriptione aliisque observationibus illustratas; Classe XXV. a n. 398. ad 429. proponit plantas obscuras, quarum fructificatio parum, nec sufficienter, cognita; classe XXVI. a n. 430. ad 443. dubias, quarum fructificatio adhuc latet; classis denique XXVII. a n. 444. ad 657. barbaras, quarum sola nomina innotuere ex HERMANNI museo, nec harum sicca specimina occurrebant in herbario examinato.

Linn.

Linn.spec. 1. CAR. LINNAEI S.ae R.giae M.tis Sueciae Archiatri, Medic. et Botan. Vpſal. Equitis aur. de Stella Polari; nec non Acad. Imper. Monſpel. Berol. Toloſ. Vpſal. Stockh. Soc. et Pariſ. Coreſp. Species plantarum, exhibentes plantas rite cognitas, ad genera relatas, cum differentiis ſpecificis, nominibus triuialibus, ſynonymis ſelectis, locis natalibus, ſecundum ſyſtema ſexuale digeſtas. Tom. I. Holmiae impenſis Laurent. Saluii, 1753. 8. mai. pagg. 560. praemiſſ. 12.

2. Eodem titulo Tom. II. ibid. anno eodem, a pag. 561. ad 1200. index gen. pag. 8. ſynonymor. 16. triuial. 5. erratοr. 1.

Opus hoc ſtupendi laboris ſyſtemati Auctoris tanto maiorem affundit lucem, quanto copioſior nunc eſt generum numerus, et quanto minor hucusque obſeruata fuit in deſcribendis et depingendis ſpeciebus cura. Praefatio monet, veterum botanicorum ſtudium occupatum tantum fuiſſe in fingendis nominibus arbitrariis, iconibus illuſtratis, et recentiores ſyſtematicos adquieuiſſe in generum adcuratiori definitione ſolidis fundamentis ſuperſtructa, quorum auctores celebriores nominantur; noſtrum vero Auctorem eſſentiales et legitimas differentias definiendas ad ſpecies pariter extendere tentaſſe, quum omnis vera cognito cognitione ſpecierum innitatur. Deinde fuſius recenſet, quae huius cauſſa ipſe inſtituerit itinera, quos hortos viſitauerit inſtructiſſimos, quaeque perluſtrauerit herbaria a viris celeberimis collecta. Porro nominat aliquos ſuorum diſcipulorum, quos ad itinera in remotiſſimas regiones alterius quoque orbis ſuſcipienda excitauit, quique inde plantas lectas ad ipſum miſerunt, ut et amicos, qui ex variis terris cum ipſo communicarunt ſemina plantasque ſiccas, et tandem illos quoque, qui in definiendis differentiis ſpecificis iisdem principiis hactenus inſtiterunt. Rationem deinde reddit, cur easdem differentias antea in aliis ſuis operibus iam indicatas emendare debuerit, monetque, ſe plantas nondum viſas plane omiſiſſe, non ſufficienter examinatas vero ſigno † notaſſe, ubi ſimul promittit, ſi quis non nominatas ad ipſum mittere velit, eas in proxima editione comparituras eſſe cum honorifica mittentis recenſione. Poſtea numerum legitimum plantarum totius orbis, ſatis certo calculo inſtituto, vix ac ne vix 10,000. *attingere affirmat. Triuialia nomina eum in finem marginibus adpoſuit, ut uno nomine quaelibet planta comprehendi queat; ubi vero monet, haec abſque ſelectu, alio tempore inſtituendo, addita eſſe, aliosque hortatur „nunquam tale proponendum eſſe ſine ſufficiente differentia ſpecifica. Synonyma Europaearum plantarum adhibuit pauciſſima, exoticarum vero plura; deſcriptiones tantum obſcuris ſubiunxit; loca natiua ubique indicauit, et fruticantes, perennes, biennes, annuas certis ſignis diſtinxit et genera nonnulla noua, nonnulla immutata propoſuit, quae in noua generum plantarum editione, propediem ſequutura, ſiſtenda promittit. Tandem indicat, cur aduerſariis ſuis reſpondere minus conſultum duxerit. Praefationem excipit ſyllabus operum, quae Auctores reformatores aeque ac uſitatiores in lucem ediderunt. Quum partim in titulo, partim in praefatione recenſita auctor ipſe ſatis iam expoſuerit operis huius contenta, nil addendum reſtat. Hoc ergo tantum indicamus, generum nuda tantum nomina proponi, et varias ſtirpes pro diſtinctis ſpeciebus ab aliis traditas nonniſi ut varietates ſubinde indicatas atque etiam nonnullas obſeruationes peculiares additas eſſe.*

Manet.Virid. Viridarium Florentinum ſiue Conſpectus plantarum, quae floruerunt et ſemina dederunt hoc anno 1750. in horto Caeſareo Florentino Societatis Botanicae cuſtodiae commiſſo. Vna cum adnotationibus nonnullis et animaduerſionibus circa genericas plantarum nomenclaturas, ſimulque cum conſtitutione trium nouorum generum, Niccolinia, Seguieria et Guettarda. Auctore XAVERIO MANETTI, Medicinae Doctore, Societatis eiusdem Botanico atque a Secretis. Florentiae 1752. ex typographia Bernardi Paperini. 8. maj. pagg. 109. tit. dedic. et praefat. 15.

Manet Spicil. Spicilegium plantas continens CCCXXV, Viridario Florentino addendas pro aeſtiuis demonſtrationibus huius anni 1751. In gratiam ſtudioſae inuentutis deſcriptas et diſpoſitas ab eodem XAV. MANETTI Horti Praefecto. pagg. 32.

Hoc ſpicilegium appendix tantum eſt prioris operis, cuius contenta potiora A. ipſe intitulo iam indicauit: pauca ergo addenda habemus. In praefatione A. primum delineat florentiſſimum horti Florentini ſtatum, qui illi ANTON. MICHELII et IO. TARGIONII curis contigit, poſtea uero ſenſim ſenſimque periit, usquedum a. 1746. *ipſi haec ſparta commiſſa fuit, deinde quaedam adſtruit de plantarum vitae termino, poſtea indicat, ſe MICHELII exemplo circa plantarum nomenclaturas Tournefortianam methodum ſequutum eſſe, Linnaeana tamen nomina generica quandoque addidiſſe, ubi ſimul mentem ſuam de refingendis plantarum nominibus exponit atque declarat, ſe noua nomina non amplecti, niſi ſumma neceſſitas id poſtulet. In differentiis plantarum deſignandis non ſolum ad floris et fructus formam, verum etiam ad foliorum, caulium, radicum ac reliqui plantae habitus rationem eſſe reſpiciendum docet (quomodo autem haec interpretanda ſint, p.* 30. *not.* 1. *et p.* 67. *ſeq. nota* 2. *fuſius exponit) ut methodus tanto facilior reddatur, qua occaſione ſimul mentem ſuam de Linnaeana methodo, ſpecierum varietatibus nominumque innouationibus aperit. Ipſe tractatus alphabetico ordine recenſet plantas* 1214. *quibus ſi accenſentur illae in ſpicilegio additae, numerus ultra* 1400. *aſcendit. Praeter Tournefortiana nomina plura, adoptavit Heiſteriana, Micheliana, et Vaillantiana. neque tamen Linnaeana penitus excluſit. Notae, quas copioſas et ſubinde largas ſubnectit, plerumque obſeruationes circa characteres generum et ſpecierum habitas indicant; aliquae Linnaeano ſyſtemati oppoſitae ſunt; aliae etiam ſingularia continent: e. gr. p.* 20. *nota* 2. *experimenta A. recenſet, quae cum ſucco Coriariae (qui ſecundum SAUVAGESIVM, a LINNAEO in Hort. Vpſ. p.* 299. *citatum, quocunque modo et a quoqcunque animali aſſumtus epilepſiam producit) ſine ullo effectu in cane inſtituit; neque etiam deleterium deprehendit ex larga ſucci baccarum Belladonae quantitate cuniculo et catulo propinata. Pag.* 27. *not.* 1. *ſiſtit itineris Sibirici ab aliquot hiſtoriae naturalis cultoribus, GMELINO praeſertim, inſtituti brevem hiſtoriam. Pag.* 68. *demonſtrat, quare auctores ſexuali ſyſtemati addicti, coacti ſint, genera imminuere, ubi occaſionem arripit differendi de auctoribus, qui ante LINNAEVM tale ſyſtema condiderunt, quos ex praefatione epiſtolae Burckhardianae ab HEISTERO editae citata collegit. P.* 77. *not.* 1. *quaedam exponit de propagatione plantarum ſecundum clima differente. P.* 93. *inſeritur montium Piſtorienſium et rerum quarundam ibi maxime obſeruabilium breuis adumbratio. Sub finem huius tractatus recenſentur illuſtres viri exteri in album Societatis Botanicae Florentinae relati; ſpicilegii vero finem facit elenchus auctorum, quorum opera citata ſunt.*

Marcg. Braſ. 1. Hiſtoria naturalis Braſiliae auſpicio et beneficio Illuſtriſſ. J. MAVRITII Com. Naſſau. illius provinciae et maris ſummi praefecti adornata. In qua non tantum plantae et animalia, ſed et indigenarum morbi, ingenia et mores deſcribuntur et iconibus ſupra quingentas illuſtrantur. Lugd. Bat. apud Franciſc. Hackium et Amſtelod. apud Lud. Elzivirium 1648. fol. mai. *Hic titulus aeri inſculptus et variis figuris nitide effictis exornatus eſt. Sequens pagina contenta huius operis eorumque auctores hiſce magis declarat:* GVILIELMI PISONIS, M. D. Lugduno Batavi, de Medicina Braſilienſi libri quatuor: I. de aere, aquis et locis. II. de morbis endemiis. III. de venenatis et antidotis. IV. de facultatibus ſimplicium. Et GEORGII MARGRAVII de Liebſtad, Miſnici Germani, hiſtoriae rerum naturalium Braſiliæ libri octo, quorum tres priores agunt de plantis, quartus de piſcibus, quintus de avibus, ſextus de quadrupedibus et ſerpentibus, ſeptimus de inſectis, octavus de ipſa regione et illius incolis, cum appendice de Tapuyis et Chilenſibus. JO. DE LAET, Antwerpianus, in ordinem digeſſit et annotationes addidit, et varia ab Auctore omiſſa ſupplevit et illuſtravit. *Praemiſſa, quae praeter titulos indicatos continent dedic. praef. Piſonis et ſummaria librorum, pagg. 8. Piſonis tract. pagg. 122. ind. p. 2. figg. 105. ex quibus 93, quas liber IV. continet, ad ſtirpes pertinent. Hunc tractatum excipit titulus operum Marcgravii idem iam indicatus, eiusd. dedic. praef. et ſummaria librorum pagg. 8. ipſe tract. pagg. 293. ind. pagg. 7. figg. 436. ex quibus 200. priores et 4. ultimae ſtirpium icones ſiſtunt. Poſt decem annos in lucem prodiit opus, maximam partem cum indicato idem, hoc titulo:*

2. GVILIELMI PISONIS, Medici Amſtelaedamenſis, de Indiae utriusque re naturali et medica libri quatuordecim, quorum contenta pagina ſequens exhibet. Amſtelaedami apud Ludovicum et Danielem Elzevirios 1658. fol. *Hic titulus aeri pariter inſculptus, et cum priore idem eſt, nonnullis tamen figuris mutatis luculenter differt. Pagina ſequens in titulo citata haec indicat:* GVILIELMI PISONIS, Medici Amſtaeledamenſis, I. de aeribus, aquis et locis. II. de natura et cura morborum, occidentali Indiae, imprimis Braſiliae, familiarium. III. de animalibus, aquatilibus, volatilibus et terreſtribus, edulibus. IV. de arboribus, fructibus et herbis medicis, atque alimentariis, naſcentibus in Braſilia et regionibus vicinis. V. de noxiis et venenatis, eorumque antidotis. Quibus inſertae ſunt animalium quorundam vivae ſectiones; tum et aliquot metamorphoſes inſectorum. VI. mantiſſa aromatica etc. poſita poſt Bontii tractatus. GEORGII MARCGRAVII de Liepſtadt I. tractatus topographicus et meteorologicus Braſiliae cum obſervatione eclipſis ſolaris. II. commentarius de Braſilienſium et Chilenſium indole ac lingua etc. JACOBI BONTII, Bataviae in maiore Java novae Medici ordinarii I. de conſervanda valetudine, II. methodus medendi. III. obſervationes in cadaveribus. IV. notae in GRACIAM ab ORTA. V. hiſtoria animalium. VI. hiſtoria plantarum. Quibus (*duobus ultimis*) ſparſim inſeruit G. PISO annotationes et additiones qua icones atque res neceſſarias. *Praemiſſ. pagg. 22. ipſum opus Piſon. pagg. 327. index pagg. 5. figg. 575. inter quas a p. 109. ad 273. et 302. ad 314. reperiuntur 226. quae ſtirpes et 8. quae easdem bis repraeſentant. Marcgr. tractatus conſtat pagg. 39. et figg. 3. quarum 1. eclipſin ſolarem, 2. et 3. duo quadrupeda animalia repraeſentant. Vltimus tractatus titulum paullo mutatum hunc prae ſe fert:* JAC. BONTII hiſtoriae naturalis et medicae Indiae orientalis libri ſex. I. de conſervanda valetudine etc. in quorum librorum penultimo naturae animalium, avium et piſcium, in ultimo autem arborum et plantarum ſpecies mirae, Europaeis incognitae, ac ad vivum delineatae explicantur. Commentarii, quos auctor, morte in Indiis praeventus, indigeſtos reliquit, a GVILIELMO PISONE in ordinem redacti et illuſtrati atque annotationibus et additionibus rerum et iconum neceſſariis adaucti. *Conſtat pagg. 160. figg. 116. ex quibus 73. ultimae ad ſtirpes pertinent. Hunc tractatum denique excipit* GVIL. PISONIS mantiſſa aromatica ſive de aromatum cardinalibus quatuor, et plantis aliquot medicis in medicinam receptis. relatio nova *a pagg. 163. ad 206. figg. 21. ind. pagg. 2.*

Alia valdeque differens eſt utriusque huius operis diſpoſitio. Quum nobis de ſtirpibus tantum ſermo ſit, reliqua ſilentio praeterimus. 1) *In priori opere maxima ſtirpium pars adſcribitur MARCGRAVIO, in poſteriori ne unica. In priori PISO in praefatione de MARCGRAVII meritis haec ſincere profeſſus eſt, „ille, ſedulus per ſexen- „ nium Mediterraneorum locorum explorator, meis primum, mox Illuſtr. Comitis (*Naſſovienſis*) ſubſidiis „ ſuffultus, partes ſuas circa geographicas, aſtronomicas, hiſtoriaeque naturalis obſervationes, acriter tuta- „ tus eſt. Atque in Africam tandem transfretans ſuccubuit, quamobrem, ne illius viri periret memoria, „ aſtronomica cl. D. Profeſſori GOLIO aliquando edenda; hiſtoriam vero naturalem curae praeſtantiſſ. viri J. „ de LAET, de Americanis meritiſſimo, per illuſtriſſ. MAVRITIVM Naſſovium tradi curavi. Atque ut de- „ functi cineribus ſua perſolverentur praemia, opus eius poſthumum meis tractatibus non intermiſceri, ſed „ adiungi volui,“ quibuscum conferri merentur, quae MARCGRAVII operis ſui dedicatio et JO. de LAET editoris praemiſſa praefatio continent, ubi PISONIS nulla fit mentio, ſed omnia (exceptis illis, quae editor in ordinando et illuſtrando hoc opere, ab auctore indigeſta collectione relicto, praeſtitit) ad eum ſolum referuntur, quare etiam PISO in ſuo priori opere ſaepius illum citat. In poſteriori opere, huius immemor, Marcgraviana ſuis absque ulla nota diſtinctionis immiſcuit raroque illum nominavit, nec in praefatione plura de eodem commemorat, quam quod partem oneris derivaſſet in domeſticos ſuos, prae ceteris in MARCGRAVIVM, ut penſiculate obſervaret externas potiſſimum figuras illarum rerum naturalium, quarum ipſe virtutes internas praeſidiaque medica, firmandae vel reſtituendae valetudini nata, ſollicite expertus eſt, idque, quod in priori editione (nimis praecipitanter, per eius a praelo abſentiam in lucem protenſa) promiſerat, nunc tandem praeſtaret, ſcilicet utilia ab inutilibus, vera a dubiis et ſuperſtitioſis, ſalutaria a noxiis ſepararet.* 2) *Ex figurarum (quae omnes ligno excifae et contextui inſertae ſunt) collatione iam patet, non ſolum in priori opere plures, verum etiam in poſteriori aliquas bis reperiri easdem.* 3) *Non ſolum poſteriori operi additas eſſe icones, quibus prius caret; verum etiam priori permultas inſertas eſſe in poſteriori omiſſas, harumque non ſolum eas, quas MARCGRAVIVS recenſuit, verum etiam nonnullas, quas ipſe PISO publicavit.* 4) *Et nomina et deſcriptiones unius eiusdemque figurae ſaepius variare.*

Ex his facile patet, poſterius PISONIS opus, multis licet figuris auctum, multisque annotationibus illuſtratum, haud inutile reddidiſſe prius, multoque minus illud MARCGRAVII. Vt autem de his curioſi absque temporis diſpendio certiores reddantur, gratam illis fore ſequentem figurarum collationem olim inſtitutam confidimus.

dimus. Id adhuc praemonemus, in numerandis illis nos florum et fructuum imagines, sigillatim indicantes, tunc tantum computasse, quando eadem stirpis figura absque his antea vel a PISONE vel a MARCGRAVIO exhibita fuit: addimusque, P. a. PISONIS opus prius, P. b. posterius, M. vero MARCGRAVII opus significare.

1. *Ex* 93. *illis figuris, quas P. a. exhibet,* 57 *tum in M. tum in P. b. pariter reperiuntur eaedem, exceptis paucis, quas notabimus, paullulum mutatis, nempe* 1) Mandihoca *P. a.* 55. *b.* 117. *ubi* Mandihoca sylueftris, *M.* 293. *f.* 4. *fine nomine, atque descriptione.* 2) Acaju *P. a.* 58. *M.* 95. *ubi* Acaiaiba *et* Acaiuiba, *et fructus fig. 3. in magnitudine naturali, P. b.* 120. *ubi melior icon itemque eaedem fructus tres figurae.* 3) Icicariba *et illius gummi* Icica *seu* Elemi *P. a.* 59. *b.* 122. *M.* 98. 4) Jetaiba *P. a.* 60. *M.* 101. *P. b.* 123. *ubi* 2. *icones fructus in magnitudine naturali.* 5) Caopia *P. a.* 61. *b.* 124. *ubi* Caaopia, *M.* 96. 6) Caranaiba *et* Anachi cariri *barbaris,* Tamar *Lusitanis,* P. *a.* 62. *f.* 1. *b.* 2. *f.* 1. *M.* 130. *P. b.* 126. *ubi* Carnaiba I. 7) Pindoua *P. a.* 62. *f.* 2. *b.* 125. *M.* 134. *ubi* Pindoba. 8) Aroeira *P. a.* 64. *M.* 90. *P. b.* 132. *ubi alia sed vilior icon.* 9) Zabucajo *P. a.* 66. *M.* 128. *ubi* Jacapucaya, *P. b.* 128. *ubi figura mutata et cum fructu in magnitudine naturali.* 10) Gueticoroja *P. a.* 67. *M.* 114. ubi Guitiiba, *cuius fructus* Guiti-coroya, *P. b.* 136. *ubi alia vilior icon.* 11) Janipaba *P. a.* 68. *b.* 138. *M.* 92. 12) Tapia *P. a.* 69. *b.* 140. *M.* 98. 13) Ambaiba *P. a.* 72. *b.* 147. *M.* 91. 14) Bacoba *seu* Musa *P. a.* 75. *M.* 137. *ubi* Pacoeira, *P. b.* 134. 15) Mangaiba *P. a.* 76. *M.* 122. *ubi etiam* Mangabiba, *P. b.* 156. *ubi totius arboris, floris et fructus mutata figura.* 16) Vmbu *P. a.* 78. *M.* 108. *ubi* Iua Vmbu *et ab* Vmbu *distinguitur, P. b. ubi* Vmbu *mutata figura sistitur.* 17) Cebipira-guacu *P. a.* 78. *b.* 169. *M.* 100. 18) Mureci *P. a.* 79. *b.* 171. *M.* 118. 19) Guabipocaiba *P. a.* 80. *b.* 170. *ubi* Guabipocacabiba, *M.* 111. *hoc eodem nomine.* 20) Munduy-guacu *Lusitan.* Pinhoes *P. a.* 83. *M.* 96. *ubi* Mundubiguacu, *Lusitan.* Pinhones, *cum* 4. *fructus figuris in magnitudine naturali,* |*P. b.* 179. *ubi* Munduy-guacu *seu* Nux cathartica Americana *et maior totius stirpis figura cum iisdem* 4. *fructus figuris.* 21) Juripeba mas *P. a.* 84. *f.* 1. *b.* 181. *f.* 1. *M.* 89. *ubi Jurepeba.* 22) Manaca *P. a.* 85. *b.* 184. *M.* 69. 23) Pagimirioba *P. a.* 86. *b.* 185. *ubi* Pajomirioba I. *M.* 9. 24) Camaro-Juba *P. a.* 87. *b.* 177. *ubi* Camara-Vmba, *M.* 6. *ubi* Camara-Vuba. 25) Ananas *aliis* Nana *P. a.* 87. *b.* 195. *M.* 33. 26) Betys *vel* Betre *P. a.* 88. *b.* 196. *M.* 125. 27) Nhambi *P. a.* 89. *b.* 228. *et* 310. *M.* 50. 28) Caa-apia *P. a.* 90. *M.* 52. *P. b.* 232. *et* 311. *ubi* Caapia. 29) Acaricoba *P. a.* 91. *b.* 260. *M.* 27. *ubi* Erva do Capitaon. 30) Tangaraca prior, *Lusit.* Erva do Rato *P. a.* 92. *M.* 60. *ubi ab* Erva de Rato *distinguitur, P. b.* 303. *ubi* Tangaraca III. 31) Inhame de S. Thome, *Bras.* Cara P. *a.* 93. *b.* 255. *M.* 29. 32) Batata de purga, *alias* Mechoacan, *Bras.* Iticucu P. *a.* 94. *M.* 41. *ubi* Jaticucu *seu* Radix Mechoacan, P. *b.* 253. *ubi flos (videtur autem potius fructus) in magnitudine naturali additur.* 33) Caapeba P. *a.* 94. *M.* 26. P. *b.* 312. *et* 261. *ubi alia adhuc icon cum radice additur.* 34) Tajao'ba I. *seu* alba P. *a.* 95. *f.* 1. *b.* 236. *f.* 1. *M.* 35. 35) Tajao'ba II. *seu* Mangara peuna P. *a.* 95. *f.* 2. *b.* 236. *f.* 2. *M.* 36. *f.* 1. 36) Tajao'ba III. *seu* Mangara miri P. *a.* 95. *f.* 3. *b.* 237. *M.* 36. *f.* 2. *Praeter has tres Tajaobae species* P. *a.* et *b. sine figura describit* IV. *seu* silvestrem *aliis* Tajobaraon *et Lusit.* Mangara brava, *quam vero M. ut et reliquarum trium specierum nomina specifica omisit et numero tantum distinxit.* 37) Inimboja, *Lus.* Silva da Praya P. *a.* 96. *b.* 205. *ubi* Inimboy, *M.* 12. *ubi descriptio et* 56. *ubi icon.* 38) Nhandi, Piper longum P. *a.* 96. *b.* 197. *M.* 75. *ubi* Piper caudatum, *Lus.* Betre, *Bras.* Nhamdu. 39) Jacuacanga, *aliis* Paco Caatinga P. *a.* 98. *b.* 214. *ubi etiam* Periná, *M.* 48. 40) Jamacaru P. *a.* 100. *b.* 188. *M.* 24. 41) Jaracatia P. *a.* 100. *f.* 3. *b.* 190. *ubi* Jamacaru IV., *M.* 126. *f.* 2. 42) Ipecacuanha P. *a.* 101. *b.* 231. *M.* 17. 43) Caiatia *aliis* Caacica P. *a.* 102. *b.* 245. *et* 311. *M.* 7. *ubi etiam* Erva de cobra *seu* herba colubrina. 44) Aninga P. *a.* 103. *f.* 2. *sine descriptione, b.* 220. *f.* 2. *ubi* Aninga II. *cum descriptione, M.* 106. *cum eadem descriptione, ubi* Aninga iba, *quo vero nomine* P. *a.* et *b. l. c. aliam depingit et describit Aningae speciem a M. omissam.* 45) Caajandiwap, *aliis* Caaopomonga P. *a.* 105. *M.* 28. *ubi* Caapomonga *et Lusit.* Erva do vina, *b.* 200. *ubi etiam* Caaiandiroap. 46) Murucujamiri P. *a.* 107. *b.* 248. *M.* 72. *ubi* Murucuia Pyriformis. 47) Aguara-quiya, Erva do Bicho *nonnullis, aliis* Erva mora *vel* Pimenta de Gallinha P. *a.* 108. *b.* 224. *M.* 108. 48) Aguaraciunha-acu *sive* Fedagoso P. *a.* 109. *b.* 229. *ubi* Jacua Acanga *et ab* Aguara-quinha *tanquam species distinguitur, M.* 7. 49) Caaataja P. *a.* 110. *b.* 230. *ubi* Caa-ataja *et Lus.* Erva de purga de Joan. Pays, M. 32. 50) Caraguata-acanga P. *a.* 111. *cum fructus duplici icone in magnitudine naturali,* P. *b.* 192. *iisdem figuris, M.* 87. *sine fructu.* 51) Meeru *sive* Canna indica P. *a.* 116. *b.* 212. *M.* 4. 52) Albara *aliis* Pacivira P. *a.* 117. *b.* 213. *M.* 5. *ubi alia* Meeru *species dicitur sine nomine specifico.* 53) Tupaipi *aliis* Vrucatu P. *a.* 117. *b.* 235. *M.* 35. *ubi* Vrucatu. 54) Juquiri, *aliis* Caaco, Herbae castae *seu* Mimosae species prior P. *a.* 118. *b.* 202. *et* 304. *f.* 1. *M.* 73. *ubi* Caaeo *seu* Herba viva. 55) Caaeo posterior P. *a.* 118. *f.* 2. *b.* 203. *et* 304. *f.* 2. *M.* 74. *ubi* Herba viva fruticescens, *Lusit.* Silva d'Agoa *et ubi JO. DE LAET. siliquae maturae iconem adiecit.* 56) Ibipitanga *vel* Vbipitanga *sive* Cerasus Brasiliana P. *a.* 121. *M.* 116. *utrobique ramulus cum flore in magnitudine naturali,* P. *b.* 187. *ubi mutata icon, nempe truncus cum ramo sed magnitudine imminuta.* 57) Janiparandiba P. *a.* 121. *b.* 172. *ubi* Japarandiba, *M.* 109. *ubi* Japarandiba *et* Jeniparanduba.

2. *Ex reliquis* P. *a. figuris porro etiam apud* P. *b. quidem occurrunt, sed apud M. desunt figurae* 33. *sequentes.* 1) Araticu-Pana *a.* 70. *b.* 306. 2) Embira *seu* Pindaiba *a.* 71. *b.* 144. 3) Araca-iba *a.* 74. *b.* 151. *ubi* Araca-miri. 4) Abaremo temo *a.* 77. *b.* 168. *ubi* Avaramo-temo. 5) Jito, *alias* Vrape-guacu *a.* 86. *b.* 169. *ubi* Jito I. 6) Zamouna *a.* 81. *b.* 175. *ubi mutata icon cum trunci parte et* Saamo'ana *appellatur.* 7) Andira Ibaiariba *sive* Angelin *a.* 81. *b.* 175. 8) Cambui *sive* Myrtus silvestris *a.* 82. *b.* 178. 9) Juripeba (*conf.* §. 1. *n.* 21.) foemina *a.* 84. *f.* 2. *b.* 181. *f.* 2. 10) Mamanga *a.* 85. *b.* 183. 11. 12) Tangaraca (*conf.* §. 1. *n.* 30.) posterior *a.* 93. *ubi duae figurae, altera ut videtur in magnitudine naturali, b.* 302. *ubi* Tangaraca II. *iterum his duabus figuris, sed maiori viliori.* 13) Jaborandi prior *a.* 97. *f.* 1. *b.* 216. *f.* 1. 14) posterior *ibid. f.* 2. 15) Jupicanga *a.* 99. *b.* 257. *ubi additur* Radix Chinae, *figura vero minor est, cum radicis figura.* 16) Vrurumbeba *a.* 100. *fig.* 2. *b.* 191. *ubi praeterea*

Jama-

Jamacaru VI. *nominatur.* 17) Potincoba, *Lusit.* Pulgera *a.* 101. *b.* 221. 18) Salsa do Praya, Carça littoralis *a.* 103. *b.* 258. *ubi etiam* Convolvulus marinus. 19) Aninga-iba *a.* 103. *b.* 229. 20) Aguaxima, *Lusit.* Malvad'Isco *a.* 104. *b.* 197. 21) Murucuja-guacu *h. e.* Granadilla maior hortensis *a.* 106. *b.* 247. 22) Basouirintha, *sive* Tupeicava *a.* 110. *b.* 246. *ubi multo minor icon.* 23) Caraguatae-Acangae fructus *a.* 111. *f.* 3. *b.* 192. *f.* 2. *de quo in* §. *praeced. n.* 50. 24) Caraguata-guacu *a.* 111. *f.* 2. *b.* 192. *f.* 3. *ubi* Caraguata II. 25) Trevo *aliis* Erva d'amor *a.* 112. *b.* 201. *ubi etiam* Caapomonga III. 26) Herba lanuginosa *a.* 113. *b.* 230. 27) Mangue *sive* Mangle *et* Guaparaiba *a.* 113. *b.* 204. 28) Cururu-ape *et* Guaiana-Timbo *a.* 114. *b.* 250. 29) Auinga Peri *a.* 116. *b.* 218. 30) Jupicai, *Lusit.* Erva d'Empige *a.* 119. *b.* 238. 31) Faisaons d'Empige *a.* 119. *b.* 249. *ubi etiam* Guaiana-Timbo. 32) Masarandiba *a.* 120. *ubi ramulus cum fructu in magnitudine naturali*, *b.* 127. *ubi alia icon ramum sistens in magnitudine imminata cum trunci parte.* 33) Amongeaba *a.* 120. *b.* 239.

3. *In priori ergo PISONIS editione tres tantum figurae supersunt, quae neque apud M. neque apud* P. *b.* *occurrunt, duae unius stirpis* Guabirabae arboris *p.* 73. *et una, qua sistitur ramulus cum flore* Tangaracae II. *alius figurae, quam* §. *praecedente n.* 12. *indicavimus, pariter, uti videtur, in magnitudine naturali.*

4. *Quod ad MARCGRAVIUM attinet, eius opus, praeter* 57. *figuras, quas cum* P. *a. et b. communes habet iam indicatas, adsunt adhuc aliae* 79, *quas PISO in priori editione intactas reliquit, in posteriori vero suis adiunxit: sunt hae* 1) Micambe *M.* 10. P. *b.* 185. *ubi* Paiomirio'ba II, *Bras.* Tareroqui, *Lusit.* Matapasto. 2) Ivapecanga *Brasil.*, Sarçapilla *Hisp. M.* 10. P. *b.* 258. 3) Camaru, Solani vesicariae species *M.* 12. P. *b.* 223. 4) Cararu, *Lusit.* Bredos, Bliti species *M.* 13. P. *b.* 241. 5) Perexil, Crithmi marini species *M.* 14. P. *b.* 243. *ubi etiam* Caaponga I. 6) Ambuyaembo *M.* 15. P. *b.* 263. 7) Marrubii species *M.* 16. P. *b.* 217. *ubi* Marrubium americanum. 8) Jetica, *Congens.* Quiquoaquiamputu, *Lusit.* Batata *M.* 16. P. *b.* 254. *ubi etiam* Apichu *Bras.* 9) Zinziber *M.* 18. P. *b.* 227. *ubi etiam* Mangaratia. 10) Mucuna *M.* 19. P. *b.* 307. 11) Sesamum, *Congens.* Gangila, *Lusit.* Girgilin *M.* 21. P. *b.* 211. 12) Curuba, Cucurbitae species *M.* 22. P. *b.* 263. *ubi* Jace, *aliis* Iba-guacu, *sive* Anguria. 13. 14) Avenqua *sive* Avenca, Adianthi species maior et minor *M.* 23. P. *b.* 234. *ubi* Conambai-miri, *sive* duae Adianthi species. 15) Belingela *Lusit.*, Melongena *Latin.*, Tongu *Angolens.*, Macumba *Congens. M.* 24. P. *b.* 210. 16) Jaroba *Bras.*, Casaca amargosa *Lusit. M.* 25. P. *b.* 173. 17) Camara Japo, Mentha corimbifera Cordi *M.* 25. P. *b.* 218. *ubi etiam* Mentastro *Lusit.* 18) Quingombo *Lusit.*, Quillobo *Congens. et Angolens. M.* 31. P. *b.* 211. *ubi* Quigombo altera. 19) Planta innominata *M.* 31. P. *b.* 244. *ubi* Planta lanaginosa Dictamni aemula. 20) Jaborandi *M.* 36. P. *b.* 215. *et* 312. *ubi* Jaborandi I. 21) Mundubi (*Arachidnae species*) *M.* 37. P. *b.* 256. *ubi siliqua tribus aliis figuris delineatur.* 22) Caraguata *seu* Erva Babosa, *Latin.* Aloe *M.* 38. P. *b.* 193. 23) Herba innominata *M.* 39. P. *b.* 243. *ubi* Caapongall. 24) Juruma, *Bras.*, Bobora, *Lusit.*, Pompoen *Belg. M.* 44. P. *b.* 264. 25) Alcaea hirsuta *M.* 45. P. *b.* 210. *ubi* Quigombo prior *sive* Alcea muscuta. 26) Garyophillata *M.* 46. P. *b.* 209. *ubi* Caryophyllata *sive* Cuambu. 27) Ghandiroba *vel* Nhandiroba *M.* 46. P. *b.* 259. 28) Planta innominata *M.* 47. P. *b.* 222. *ubi* Althaea. 29) Pino, Vrticae urentis species *M.* 48. P. *b.* 235. 30) Paco Seroca *M.* 48. P. *b.* 213. 31) Caaponga, *Lusit.* Beldroga *M.* 49. P. *b.* 213. 32) Caaponga *Bras.*, Beldrogra *Lusit.* Portulacae species *M.* 49. P. *b.* 244. *ubi* Caaponga III. 33) Agutigue'po-Obi *et* Acutitiguepo *M.* 53. P. *b.* 224. 34) Tamoatarana *M.* 53. P. *b.* 255. 35) Herva d'Anir *seu* Anil *M.* 57. P. *b.* 198. *ubi etiam* Caachira I. 36) Eiusdem altera species *M.* 58. P. *b.* 199. *ubi* Caachira II. 37) Caaghiyuyo *M.* 59. P. *b.* 217. 38) Erva do Rato, *cuius* §. 1. *n.* 30. *mentio iam facta est, M.* 60. *fig.* 2. P. *b.* 302. *f.* 1. *ubi* Tangaraca I. 39) Vrucu *M.* 62. P. *b.* 133. *ubi alia icon, rami scilicet fructiferi, in magnitudine naturali additur.* 40) Iva *M.* 63. *f.* 3. P. *b.* 182. *ubi* Jvabe'ba. 41) Jaborandi II. *M.* 69. *f.* 2. P. *b.* 215. *f.* 2. 42) Murucuia-guacu (*conf.* §. 2. *n.* 21.) *et* Guainumbi Acaiuba, *Hisp.* Granadilla, *vulgo* flos Passionis, *Belg.* Rhangappel, I. Murucuia guacu *seu* piriformis *M.* 70. P. *b.* 247. ✱ *f.* 2. *ubi* Murucuia IV. *et* piriformis prima, *ut et* Murucuia guacu *sive* Granadilla magna. 43) II. Murucuia maliformis *M.* 71. *f.* 1. P. *b.* 248. *ubi* Murucuia II. *et* maliformis. 44) III. Murucuia maliformis alia *M.* 71. P. *b.* 247. ✱ *f.* 1. *ubi* Murucuia III. *et* maliformis. 45) Frutex innominatus *M.* 80. P. *b.* 242. *ubi* Vva crispa americana. 46) Tremate *M.* 81. *f.* 1. P. *b.* 176. *ubi* Tremaé. 47) Vuba et Tacomaree *Brasil.*, Alfelao da Zuquere *aut* Cana d'azuquere *Lusit.*, Arundo saccharifera *M.* 83. P. *b.* 109. *ubi* Viba. 48) Coraguata guacu maior species *M.* 87. *f.* 2. P. *b.* 194. *ubi* Caraguata IV. 49) Araticu ponhe *M.* 93. P. *b.* 142. 50) Fructus Munduy guacu (*conf.* §. 1. *n.* 20.) *M.* 97. P. *b.* 179. 51) Ibira *M.* 99. P. *b.* 145. 52) Ibirapitanga *Bras.*, Pao da Brasil *Lusit.* *M.* 102. P. *b.* 164. *ubi etiam* Lignum rubrum. 53) Mamamoeira *vulgo* Papay, foemina 103. *ubi f.* 1. *totam arborem f.* 2. *florem in magnitudine naturali sistit, ceterum autem mas quoque describitur;* P. *b.* 159. *ubi etiam* Pinoguacu, *f.* 2. 3. *ubi vero f.* 1. *maris arboris icon etiam accedit.* 54) Guayaba *M.* 105. P. *b.* 152. *ubi* Araça guacu *itemque* Pruna Granatensia, *et a Guaiaba distinguitur.* 55) Tamarindi, *Lusit.* Tamara azecla *M.* 107. P. *b.* 157. *ubi etiam* Jutay. 56) Anda *M.* 110. P. *b.* 148. 149. 57) Quity, *Lusit.* Pao de Sabaon, *et* fructus Sabaon *M.* 113. P. *b.* 162. *ubi etiam* Saponaria arbor. 58) Quititoroba *M.* 113. *f.* 2. P. *b.* 137. 59) Guyti iba *M.* 115. *f.* 2. P. *b.* 137. *ubi* Guyti III. 60) Ibabiraba *M.* 117. *f.* 1. P. *b.* 150. *ubi etiam* Guabiraba *Lusit.* 61) Tataiiba *M.* 119. *ubi* 2. *figurae, altera in magnitudine naturali*, P. *b.* 163. *ubi alia icon imminuta, pars scilicet trunci cum ramo.* 62) Jito *M.* 120. *f.* 2. P. *b.* 170. *ubi* Jito II. 63) Vmari *M.* 121. *addita fructus figura in magnitudine naturali*, P. *b.* 174. *mutata stirpis figura.* 64) Cujete *vulgo* Cochine *M.* 123. P. *b.* 173. 65) Jamacaru *M.* 125. P. *b.* 189. *ubi* Jamacaru II. 66) Jamacaru secunda *itemque* Caxabu *M.* 126. *f.* 1. P. *b.* 189. *ubi* Jamacaru III. 67) Jamacaru quarta, *seu* Ficus spinosa *M.* 126. *f.* 3. P. *b.* 190. *ubi* Jamacaru V. *et* Cumbeba. 68) Jaracatia *M.* 129. P. *b.* 160. 69) Acaja *et* Ibawetara *M.* 129. *ubi ramus cum foliis in magnitudine, ut videtur, naturali*, P. *b.* 139. *ubi ramulus cum flore et fructu nec non descriptio auctior.* 70) Ibixuma *Bras.* Motambo *Angolens. M.* 131. P. *b.* 162. *ubi etiam* arbor Saponaria. 71) Coapoiba *Bras.* Pato Gamelo

Gamelo *Lusit. ramulus cum foliis et flore in magnitudine naturali M.* 131. *f.* 2. *cuius fructus* 2. *figuris pariter in magnitudine naturali repraesentatur M.* 130. *f.* 2., *P. b.* 118. *ubi* Copaiba *vel* Copaliba *eiusque gummi* Copal, *cuius icon alia, trunci nempe pars cum ramo florifero et fructifero et foliis acutioribus.* 72) Ibiruba *M.* 132. *P. b.* 161. 73) Jocara *et* Jucoara, Palmae species *M.* 133. *P. b.* 127. *ubi* Vrucury. 74) Tapyracoaynana, Cassia, *cuius fructus* Canna fistula *M.* 134. *P. b.* 158. *ubi fructus*, qui Cassia fistula *dicitur, duae accedunt figurae.* 75) Jacaranda *M.* 135. *f.* 1. *P. b.* 164. *ubi* Jacaranda I. 76) Quaeraiba *M.* 135. *f.* 2. *P. b.* 165. 77) Capui Iba *Bras.*, Pao amarellò *Lusit. M.* 137. *P. b.* 119. *ubi* Cabureiba *sive* Balsamum Peruvianum, *cum fusiore descriptione.* 78) Plantae icon sine nomine *M.* 293. *f.* 2. *P. b.* 165. *ubi* Jacaranda II. 79) Pekia *M.* 293. *f.* 3. *sine descriptione*, P. b. 141. *ubi etiam* Pequeá *cum descriptione.*

5. *Figurarum autem, quas M. proprias habet, supersunt adhuc 66, ex quibus vero (praeter illas* §. 4. *n.* 19. 23. 28. 45. *et* 78. *indicatas)* 31. anonymae, *paucae vero sine descriptione reperiuntur, nempe* p. 8. f. 1. 2, p. 16. f. 1, p. 19. f. 2, p. 21. f. 2, p. 30. f. 2, p. 32. f. 2. 3, p. 43, p. 44. f. 1, p. 49. f. 3, p. 51. f. 1. 2, p. 53. f. 2, p. 54. f. 1. 2. 3, p. 56. f. 1, p. 61. f. 1, p. 63. f. 2, p. 76. f. 1. 2, p. 78. f. 1. 2, p. 79. f. 2. 3, p. 81. f. 2. 3, p. 82, p. 107. f. 1, p. 109. f. 2, p. 133. f. 1, p. 293. f. 1. Reliquae figurae 35. his indicantur nominibus 1) Jataboca, Arundinis species *p.* 3. 2) *an* Sempervivum marinum bacciferum 13. 3) Icipo 14. 4) Ibati 20. 5) Embuayemo *Bras.*, Occoembo *Lusit.* 26. 6) Taioia 27. 7) Camaranbaya, Lysimachiae (*potius Chamaenerii*) species 30. 8) Arapabaca 35. *quae est illa ipsa planta, quam in Jamaica quoque inventam ob virtutem anthelminticam specificam nuper admodum PATRIK BROWNE in* Gentlemans Magazine M. Decembr. 1751. p. 544. seqq. *depraedicavit, icone accuratissima cum omnibus fructificationis partibus (antea iam a. PLVMIERO Gen. p.* 11. *tab.* 31. *Arapabacae nomine exhibitis) delineavit et* Anthelmiam *s.* Spigeliam Linn. (*Gen. pl. Edit. V. n.* 192. *Spec. Pl. p.* 149.) *nominavit; ipse M. nec huius nec alius virtutis medicae in sua descriptione mentionem fecit.* 9) Convolvulus marinus *seu* Soldanella 51. *f.* 3. 10) An Sagittaria cordialis (*Crotalariae species*) 55. *f.* 2. 11) Frutex *seu potius* Viscum *quoddam* 63. *f.* 1. 12) Atitara *vel* Jatitara 64. 13) Guajeru 77. 14) Canambaya 79. *f.* 1. 15) Nequametl 88. 16) Jabotapita 101. 17) Inga *vulgo* Lotus 111. *f.* 2. 18) Inga Opeapiiba 112. *f.* 1. 19) Ingae alia species 112. *f.* 2. 20) Inga proprie sic dicta 112. *f.* 3. 21) Ibacurapari 114. *f.* 2. *ramulus floriger imminuta magnitudine;* 22) eiusdem *duo rami fructiferi in magnitudine naturali* 115. *f.* 1. 23) Ibapurunga 116. *f.* 1. 24) Muiua 117. *f.* 2. 25) Guirapariba *vel* Vrupariba *Bras.*, Pao d'arco *Lusit.* 118. *f.* 2. 26) Tataiibae (*conf.* §. 4. *n.* 61.) *figura prior in magnitudine* naturali 119. *f.* 1. 27) Vty 120. *f.* 1. 28) Umari fructus *in magnitudine naturali (conf.* §. 4. *n.* 63.) 29) Copiiba 121. *f.* 2. 30) Apeiba 124. 31) Cereiba 127. 32) Ibiraba alba 136. 33) Ubapitanga 293. *f.* 1. *sine descriptione, an* Araca miri *P. a.* 74. *b.* 151. *de qua* §. 2. *n.* 3. *His adhuc adnumeranda est* 34) *figura* siliquae Herbae vivae §. 1. *n.* 55. *et* 35) Copaibae fructus in magnitudine naturali §. 4. *n.* 71. *iam annotata.*

6. *Restant adhuc recensendae figurae, quae P. b. propriae sunt* 57. *sequentes:* 1. 2) Arbuscula spongiosa, Apiarium marinum dicendum, *ob muscas vel apes potius, quas fovet* 113. 3) Mandihoca 114. *et* 305. *quam A. a sylvestri (de qua* §. 1. *n.* 1.) *distinguit. Descriptio sine icone reperitur apud M.* 65. *ubi nominatur* Mandiiba *et* Maniiba, *e qua fit* Mandioca. 4) Carnaiba II. 126. *f.* 2. 5) Tucum, *Palmae species* 128. 6) Airi, *Palmae species* 129. 7) Inaiaguacuiba, *vulgo* Cocos 130. 8) Caaroba 143. 9) Auhuiba *sive* Sassafras 146. *cuius descriptio etiam apud P. a.* 98. *sine icone.* 10) Ibirae'e *sive* Gaiacum 146. 11) Guaia'ba *et* Pyra Granatensia 153. 12) Bananiera 154. *f.* 2. 13) Pinoguacu mas 159. *f.* 1. *conf.* §. 4. *n.* 53. 14) Jabotapita 166. 15) Nhambu guacu *sive* Ricinus Americana 180. *Descriptio sine figura M.* 77. 16) Aminiiu 186. 17) Petume *sive* Tabacum 206. 18) Mirabilis Peruana *et* Hachal-Indi 208. 19) Aguapé *sive* Nymphaea, *Lusit.* Golvaon. 219. 20-33) Quiya *sive* Piper *et* Capsicum Brasiliense 225. 226. *cuius* 14. *hic delineantur fructus species, et inter has duae cum flore.* 34) Conamba'ia *sive* Filix 233. 35) Jaçapé *et* Capé, graminis species 237. *f.* 2. 36) Erva de S. Maria *sive* Dracunculus maior 240. 37) Capicatinga, *aliis* Jacarecatinga, Acori species 241. 38) Ibiraee'm *sive* Liquiritia silvestris, *Lusit.* Alaçu 245. 39) Cumandatia, Lablab Pr. Alpini 251. 40) Guandu, Phaseoli species 252. 41) Caapeba 261. *f.* 2. *cum radice, conf.* §. 1. *n.* 33. 42) Curua *vel* Curuba, Cucurbitae species 262. 43) Guarerva-Oba *sive* Cucumer asininus 264. 44) Arbuscula coralloides 265. *f.* 1. 45) Arbuscula spongiosa 265. *f.* 2. 46) Arbuscula marina baccifera, *Hisp.* Sargaço 266. 47) Mucuna-guacu 307. *cuius siliqua tantum hic delineatur.* 48) Ahoai 308. *cuius duae species,* Ahoai guacu *sive* maior, *et* Ahoai miri *seu* minor *describuntur et duabus fructus figuris illustrantur.* 49) Carapucu *sive* Fungi. 50) Limonia malus Americana, antidotalis 314. *His adhuc adnumerandae sunt figurae quorundam fructuum, quas stirpibus iam recensitis P. b. sigillatim adposuit,* nempe 51) Jetaiba 123. *conf.* §. 1. *n.* 4. 52) Vrucu 133. *f.* 2. *conf.* §. 4. *n.* 39. 53) Jaçapucaia 135. *conf.* §. 1. *n.* 9. 54) Pacoeira 154. *f.* 1. *conf.* §. 1. *n.* 14. 55) Jetucu 253. *f.* 2. *conf.* §. 1. *n.* 32. 56) Mundubi 256. *f.* 2. *conf.* §. 4. *n.* 21. 57) Cassia fistula 158. *conf.* §. 4. *n.* 74.

Quod de stirpium figuris et in utroque PISONIS et in MARCGRAVII opere contentis, quatenus inter se vel conveniunt vel differunt, fusius hactenus exposuimus: idem valet etiam de earundem aliarumque complurium stirpium, quae iisdem operibus sine iconibus passim insertae reperiuntur, descriptionibus, ex quibus illas, quas MARCGRAVIVS vel eius operis editor, de LAET, exaravit, PISO saepissime iisdem verbis repetiit, fontem tamen haud coronavit; quid? quod figuras aliquot, quas de LAET secundum siccas MARCGRAVII herbas, vel secundum fructus ex sua propria collectione parandas curavit, sine auctoris nomine suo operi immiscuit: exemplo sint Tremate *M.* 81. *f.* 1. *P. b.* 176., fructus Acaju *M.* 95. *P. b.* 179. Munduy guacu *M.* 97. *P. b.* 197. Andae *M.* 110. *P. b.* 149. *His non obstantibus, PISONI remanent plurima in rem Brasiliensium herbariam merita, non solum quod stirpium earundemque partium numerum figuris* 57. *propriis adauxit, verum etiam descriptiones Marcgravianas haud raro multum illustravit, atque praeterea anonymis earum quibusdam iconibus nomina sua adscripsit.*

De BONTII *opere atque* PISONIS *Mantissa notamus tantum tres figuras, quae eaedem sunt ac illae, quae superius iam citatae sunt: nempe* 1) Arbor Melonifera *p.* 96. *f.* 1. 2. *M.* 103. *f.* 1. 2. *P. b.* 159. *f.* 2. 3. 2) Zinziber foemina *p.* 190. *M.* 18. *P. b.* 227. 3) Acaju *p.* 193. *P. a.* 58. *M.* 95. *Ceterum haec satis abundeque comprobant, utroque hoc opere stirpium scrutatores carere haud posse. v. H.* 191.

Merian 1. Metamorphosis insectorum Surinamensium, of te Verandering der Surinaamsche Insecten. Waar in de Surinaamsche Rupsen en Wormen met alle deszelfs veranderingen na het Leven abgebeeld en beschreeven worden, zynde elk geplaast of die Gewassen, Bloemen en Vruchten, daar sie op gevonden zyn; waar in ook die Generatie der Kikvorschen, wonderbaare Padden, Hagedissen, Slangen, Spinnen en Mieren werden vertoond en beschreeven. Alles in America na het Leven en Levensgroote geschildert en beschreeven door MARIA SIBYLLA MERIAN. Tot Amsterdam vor den Auteur etc. als ook by Ger. Valk. *Fol. regg. pagg.* 60. *et tabb. aen totidem, tit, praef. pagg.* 4. *sine anno. Huius feminae, aeque curiosae ac artificiosae, primarius scopus quidem fuit investigatio Metamorphoseos sic dictorum insectorum; quum vero simul studiose annotavit stirpes, quae singulis pabulum suum suppeditant, earum hinc (procul dubio et utilitatis et ornamenti gratia) delineationes ac insuper pro viribus descriptiones pariter exhibuit, servatis incolarum vernaculis nominibus, quae vero* CASP. COMMELIN *additis botanicorum latinis illustravit. Splendore suo haud caret hoc opus aeque ac utilitate, licet stirpium icones nitidissime delineatae et a praestantissimis artificibus sculptae pariter ac descriptiones, quod ad fructificationis partium characteres attinet, maximam partem sint mutilae, et vel fructibus vel floribus, vel utrisque careant, nec etiam additi omni accuratione repraesentati sint.*

2. *Idem opus mox Latio redditum indicatur Act. Erud. Lips.* 1707. *p.* 481. *hoc titulo:* Metamorphosis insectorum Surinamensium ad vivum naturali magnitudine picta atque descripta a MAR. SIB. MERIANA. Amst. sumpt. Auct. 1705. *in fol. reg. pl.* 16. *tabb. aen.* 60. *Ipsi hoc exemplar haud vidimus et adbuc dubii relinquimur, num titulus tantum in hac recensione, an ipsum opus, in latinam linguam versum sit, quum recensio editionem batavam prorsus tacet; sed huic annus editionis non adscriptus est, probabile tamen videtur, hanc eodem anno excusam esse.*

3. *A.* 1717. *Auctor sibi proposuit eiusdem Operis alteram editionem* 12. *tabulis auctam producere; sed iam initium illius anni ipsi fatale erat. Hoc non obstante, biennio post illud batavo iterum idiomate comparebat, testantibus Novis litt. Lips. (Leipz. Gel. Zeit.) a.* 1719. *p.* 580. *ubi ex diario batavo, Maendelyke Vittrekfels dicto, eius titulus bis sistitur:* MAR. SIB. MERIAEN ofer de Vortteeling en wonderbaere Veranderingen der Surinaemsche Insecten (*reliqua ut in priori titulo n.* 1.). Benevens een Aenhangsel van de veranderingen van Visschen in Vorschen, en van Vorschen in Visschen. Tot Amsterdam 1719. fol. pagg. 72. et totidem tabb. *Loco citato ceterum etiam nunciatur, eum, qui sumtus editionis suppeditavit hic autem non nominatur, post auctoris obitum tum tabulas prioris editionis, tum reliquarum delineationes harumque descriptiones emtionis iure sibi comparasse ultimasque binas tabulas ex* SEBAE *collectionibus desumtas esse.*

4. *Porro ibidem p.* 587. *ex illo diario, quod Bibliotheque ancienne et moderne inscribitur, narratur, idem opus auctum eodem anno latino sermone expositum fuisse publicatum hoc titulo:* MAR. SIB. MERIAN dissertatio de generatione et metamorphosibus insectorum Surinamensium, in qua, praeter vermes atque erucas Surinamenses, earumque admirandam metamorphosin, plantae, flores et fructus, quibus vescuntur et in quibus fuerunt inventae, exhibentur. His adiunguntur bufones, lacerti, serpentes, araneae, aliaque admiranda istius regionis animalcula: omnia manu eiusdem matronae in America ad vivum adcurate depicta et nunc aeri incisa. Accedit appendix transformationis piscium in ranas, et ranarum in pisces. Amstelaed. 1719. fol. p. 80. et tabb. aen. 74. *Hic tabularum numerus error typographicus est, et ille paginarum titulum et praefationem simul comprehendit: ita certe se sistit editio, quae hanc excepit, quaeque ad manus est.*

5. *Haec praeter latinum textum gallicam versionem in columnis divisis iuxta se positis titulum etiam utroque sermone conscriptum continet: ille idem est, ac modo §.* 4. *indicatus, mutata tantum hac subscriptione:* Hagae Comitum apud Petrum Gosse 1726. *Gallicus autem est sequens:* Dissertation sur la Generation et les Transformations des Insectes de Surinam: dans la quelle on traite des Vers et des Chenilles de Surinam, des Plantes, Fleurs et Fruits, dont ils vivent et dans les quels on les a trouvez. On y parle aussi des Crapaux, Lezards, Serpens, Aragnees et autres petits animaux, du même pays; peints sur les lieux d'aprés nature et depuis gravez avec beaucoup de soin. On y a joint un traité des changements des Poissons en Grenouilles et des Grenouilles en Poissons. Par MARIE SIBILLE MERIAN. A la Haye che Pierre Gosse 1726. *Fol. reg. pagg.* 72. *tabb.* 72. *tit. dedic. praef. fol.* 5. *Appendix huius editionis novas stirpes haud sistit, sed quasdem tantum in tabulis primae editionis iam propositas repetit, alia vero sub partium suarum facie delineatas: excipiendae tamen sunt tabula* 64. *ubi Papaia femina cum flore et fructu, itemque tabula* 72. *ubi arbor Arecca et aliquot producta submarina delineantur. Tabulis* 66. 68. 69. 70. *et* 71. *nulla stirps addita est.*

6. *Tandem Nov. litt. Lips. saepius citata a.* 1729. *p.* 817. *et a.* 1731. *p.* 624. *nunciant, huius modo memoratae editionis ius Amstelodamum ad* J. F. Bernard *translatum esse et apud illum hoc et alterum de Europaeis insectis opus (de quo mox plura) venum prostare hoc titulo:* Histoire des Insectes de l'Europe et de l'Amerique de Madame de MERIAN, *eumque asseruisse, se exemplaria vivis coloribus illustrata procuraturum esse, haec autem insecta propterea nominasse Americana, quia Surinamensia in reliquis etiam Americae regionibus occurrunt. Num huic editioni nondum visae annus editionis alius adscriptus sit, nos latet; procul dubio vero haec editio nova haud est, sed novus titulus, modo talis exstet, tantum accessit. Quum nobis compararemus ultimam eiusdem Auctoris Europaeorum insectorum historiae editionem a citato* Bernard *in folio reg.* 1730. *editam, addita erat haec ipsa Surinamensium editio a.* 1726. *absque ulla vel tituli, et latini et gallici, vel editionis anni mutatione, et absque novo titulo generali.*

Prostare splendidissimi huius operis exemplaria ab ipsa MERIANA *coloribus nativis artificiosissime illustrata, notum est. Ad eiusmodi exemplaria paranda, tabulas repetitis impressionibus paratas adhibebat, quae obtinen-*

obtinentur, dum chartae, quae modo prelum reliquit et adhuc madida est, alia madefacta statim imponitur et ambae prelo denuo submittuntur sicque eadem figura detrahitur, quae quidem multo debilior, sed ad inducendos colores multo aptior est, hoc ipso modo autem inversa comparet, ex quo charactere dignosci possunt exemplaria genuina ab illis, quae aliorum pictorum imitatione evulgata sunt: e. g. in tab. I. Ananasae fructus vertex sinistrorsum inclinatus et insecta in dextro eius latere visuntur. Num omnium editionum memoratarum quaedam exemplaria coloribus distincta prostent et charactere indicato gaudeant, inquirant alii: si qua reperiantur, omnia certe, quae post mortem MERIANAE seu a. 1717. *in lucem prodierunt, non ipsam, sed alios artifices pro auctoribus agnoscunt. Quum Hagae Comitum a.* 1742. *supra memoratus bibliopola* Gosse *insignem collectionem selectissimorum librorum instituta auctione publica venum daret, sors benigna nobis destinavit illud exemplar, quod auctor pro reliquis imitationibus elaboravit, id quod ex pluribus characteribus colligere licet, inter quos praecipuus est, quod tabb.* 61. 62. 63. 64. 65. 67. 68. *contineant insecta nondum aeri incisa sed manu tantum picta, et quidem eodem ordine ex pluribus chartulis conglutinata, quo postmodum in tabulis impressis comparebant. His praeterea nullae stirpes adpictae, sed earundem, quae postea accesserunt, nomina tantum adscripta sunt, et quidem manu ipsius MERIANAE, quam cel. D. J. TAVBERTVS Acad. Caes. Petropolitanae Assessor et Bibliothecarius recognovit, quum ante paucos annos illam coram examinavit simulque retulit, reliquarum* 60. *tabularum MERIANAE picturas in laudata modo bibliotheca Caesarea asservari. Addimus, has appendicis picturas, seu potius penna delineatas et nativis coloribus obductas figuras, non ipsam MERIANAM, sed eius filiam natu maiorem, Surinami relictam et ibidem viro nomine Herold nuptam elaborasse et ad matrem transmisisse, id quod alius, nempe huius ipsius HEROLDIAE, manu adscriptae notae docent. Tabb.* 66. 69. *et* 70. *aeri quidem iam insculptae et coloribus nativis condecoratae sunt, sed ea, quae ornamenti gratia postea accesserunt, v. gr. t.* 66. *arboris cuiusdam truncus, adhuc deficiunt. Tab.* 71. *et* 72. *rudior penicillus adumbravit.*

Ceterum haec femina, domi et arti pingendi et insectorum mutationibus observandis adsueta, plures iam annos ante, quam Surinamum profecta est, in alio opere, circa insecta Europaea stirpesque, quibus vescuntur, occupato, industriam scientiamque suam comprobavit. Hinc in publicum vernacula Germanorum conscripta prodiit:

7. Der Raupen wunderbare Verwandelung und sonderbare Blumen-Nahrung, darinnen durch eine ganz neue Erfindung, der Raupen, Würmer, Sommervögelein, Motten, Fliegen, und anderer dergleichen Thierlein Ursprung, Speissen und Veraenderungen, sammt ihrer Zeit, Ort und Eigenschaften, den Naturkündigern, Kunstmahlern und Gartenliebhabern zu dienst fleissig untersucht, kürzlich beschrieben, und nach dem Leben abgemahlet, ins Kupfer gestochen und selbst verlegt von MARIA SIBYLLA GRAEFFIN, Matth. Merians des aeltern Tochter. In Nürnberg zu finden bey Jo. Andr. Graffen Mahlern; in Franckf. und Leipzig bey Dav. Funcken, gedruckt bey Andr. Knortzen 1679. (*i. e. Erucarum mira transformatio et singularis ex floribus nutritio, ubi, nova plane inventione, erucarum, vermium, papilionum, phalaenarum, muscarum, aliorumque eiusmodi animalculorum origo, esca et mutatio, unacum eorum tempore, loco et proprietatibus, in usum physicorum, pictorum hortorumque cultorum studiose investigatur, breviterque describitur. Omnia ad vivum delineata, aeri incisa et propriis sumtibus excusa a MAR. SIB. GRAEFFIA, Matth. Merian. Sen. filia. Norimbergae apud Jo. Andr. Graff (eius maritum) pictorem etc.* 4. *pagg.* 102. *tit. praef. cum frontispicio aeri inciso, quod ad tab. I. expositionem pertinet, pagg.* 8. *index pag.* 8. *tabb. aen. L.*

8. *Hanc primam partem paullo post sequuta est* altera pars, eodem titulo, ibidem typis Jo. Mich. Spoerlin 1683. 4. *pagg.* 100. *tit. praef. cum frontispicio aeri inciso (quod sistit florum corollam, cui varia insecta minora, sed sine ordine et descriptione, addita sunt) et cum indice pagg.* 12. *tabb. aen. L.*

His centum utriusque partis tabulis A. laudabili studio non solum insecta depinxit et, quae circa illa observavit, fusius descripsit, verum etiam stirpes, quas in escam suam quaerunt et seligunt, vulgares quidem et ubique vel in arvis vel in hortis obvias, sed satis bene repraesentatas addidit, eas vero non descripsit, sed nominibus tantum germanicis et latinis trivialibus indicavit. Eiusmodi exemplaria, ut praefatio docet, prostabant tum solo atramento librario impressa, tum coloribus naturalibus illustrata (quale et nostrum est) cui scopo ipsi pariter inserviebant impressiones secundae superius indicatae, in quibus e. gr. tab. 2. *erucam atque papilionem a dextris tulipae repraesentat.*

9. *Interea temporis aliud opusculum etiam evulgavit hoc titulo:* a) M. S GRAFFIN, M. Merians des aeltern seel. Tochter neues Blumen-buch, allen Kunstverstaendigen Liebhabern zu Lust, Nutz und Dienst mit Fleiss verfertiget. Zu finden bey Jo. Andr. Graffen, Mahlern in Nürnberg, im Jahr 1680. (*i. e. M. S. GRAFFIAE, M. Meriani Sen. b. m. filiae novum florilegium, in omnium artis peritorum recreationem et usum studiose exaratum. Norimb. apud Jo. Andr. Graff pictorem. a.* 1680.) *Fol. min. tabb. aen. una cum frontisp.* 12. b) Florum fasciculus alter. Zweyter Blumen-theil, so MAR. SIB. GRAFFIN nach dem Leben gemahlet und selbst aufs Kupfer gebracht etc. *eodem anno totidemque tabulis.* c) Eodem titulo pars tertia, *ibid. eodem anno totidemque tabulis. Accedit praefatio et index Germanicorum nominum florum in tribus partibus contentorum pagg.* 4. *Hoc opusculum (quod simplex et coloribus, sed vulgari tantum methodo, satis artificiose tamen, inductis ornatum nobis ad manus est) equidem in artificum vel saltem iuventutis instruendae gratiam tantum concinnatum est; nihilominus tamen, ob florum coronariorum et saepius t. t. rariorum accuratam effigiem, eius recensio hic quoque locum meretur.*

Postquam hucusque laudata GRAFFIA sub finem saeculi XVII. cum duabus suis filiabus ad Batavos se contulit, a. 1699. *vero in Americam profecta est (vel a studio hucusque strenue continuato excitata, vel etiam sectam illam, quam* Jo. de Labadie *condidit, sequuta: certum sane est, illam maritum suum deseruisse, nec publice citatam reversam esse, et ab eo tempore paternum nomen denuo assumsisse, vid. Nov. litt. Lips. a* 1717. *p.* 767. *et conf. eiusd. a. p.* 178. *ubi falsa relatione in eius maritum, criminis atrocis accusatum, desertionis culpa transfertur) inde, quum aestum regionis Surinamensis diutius sustinere haud potuit, a.* 1701. *ad Batavos redux ibidem, et praecipue in Frisiae regionibus, Europaea insecta denuo colligere atque examinare*

 eaque

eaque eadem methodo, qua coepit, una cum ſtirpibus, in quibus ea deprehendit, pingere perrexit. Hinc eodem anno, quo Surinamenſium ſupplementum in lucem edere meditabatur, mens illi erat, tertiam etiam inſectorum Europaeorum partem hactenus collectam in lucem edere, quod vero propoſitum mors tunc, aetatis a. 70., interveniens pariter diſturbavit. Nihilominus eodem adhuc anno 1717. (vid. Nov. litt. Lipſ. 1717. p. 177.) filia eius natu minor illud exequuta eſt, illamque partem eadem forma normaque, ſed batava lingua conſcriptam (quum antea iam duae priores Norimbergae editae partes in eandem linguam traductae recuſae proſtabant, vid. Nov. litt. Lipſ. 1718. p. 654. et 1731. p. 623.) hoc titulo evulgavit:

10) Derde en laatſte Deel der Rupſen Begin, Voedzel en wonderbaare Verandering, waar in de Oorſpronk, Spyſen, Geſtaltverwiſſeling: als de Tyd, Plaats en Eigenſchappen der Rupſen, Wormen, Kapellen, Uiltjes, Vliegen en andere dierglyke bloedelooze Beasjes vertoont word: Ten Dienſt van alle Liefhebbers der Inſecten, Kruiden, Bloemen en Gewaſſen; ook Schilders, Bordnurders etc. naauwkeurig onderzogt, na't leven geſchildert en in't korte beſchreven daar MAR. SIB. MERIAN ſaal. Als mede een Appendix, behelſende eenige Surinaamſche Inſecten, geobſeerveert door har Dochter JOHANNA HELENA HEROLT, tegenwordig noch tot Surinaame woonagtig. Alles in Print gebracht en in't Licht gegeven door haar jongſte Dochter DOROTHEA MARIA HENRICIE. t'Amſterdam, *ſ. a. 4. pagg. 24. cum tabb. aen. L. et frontiſpicio aeri inciſo, iterum florum quandam corollam exhibente. Huius partis deſcriptio tabulaeque (quae in noſtro exemplari coloribus naturalibus carent) eadem ratione ac in prioribus elaboratae ſunt, et declarant, hanc collectionem tum adhuc in Germania tum in Batavia et Friſia factam eſſe. Surinamenſium inſectorum vel ſtirpium, quorum titulus mentionem facit, nullum veſtigium adeſt, ſi excipias frontiſpicium, ubi florum corollae, quae ſimul formicarum metamorphoſin continet, earum in India orientali ita dictus rex adpictus eſt; appendix vero peculiaris in noſtro exemplari deſideratur, neque eius recenſionem in ullo diario reperire potuimus. In hac tertia parte ſtirpium effigies ferme omnes (praecipue 9. 12. 16. 22. 27. 33. 35. 39.) longe magis, quam in prioribus, a norma naturali recedunt multoque maiori pictorum licentia effictae ſunt, ex quibus probabile eſt, non matrem, ſed forſan filiam natu minorem, eas depinxiſſe: accedit, quod tabulis 28. 29. 46. falſa prorſus nomina adſcripta ſint. Poſtea hae tres partes coniunctim, latino ſermone expoſitae, recudebantur hac inſcriptione:*

11. Erucarum ortus, alimentum et paradoxa metamorphoſis, in qua origo, pabulum, transformatio, nec non tempus, locus et proprietates erucarum, vermium, papilionum, phalaenarum, muſcarum, aliorumque huiusmodi exſanguium animalculorum exhibentur in favorem atque inſectorum, herbarum, florum et plantarum amatorum, tum etiam pictorum, limbolariorum aliorumque commodum exacte inquiſita, ad vivum delineata, typis excuſa compendioſeque deſcripta per MAR. SIB. MERIAN. Amſtelaedami apud Jo. Ooſterwyk, cuius in officina hoc, tam figuris ad vivum depictis, quam aeri ſolummodo inciſis, ut et quaecunque opera alia per dictam Mar. Sib. Merian unquam compoſita proſtant. 4. *ſ. a; prodiit autem 1718. ſecundum Nov. litt. Lipſ. a. 1719. p. 586. P. I. pagg. 18. tit. dedic. praef. pag. 10. tabb. aen. L. unacum Auctoris effigie, novo communi et veteri peculiari frontiſpicio aeri inciſis; P. II. a p. 19. ad 46. tabb. aen. L. praeter frontiſpicium vetus. P. III. a p. 47. ad 64. tabb. aen, L. praeter frontiſpicium n. 10. indicatum. Huius editionis (procul dubio etiam illius batava lingua recuſae, cuius poſt n. 9. mentio facta eſt) partes II. priores in eo a veteri germanica differunt, quod non ſolum ſingulis ferme tabulis quaedam inſecta minora cum ſuis mutationibus adſculpta verum etiam in expoſitione eadem deſcripta ſint. In hac editione porro omiſſae ſunt priores praefationes, quarum loco primae parti praefixa eſt praefatio filiae natu minoris, qua poſthumi huius matris ſuae operis rationem reddit, quam ſequitur alia hinc inde paullulum mutata et tribus partibus accommodata matris praefatio, in qua de quibusdam obſervationibus ad inſectorum mutationes in genere pertinentibus diſſerit, ſimulque indicat, ſe 39. annos huic ſtudio dies noctesque incubuiſſe. Tertia pars ab editione n. 10. non differt. et pariter appendice Surinamenſium inſectorum caret, quem etiam titulus tacet, licet filiae praefatio eorundem inſectorum additorum iterum mentionem faciat. Vero ergo ſimillimum videtur, haec inſecta non alia fuiſſe, quam ea, quae, mutato conſilio, Surinamenſi operi appendicis loco (de quo n. 6.) addita ſunt. Huius noſtri exemplaris tabulae iterum tales tantum ſunt, quales ex prelo prodierunt. Tandem hae tres partes in gallicum ſermonem traductae excuſae ſunt hoc titulo:*

12. Hiſtoire des Inſectes de l'Europe, deſſinée d'apres nature et expliquée par MAR. SIBILLE MERIAN: ou l'on traite de la Generation et des differentes Metamorphoſes des Chenilles, Vers, Papillions, Mouches et autres Inſectes; et des Plantes, des Fleurs et des Fruits dont ils ſe nouriſſent, traduite du Hollandois en François par JEAN MARRET, Docteur en Medecine. Augmentée par le même d'une Deſcription exacte des Plantes, dont il eſt parlé dans cette Hiſtoire; et des Explications de dix-huit nouvelles Planches, deſſinées par la même Dame, et qui n'ont point encore paru. Ouvrage qui continent XCIII. Planches. A Amſterdam chez Jean Frederic Bernard 1730. *(i. e. Hiſtoria Europae inſectorum a MAR. SIB. MERIAN ſecundum naturam depictorum, ubi agitur de erucis, vermibus, papilionibus, muſcis aliisque inſectis, ut et de plantis, floribus fructibusque, ex quibus nutrimentum capiunt: ex batava lingua in gallicam traducta a JO. MARRET, M. D., qui eandem auxit exacta deſcriptione plantarum, quarum haec hiſtoria mentionem facit; itempue explicatione octodecim novarum tabularum, ab eadem femina pictarum antea nondum publicatarum. Opus XCIII. tabularum. Amſtelaedami apud* Jo. Frid. Bernard. 1730.*) Fol. reg. pagg. 84. praeter tituli plagulam, tabb. aen. 184. in pagg. 47, quarum ſingulae 4. tabulas comprehendunt, exceptis 13ia, 26ta, 44ta, et ultima 3. tantum continentibus. Ex his tabulae L. vel potius (frontiſpiciis computatis) LII. priores pertinent ad Europaeorum inſectorum partem primam; frontiſpicium cum tab. LI. ad C. ad ſecundam n. 7. 8. et 11. recenſitam, et tab. CI. ad CLI. ad tertiam n. 10. et 11. indicatam, quae omnes eaedem ſunt ac illae, quas continet editio n. 11. expoſita, exceptis tribus frontiſpiciis, ubi hic corollarum ſpatia inſectorum eorumque mutationum quaedam figurae explent. Accedunt denique a tab. CLII. ad CLXXXIV. figurae illae ipſae, quas florum faſciculi n. 9. memorati olim iam ſiſtebant, exceptis tituli foliis primi et tertii, ut et tabulis duabus ſecundi faſciculi procul dubio perditis. Hae ultimae ergo 32. tabulae reliquis paullo maiores ſunt, et a prima earum evulgatione in eo tantum differunt, quod nonnullae inſectorum eorumque mutationum figuris iterum locupletatae ſunt, quarum hiſtoriam quoque atque deſcriptionem textus continet, propter quod augmentum haec editio reliquis*

liquis praestat: tabulae ergo XVIII. novae, quarum titulus mentionem facit, sunt ex his ipsis illae tantum, quibus insectorum imagines accesserunt. Ceterum in hac editione deficit tab. CLXX. et CLXXII, quorum numerorum defectum supplent duo frontispicia primae et secundae partis n. 11. non numerata, ita, ut omnino tabularum omnium numerus sit 184. quarum 93. tantum indicat titulus. Stirpium quidem etiam accedit descriptio a MARRET nunc primum addita, sed, uti ill. v. HALLER in operis Weinmanniani praefatione n. LXXIII. iam monuit, saepissime erronea, imo, ubique valde ieiuna, neque genericum neque specificum earum characterem declarans, ita, ut probabile sit, auctorem has descriptiones ex aliis tantum secundum nomina trivialia, quae illis in prototypo adscripta sunt, compilasse, nulla prorsus naturae, quid quod imaginis ratione habita: hinc tab. 129. Buphthalmum et 130. Phu seu Valerianam descripsit, quum tamen illius icon Androsaemum, huius Chelidonium minus sic dictum repraesentet.| Praeterea ultra L. imaginum descriptiones plane praeteriit.

Mich. H. Fl. Cl. PETRI ANTONII MICHELII Catalogus Plantarum Horti Caesarei Florentini opus posthumum, iussu Societatis botanicae editum, continuatum, et ipsius horti historia locupletatum ab IO. TARGIONIO TOZZETTIO Flor. Med. D. Rei herbariae Prof. Publ. Bibliothecae Publ. Magliabechianae Praefecto, et S. R. I. Academiae N. C. Collega. Florentiae 1748. ex typographia Bern. Paperini cum approbatione. 4. *max. pagg.* 185. *tit. dedic. praefat. et H. historia pagg. LXXXVIII. tab. aen.* 7. *et ichnographia H. Florentini aeri incisa.*

In dedicatione, Imperatori Augusto FRANCISCO inscripta, *praedicatur summi huius Herculis Musagetae, reliquas inter sublimesque animi dotes, prolixissimus in iucundissimam quoque et praestantissimam rerum naturalium scientiam amor et gratiosissimum patrocinium, quo Societatem botanicam nobilitavit, et munificentia fulsit; illique, non solum horti Florentini curam commisit, verum etiam munus conscribendae historiae naturalis Etruriae demandavit etc. Sub finem A. spem facit, se reliqua maiorisque momenti Micheliana opera posthuma editurum suasque de Etruriae naturali historia commentationes in ordinem redacturum publiceque aliquando exhibiturum esse.* Praefatio, quae Caes. Horti medici Florentini historiam *complectitur, huius et Pisani primordia indicat, prioris autem historiam sigillatim amplissime prosequitur, ubi laudati horti fundatorum maecenatumque aeque, ac plurium botanicorum Florentinorum, de eodem horto bene meritorum, hucusque vero minus cognitorum, memoria refricatur, nempe p. XVIII. LVCAE GHINI, ALOYSII LEONII, FRANCISCI MAZZERANGHII, praesertim vero JOSEPHI CASABONAE vulgo BENINCASAE, Belgae, cuius p. XXI. fusius recensentur merita in universam rem herbariam egregia, atque praeterea eiusdem itinera, quae non solum per feraciores Etruriae provincias, verum etiam a. 1589. cum JOACHIMO JVNGERMANNO (LVDOVICI botan. Professoris Altorfini celeberrimi fratre, et JOACH. CAMMERARII Norimb. ex sorore filio, de cuius scientia botannica et stirpes unacum characteribus suis pingendi arte, deque rariorum stirpium picturis cum avunculo suo in supplementum operis Gesneriani posthumi, nunc D. V. in lucem protrahendi, communicatis, vid. eiusd. operis historiae tomo I. a celeberr. D. D. SCHMIDELIO iam edito praefixae p. XLVI. sequ.) per Tyrrheni maris littora et a. 1590. per insulam Cretam instituit: omnia colligendarum plantarum rariorum caussa, quibus postea et Florentini et Pisani horti apparatum uberrime auxit, primusque insignem Creticarum plantarum copiam cognitam fecit. Hac occasione porro p. XXIII. extollitur fama NIC. GADDII, Patricii Florentini, CASABONAE promotoris, quam, tum ex elegantissimis rarissimisque plantis in horto suo domestico cultis, tum ex H. Florentini cura sibi demandata, consequutus est, itemque p. XXX. decantantur merita AVGVSTINI RICCII, e Florentina Patricia RICCIORVM, vulgo del RICCIO, familia, Dominicanorum coetui addicti et CASABONAE amici praecipui, quae ipsi ex agriculturae per 30. circiter annos studio enata sunt, cuius ope vastum opus geoponicum in quatuor partes divisum conscribere coepit, sed, morte interveniente, ad umbilicum perducere haud valuit. Huius operis partium duarum priorum antigraphum coaevum TARGIONIVS ipse possidet, reliquae vero in tenebris bibliotaphii cuiusdam, fama sic ferente, delitescunt, quarum tertia constituebat volumen chartae maximae, in qua a pictore artificiosissimo,* Vincentio Dorio, *sumtibus* Hier. Sommarii, *Patricii Florentini, nativis coloribus pingendas curaverat RICCIVS plantas omnes venustate commendabiles ex variis orbis partibus delatas, hortos agrosque Etruscos t. t. ornantes; quarta vero pars complectebatur icones fructuum omnium, quibus Pomona Etrusca t. t. superbiebat. Aliud autem opus splendidissimum reperit TARGIONIVS in bibliotheca DD. del TVRCO-ROSSELIORVM Patric. Florent. quod est codex chartaceus elephantinus, in quo 206. plantarum earum potissimum, quas CASABONA e Cretica peregrinatione attulerat, icones pulcherrimas verissimasque nativis coloribus, ab eodem* Dorio, *sumtibus* Steph. Rossellii, *cura* RICCII *repraesentabantur, quarum catalogum fortasse aliquando edendum secum constituit Noster. Qui post ea tempora ad a. 1654. H. Florentino praefecti fuerunt, monumenta tacent; qui vero deinde sequuti sunt, recensentur p. XXXV-XXXVII. quorum vero nullus divitias huius horti digne exposuit, quas tamen exteri interea laudarunt. Quae postea PAVL. BOCCONIVS et PHIL. DONNINIVS (cuius hodoeporicum, occasione Baldi montis studiosissima perlustratione manuscriptum, apud illius haeredes asservatur) ad thesaurum H. Florentini locupletandum contulit, notantur p. XXXVIII. sequ. PETRI NATII molimina in describendis et depingendis H. Flor. plantis rarioribus recensentur p. XL, et p. sequ. adduntur, quae JOSEPH. BALDIVS praestitit, qua occasione, praeter catalogum plantarum eiusdem manuscriptum, 36. ann. spatio elaboratum et a. 1686. absolutum (quem Noster ipse possidet), praecipue laudatur codex chartaceus in fol. reg. plurimis H Fl plantarum figuris, quas vivis coloribus miraque arte exprimendas idem curavit, refertus, qui nunc Londini bibliothecae* Guil. Sherardi *singulare ornamentum est. P. XLII. mentio fit ditissimi horti sicci duobus voluminibus amplis titulo* Erbario di FILIPPO BVONTEMPI *ab. a. 1695. ad 1705. collecti et adhucdum conservati. Quum post DONNINIOS (JOSEPHVM nempe praecesserunt ANGELVS et FERDINANDVS fratres p. XXXVII.) celeberrimo huic horto nullus praefectus constitutus fuit, sed hortulani tantum eius curam gesserunt, quorum, florilegio potissimum navantium operam, socordia reliquae plantae omnes perierunt, usque dum PETR. ANT. MICHELIVS a. 1706. pristinum splendorem ipsi restituere coepit, cuius itinera, huius caussa suscepta plurima, et opera adhuc edenda indicantur p. XLIII. Hactenus relata excipit a p. XLIV. ad LXI.* Historia Societatis botanicae, Florentiae nunc florentis, *quae, uti*

plures celeberr. societates, privato consortio originem suam debet, et a. 1716. *conspirantibus* JO. SEB. FRANCHIO, PETRO ANT. MICHELIO, NIC. GVALTERIO, JOSEPHO CAJETANO MONILIA *condita, mox accessu* JOSEPHI SVARESII DE LA CONCHA, CERCHII CERCHII, PHIL. BONAROTAE, BARTH. GORNIAE *et* CYPR. ANT. TARGIONII *aucta et ad academiae formam evecta est, cuius a.* 1717. FRANCHIVS *director*, SVARESIVS *provisor*, MONILIA *a secretis*, GVALTERIVS *custos*, MICHELIVS *tandem rei herbariae professor et plantarum investigator constitutus est. Hic nobilissimus coetus in domo hortoque privato, pro scopo suo obtinendo conducto et aptato, erudita praeterea librorum praecipue philosophicorum et botanicorum suppellectile praeter plantas colendas ornato, conventus suos celebravit, legibus firmavit et sensim sensimque celebrior redditus fuit, adeo, ut a.* 1728. *Magnus Dux suum hortum medicum Florentinum, pristino splendori restituendum exornandumque, annua dote* 350. *aureorum concesserit, quo tempore Societati praefuit* BONAROTA, *et* MICHELIVS *plantarum culturae director fuit. Quo studio indefesso hic laudatum hortum colere plantisque ditare in se suscepit, quaeque itinera huius aeque ac Pisani Horti amplificandi gratia per aliquot annos instituit, fusius recensentur p. XLVII-LVIII. Postquam a.* 1731. *universi horti Florentini usus laudatae Societati concreditus fuit, non solum eiusdem horti tota facies immutata, stirpiumque adparatus mire auctus, verum etiam a.* 1734. *ipsa Societas, quae nunc potius philosophica, quam botanica, appellari maluit, novis legibus instructa est, " quibus sancitum erat inter cetera, ut statutis diebus pu-,, blici academici consessus haberentur, in quibus socio cuilibet nova in physicis observata proferre, et dis-,, sertationes de variis physico - medicis argumentis perlegere liceret,,, quod novum Societatis institutum* ANT. COCCHIVS *eodem anno publica solemnique oratione, quae ad calcem huius historiae p. LXIX-LXXXV. reperitur, Italico sermone inauguravit. Argumenta, quae in quatuor consessibus a.* 1734. *et* 1735. *celebratiis pertractata fuere, prolixe exponuntur p. LII. - LVI. ex quibus quinque ad botanicam pertinent et de Hippocastani duabus speciebus, Yuccae indicae characteribus, Androsace marina, Calthae specie nova (quae in catalogo p.* 20. *nominatur* Caltha maritima sempervirens et florens *et in app. p.* 122. *accurate describitur) Aurantio pomo Adami dicto, Limone seu pomo paradisi, et citreo calyce longo crassissimo et quinque partito agunt: reliqua argumenta ad testacea aliaque animalia, fossilia, chemiam, et denique ad morborum historias et ex sectione cadaverum observata spectant. Fata adversa, quae statim his utilissimis conatibus obicem posuerunt, paucis indicantur p. LVII., quibus non obstantibus* MICHELIVS *catalogum huic praefationi subiunctum a.* 1738. *conscripsit, qui vero vix decimam partem plantarum ab eo congestarum continet, earum tamen plurimae praetermissae accurate descriptae in reliquis eius operibus posthumis reperiuntur. Quum eodem anno* MICHELIVS *ex ultimo itinere botanico morbum fatalem sibi contraxit et d.* 2. *Jan.* 1737. *diem supremum obiit, (cuius memoriam funebri laudatione Italico sermone celebravit* COCCHIVS *eodem anno in quarto typis excusa)* TARGIONIO *horti custodiam simulque catalogi Micheliani editionem Societas iniunxit, minantibus adhuc adversis societatis temporibus, usque dum d.* 6. *Julii a.* 1739. *Invictissimus Caesar* FRANCISCVS *gratiosissimo diplomate hanc Societatem botanicam ab interitu quodammodo vindicaret, Augusta munificentia erigeret, nobilitare dignaretur, et horti huius Caesarei curam, annua* 300. *aureorum dote, ipsi committeret, simulque conscribendae historiae naturalis Etruriae suae munus demandaret. Quae Noster amplissimo huic muneri sibi concredito satisfaciens non solum in conservando et amplificando horto conquirendisque plantis, verum etiam in reliquis Etruriae divitiis subterraneis detegendis, quid? quod in physicis, medicis, antiquariis et historicis observationibus ex variis itineribus collectis, olim fortasse edendis (quorum ideam exhibuit in praef. ad Tom. II. Epistol. claror. Belgarum ad* Ant. Magliabechium *nonnullosque alios, Florentiae* 1745. *in* 8. *excuso) praestitit, brevibus recenset p. LIX. sequ. et postea transit ad ea argumenta, quae in laudatae Societatis, tantis auspiciis recreatae, et a.* 1745. *novis legibus suffultae, consessibus a.* 1740. 1744. 1745. *denuo celebratis perlecta fuere, medica omnia. Quae ulterius in adornondo horto suscepit, leguntur p. LXI. Quum vero huic muneri gravissimo bibliothecae Magliabechianae publicae praefectura et crescentes quotidie clinicae occupationes deinde accesserint, coactus fuit Noster honestam a Societate missionem petere, quam mense Maio a.* 1745. *vix obtinuit, eius in locum suffecto* XAVERIO FERD. MANETTIO *(cuius opus botanicum supra recensuimus,* catalogum *vero* seminum plantarum quarundam Horti Florentini cum exteris botanicae cultoribus commutandorum *et in folio expanso a.* 1747. *publicatum, hic indicatum, nondum vidimus) qui a.* 1745. *et sequ. pariter iter botanicum per varias provincias instituit. Hanc amplam H. Florentini et Societatis botanicae historiam sequitur p. LXII. sequ. ipsius horti brevis descriptio, adnexa tabula ichnographica et binis in fronte praefationis et catalogi additis scenographicis illustrata.* P. *LXI-LXVII. denique* TARGIONIVS *catalogi Micheliani, iam a.* 1739. *typis expressi nunc a se in publicum editi, rationem exponit, ubi monet, se, quantum otium a reliquis curis permittebat, operam omnem impendisse, ut lacunas plures ad mentem* MICHELII, *sui praeceptoris, compleret, nomina* 150. *circiter earum plantarum, quibus in ultimo suo itinere collectis* MICHELIVS *hortum ditaverat, suis locis insereret, nonnullas rariores describeret et in aes incidendas curaret nominaque in officinis pharmaceuticis et apud vulgus usitatiora adiiceret, omnia autem a semet ipso addita* ✱ *distingueret. Micheliana nomina plerumque secundum methodum Tournefortianam selecta vel ab A. ipso efficta sunt; eum vero postea recentiorum botanicorum,* VAILLANTII, BOERHAVII *et* DILLENII *imprimis methodos in nonnullis plantis describendis sequutum esse, ex reliquis eius operibus posthumis intellexit Noster, et in appendice satis copiose declaravit. Sub finem A. nunciat, se a.* 1739. MICHELII *universam physicam suppellectilem, bibliothecam et manuscripta coemisse. Post* COCCHII *orationem supra citatam p. LXXXVI-LXXXVIII. sequitur* Syllabus auctorum, quorum nomina in hoc opusculo brevioribus notis compendii caussa citata sunt, *ex quo notandus venit* ANDR. CAESALPINI Hortus siccus, quem ipse Alphonso Tornabonio Episcopo Biturgiensi paravit, nunc vero apud DD. Pandulphinios Patr. Flor. asservatur. *Ipse Catalogus Michelianus constat pagg.* 102. *et Appendix p.* 103 - 185. *hoc peculiari distinguitur titulo:* IO. TARGIONII TOZZETTII Appendix ad PETRI ANT. MICHELII catalogum plantarum Horti Caesarei Florentini, qua plantae a MICHELIO descriptae illustrantur, pluresque aliae vel ab eo praetermissae, vel post eius obitum in hortum illatae

recen-

recenſentur. *Quum cl. Editor utriusque huius operis contenta potiora in ſua praefatione ipſe iam indicavit, pauca tantum addenda ſuperſunt. In catalogo Micheliano recenſentur* 551. *genera, nonnulla nova, ordine alphabetico diſpoſita, horumque* 2088. *ſpecies, (quarum tamen magnum numerum alii pro varietatibus tantum agnoſcent) et in appendice adduntur* 26. *genera et* 271. *ſpecies. Haec appendix omnino multum illuſtrat catalogum, plura ſynonyma addit ac ſaepius emendat, ipſaque nomina corrigit, multas ſpecies ex propria obſervatione exacte deſcribit vel ſaltem notis ſpecificis propius diſtinguit, nec non characteres genericos accuratius definit, atque praeterea ſubinde ſtirpium glandularum earumque functionum mentionem facit. Ex generibus novis, ſeu potius MICHELIO propriis, praecipue notanda veniunt* cannabinaſtrum *conf. app. p.* 123. pentagonocarpos, petaſitaſtrum *et* pſeudóſpongia, *quorum character ſimul exponitur. Ex ſpeciebus in catalogo deſcribuntur et iconibus ſimul illuſtrantur* 1) Acacia Amer. non ſpinoſa, foliis viciae multiflorae, floribus pallidis in ſpicam triuncialem diſpoſitis, ſiliqua palmari compreſſa et intorta, *cuius folii, floris, fructusque iconem ſiſtit tab.* 1. *conf. app. p.* 106. *Flos a congeneribus ſe diſtinguit, quod ſolitarius et per ramum florigerum in ſpicam laxam diſpoſitus ſit.* 2) Arum Amer. Ari vulgaris facie foliis carnoſis obſcure virentibus lucidis, in uncialem teretem et inermem aculeum deſinentibus, *cuius iconem exhibet tab.* 2. *ſed flore imperfecte delineato, conf. app. p.* 114. *ubi fructus deſcribitur. Eſt* Calla I. *Linn. Spec. p.* 968. 3) Aſteroides hirſuta latifol. Patavina Michelii *Hort. Piſ.* (flore luteo, ſemifloſculis ſeptem lineas longis, ſesquilineam latis, ſeminibus triangularibus breviſſime coronatis ac binis plerumque ariſtis armatis) tab. 3. 4) Aſteroides Alpina ſubhirſuta, ſalicis folio longiore et acutiore interdum nonnihil crenato, flore luteo, ſemifloſculis octo lineas longis et ſeſquilineam latis, ſeminibus ſesquilinearibus breviſſime coronatis ac longiuſcula ariſta munitis *tab.* 4. 5) Aſteroides Alpina glabra, ſalicis folio anguſto peracuto, flore luteo, ſemifloſculis novem lineas longis et lineam circiter latis, ſeminibus longis altius coronatis, ac unica interdum binis ariſtis armatis *tab.* 5. *De his tribus Aſteroidis ſpeciebus conf. app. p.* 116. *ubi ad Aſteriſci genus revocantur et pluribus ſynonymis illuſtrantur.* 6) Helianthemum Venetum erectum elatius et ferme glabrum, foliis oblongis atro viridibus quaſi lucidis, flore luteo minore *tab.* 6. *app. p.* 141. *ubi accuratior deſcriptio.* 7) Jucca Indica arborea, radice non tuberoſa, foliis aloes rigidis ſerratis et atrovirentibus, floribus albis, *tab.* 7. *ubi folii, floris fructusque icon, conf. app. p.* 185. 8) *His accedit* Granadilla Indica ſcandens et ſempervirens, radice repente, foliis palmatis, flore magno albido, quadruplici filamentorum verſicolorum ſerie obvallato, fructu aureo ovi gallinacei magnitudine et forma, *cuius icon non addita eſt, deſcriptio autem hic et in append p.* 140. *ſtudioſiſſime exhibetur. Eſt* Paſſiflora foliis palmatis integerrimis *Linn. Sp. p.* 929. *n.* 22. *Id unicum adhuc addimus, cel. TARGIONIVM ubique curioſiſſime notaſſe, quaenam ex pluribus unius generis ſpeciebus in officinis pharmaceuticis recepta ſit, vel etiam ordinariae ſubſtituatur, de quo in Praef. p. LXIV- LXVI. fuſius egit. Ita e. gr. p.* 32. *indicat*, ſemen Delphinii hortenſis flore maiore et ſimplici caeruleo et albo I. R. H. 426. 427. *in officinis Florentinis uſurpari pro* Staphiſagria; *p.* 146. *de Iride Florentina monet:* „ *Iris* 3. *Cat.* „ (*quae eſt* Iris Florentina latifolia, flore albo, petalis anguſtis. Iris alba Florentina I. R. H. 358. „ Iris, cuius flos ex toto candidus Caeſ. 421.) *vera eſt Iris Florentina officinarum, quae in moenibus* „ *urbis noſtrae larga ſatis copia olim germinabat, et fortaſſe lilio (Fleur de Lis) albo vetuſto Florentiae in-* „ *ſigni originem dedit. Modo autem rarior ibidem obſervatur, et in eius locum ſuccrevere ſpecies* 1. *et* 2. „ (*quae ſunt* 1. Iris Florentina, flore minore, tribus petalis inferioribus violaceis latis ac brevibus, „ caeteris dilute coeruleis. 2. Iris Florentina, flore maiore purpureo violaceo. Iris vulgo Li- „ lium purpureum Caeſ. 421.) *quarum radices mundatae et ſiccatae promiſcue uſurpantur, et extra Etru-* „ *riam deferuntur pro Irio vel Iride officinarum.*

Mor. El. } - - Hiſt. } Hiſtoria botanica practica, ſeu plantarum, quae ad uſum medicinae pertinent, nomenclatura, deſcriptio, et virtutes, cum ab antiquis, tum a recentibus celebrium auctorum ſcriptis deſumptae, atque ad vivum ex prototypo expreſſae, nec non in claſſes XXXV. diſtributae, ut facilius cuiusque ſimplicis genus, ac ſpecies dignoſcantur. Opus Equitis IOANNIS BAPTISTAE MORANDI, Mediolanenſis Botanici-Galenici-Pictoris. Mediolani 1744. ex typographia Petri Franciſci Malateſtae. *Fol. mai. Praemiſſ. pagg.* 12. *Explicatio claſſium (quae Element. nomine citatur) pagg.* 32. *Diſtributio plantarum (quae Hiſt nomine citatur) pagg.* 138. *appendix p.* 139 - 150. *Index p.* 151 - 164. *tabb. aen.* 68.

Huius operis mentio quidem facta iam eſt in praefatione Centuriae I. huius operis Blackvvelliani; ratio autem, qua nunc libros botannicos recenſere ſuſcepimus, eius quoque paullo fuſiorem recenſionem expoſcit. In praefatione A. indicat titulos duorum operum botanicorum, quae olim iam elaboravit; prior hic eſt: Exterarum et rariorum plantarum, quae in horto regio Academiae Taurinenſis excoluntur, imagines ad vivum expreſſae a IO. BAPT. MORANDO Mediolanenſi, in tribus voluminibus in f. atque in bibliotheca regiae univerſitatis ad commune commodum locatae; *alter hic eſt:* Collectio plantarum, quae in diverſis Europae, Africae, Aſiae et Americae locis naſcuntur, graphice delineatarum, expreſſarumque a I. B. M. unacum variis illarum nominibus iuxta celeberrimos rei herbariae ſcriptores: Volumina XIII. in f. quae in inſigni Ghiſleriorum Collegio Papienſi aſſervantur. *Ut operis recenſendi figurarum certitudinem A. probet, aſſerit, ſe omnes ad naturae exempla delineaſſe ipſumque in aes incidiſſe, et de capillaribus herbis ſigillatim monet, ſe ita ipſarum flores, fructus atque exigua ſemina propoſuiſſe, ut plane dignoſci microſcopio poſſint. Deinde illis, qui eum de operis huius imperfectione accuſare velint propterea, quod multas herbas officinales praeterire haud dubitaverit, his reſpondet:* „ *non is ego ſum, qui univerſa ad omnem medicinae uſum aliquando per hominum ingenia comparanda promi-* „ *ſerim. Satisfeciſſe muneri meo et pollicitis certe reor, ſi adhibitas ad ſalutem herbas in unum redegerim,* „ *neque hoc parce ſed abunde atque ſecure; recenſens ultro illas et declarans, quae praeteritis temporibus fre-* „ *quentiori uſu tractabantur. Me potius ipſe criminor, qui aliorum et meo quoque genio indulgens, plura ad* „ *ornatum appoſuerim*„ *Denique ingenue fatetur, ſe in errores aliquando rapi atque hallucinari potuiſſe. In ipſius operis prima parte claſſium; ad ductum ſyſtematis Boerhaaviani digeſtarum, explicatio definit characteres tum ipſarum claſſium, tum ſingulorum generum, horumque non ſolum ſecundum floris et fructus, verum etiam*

 radicis,

radicis, caulium, foliorum etc. differentias. In altera parte, seu depictarum specierum distributione XXXV. sectionibus comprehensa, singularum primo indicantur nomina atque synonyma ex probatis auctoribus, semper citatis, desumta, deinde sequitur descriptio secundum omnes partes totius habitus, porro indicatur locus natalis et tempus, quo flores fructusque proferunt, et denique adduntur vires. Appendix *continet plantas recensitarum ordinibus inserendas.* Index *et nomina et synonyma indicat. Tabulae repraesentant 561. species schemate naturali exemplari plerumque, haud tamen semper, satis respondentes; et totum earum habitum cum ipsa radice, paucis exceptis, sistente; quum vero singulae tabularum paginae minimum quatuor, aliae ultra 10. stirpium figuras contineant, inde facile cognosci potest, quantum imminuta sit earum magnitudo naturalis, quae eo magis dubia hinc reddita est, quo minus in hac imminutione proportio eadem servata fuit. Adduntur quidem sigillatim singulis figuris flores, fructus (vel saltem horum partes, si spatii norma illos non capit integros) et semina in magnitudine naturali, sed raro ea accuratione, ex qua verus eorum character cognosci possit. Prostant huius operis exemplaria (quale et nostrum est) coloribus nativis illustrata, sed tam rudi penicillo inductis, ut ruber, purpureus, caeruleus, luteus, imo etiam viridis, in omnibus ferme sit unus idemque. Ornamenti gratia huic operi praefixum est frontispicium aeri incisum.*

Popovvitz. Untersuchungen vom Meere, die auf veranlassung einer Schrift, de columnis Herculis, welche der hochberühmte Professor in Altorf, Herr CHRIST. GOTTL. SCHWARZ herausgegeben, nebst andern zu derselben gehörigen Anmerkungen, von einem Liebhaber der Naturlehre und der Philologie vorgetragen werden *(i. e. Disquisitiones de mari, quae occasione scripti, quod celeberrimus Professor Altorfinus, Dn. CHRIST. GOTTL. SCHWARZIVS, de columnis Herculis edidit, unacum aliis ad illas pertinentibus annotationibus, a quodam physicae et philologiae amatore proponuntur)* Francof. et Lips. 1750. 4. *pagg.* 432. *praef. prioris partis pagg.* 14. *dedic. posterior. partis pagg.* LXXVI. *epist. ad calcem pagg.* 24. *index pagg.* 22.

Huius operis, varia eruditione multaque lectione conscripti, titulus nec auctorem, nec omnia, quae pertractantur, argumenta indicat. Ille est Dn. JO. SIGISM. v. POPOVIVS (alias POPOWITSCH) Recalinas Vindus, nunc Vindobonae teutonicae linguae Professor Caesareus; argumenta, quae ad nostrum scopum haud pertinent, sicco transimus pede, et tantum ex iis, quae ad botanicorum forum referenda sunt, potiora indicamus. P. 183. *Auctori sermo est de syrtibus Apuliae sinusque Tarentini, quarum hae solummodo proferunt Juniperum V. Tournef. hist. p.* 589. *i. e. maiorem bacca rufescente C. B. pin.* 489. *cum paucissimis aliis herbis fruticibusque; illae nullas alias alunt plantas praeter Myrtos, easque, quae profundas agunt radices, quibus fundi aquas attingere valent, qua occasione p.* 185. *in nota subiecta porro recenset, qua ratione super hoc solo arenoso instruuntur vineae ac horti, in quibus coluntur cucurbitae, melones, citrulli, cucumeresque, nobilissimos fructus ferentes. Notatu digna est A. observatio, qua docet, in plantis nominatis aquam marinam propterea dulcescere, quia longis sarmentis multisque foliis instructae sunt, vinum vero aliquem retinere saporem salsum, quia incolis mos est, vites prope solum amputare, easque perbreves educare, quarum multae ad duorum brachiorum crassitudinem excrescunt, sed propterea paucis tantum foliis, succi praeparandi officinis, gaudent. P.* 190. *nota u u u. explicatur, cur secundum observationem GMELINI Flor. Sib. praef. p.* 113. *plantae Alpinae regionum calidarum in septentrionalibus pratenses sint, quia scilicet in harum planitie tanta geliditas saeviat, quam in illarum montibus; hanc sententiam vero p.* 364. *nota m. m. corrigit et aliquot plantas nominat, quae in altissimis montibus aeque, ac in planitie, laete copioseque procrescunt, nempe vaccinium baccis rubris, crataegum Alpinam et staticem. Quum in hoc opere A. praecipue maxime sollicitus sit de eruendo vocum Germanicarum etymo vero, plantarum quoque nonnullas examinat, e. gr. p.* 304. *deducit Silesiorum Kalinkenbeere a Kalina (opulo) Slavorum atque Vindorum; p.* 306. *Eiter-Nessel (urtica) ab eiten, quod veteribus Germanis significabat urere; p.* 317. *Holler (Sambucus) ab Hohlerbaum Styriae Austriaeque incolarum; ibid. Wehrmuth, vel rectius Wermut (absinthium) a Styriacorum voce vvérmat et vvérmod, quod significat virtutem anthelminthicam, P.* 338. *nota i. A. indicat, D. D. JO. GE. HENR. KRAMERVM ad prelum paratam habere Floram agri Vindobonensis, itemque Methodum plantarum calycinam et sexualem. Eadem pagina commemorat, quendam suorum fautorum eruditum ratione operis de mari edendi ipsi commendasse opus illud, quod BVFFON et DAVBENTON in publicum edere coeperunt,* (Histoire naturelle, generale et particuliere, avec la description du Cabinet du Roi. Tom. I. a Paris de l'Imprimerie Royale 1749. 4. mai. *et quod in Germanicam linguam traductum prostat hoc titulo:* Allgemeine Historie der Natur, nach allen ihren besondern Theilen abgehandelt; nebst einer Beschreibung der Naturalien Kammer Sr. Majestaet des Koeniges von Franckreich, mit einer Vorrede H. D. ALBRECHT von HALLER etc. Erster Theil. Hamburg und Leipzig bey Ge. Christian Grund und Adam Heinr. Holle 1750. 4. mai.) *eundem praeterea valde laudasse iudicium, quod BVFON de Linnaeano plantarum animaliumque systemate tulit. Hoc ipsum iudicium Noster non legit, quia locus, ubi illud reperiundum, illi non indicatus fuit (legitur autem Vol. I. p.* 19. *et in Germ. versione p.* 11. *ubi A. systemati Linnaeano minime favet, Tournefortiano potius prae hoc aliisque palmam dat, quare etiam v. HALLER l. c. p. XVI. sequ. et auctor notarum versioni Germanicae additarum KAESTNERVS p.* 10 - 13. *aliam sententiam opposuit); occasione vero huius relationis p.* 349. *sequ. nonnullos producit, qui Linnaeanis trium naturae regnorum systematibus approbationem denegarunt, et deinde, licet LINNAEI merita in universam historiam naturalem candide agnoscat, eius nimium innovationis studium reprobat et denique p.* 351 - 380. *suam plantarum systematis censuram annectit admodum salsam, duos iam annos ante, quam Buffonianum opus in publicum prodiit, elaboratam, cum fautore suo antea laudato communicatam, et* 4. *sectionibus expositam. Hac* 1) *pronunciat, hoc systema maximam partem usu carere, quod p.* 353. *probandum suscipit non solum classe cryptogamiae, verum etiam staminum numero, in minimis floribus, oculo armato quoque exploratis, incerto, qua occasione eam oculorum aciem, de qua LINNAEVS gloriatur, in dubium vocat et e. gr. ad Knavvel (quam plantam Noster in quinque species p.* 355. *not. e e. distinguit) et Knautiae floris examen provocat, quo, optima lente instructus, in posteriori mediorum florum corollae et pistilli stigmatis conformationem, in priori staminum numerum invenit alium.* 2) *p.* 354. *idem systema noxae, seductionis et contradictionis accusat, huiusque asserti rationem petit ex specierum in varietates, nominumque genericorum mutatione, et illustrationis gratia Piri generis Linnaeani eiusque specierum definitionum prolixum examen instituit.* 3) *p.* 361. *fundamentorum eiusdem systematis aliquot regulas pari rigore examinat, atque hinc* generum nominum, etiam supervacaneorum, mutationem *secundum Linn. fund. regulam* 245. *inprimis damnat, ad vitandam confusionem; porro* notas collatitias cum aliis speciebus diversi generis *reg.* 261. non pro falsis declarandas, *sed potius pro facilitanda specierum cognitione servandas esse, statuit, potissimum quia haec regula illi* 299. *contradicit, nempe* similitudinem omnem in nomine specifico usurpatam, dextra manu notiorem esse, *atque praete-*

praeterea comparatio binis verbis exprimit, quod plura alia nomina vix praestant, propterea etiam illis praeferenda est, quia secundum regulam 291. nomen specificum, quo brevius, eo etiam melius est: *quae omnia exemplis illustrat: e. gr. tyronem facilius cogniturum esse Vaccinium foliis buxi, semper virens, baccis rubris Rupp.* 39. *quam Vaccinium foliis perennantibus obverse ovatis H. Cliff.* 148; *Myrrhidem podagrariae folio Riv., quam Chaerophyllum foliis lanceolato-ovatis serratis H. Cliff.* 102; *Vrticam maximam Canadensem J. R. H.* 535. *(rectius Vrticam viburni folio dicendam) quam Vrticam foliis cordato-ovatis, amentis ramosis distichis erectis H. Cliff.* 440. *cuius occasione addit Noster, se Vindobonae sub horto Eugeniano prope St. Marcum in agro inculto reperisse indigenam Vrticam, iisdem amentis iisdemque foliis a LINNAEO descriptis, viburni tamen foliis non respondentem, quare etiam Linnaeana definitio contraria est regulae* 257. *scilicet:* nomen specificum plantam ab omnibus congeneribus distinguat. 4) *Affirmat, LINNAEVM regulas aliis praescripsisse, quas ipse non observavit. Haec censura versatur potissimum circa generum nomina legitima ex graeca vel latina lingua radicem habentia reg.* 229, *simili sono exeuntia reg.* 228, *et ex adiectivis formata reg.* 235, *quibus omnibus exempla ex ipsis Linnaeanis operibus desumta opponit, quae autem hic producere nimis prolixum et tamen sine usu foret, id tantum addimus,* fungorum classem Linnaeanam *Nostrum p.* 373 - 380. *sigillatim declarasse imperfectissimam. Sed haec omnia eum tantum in finem recensuimus, ut indicent argumenta botanica, quae hoc opus continet ex eius titulo haud praesumenda. Ceterum commemoranda adhuc sunt, quae Noster p.* 362. *in nota adducit de* plantarum migratione *a semetipso observata, ubi docet, Austriam copiam alere plantarum,* quae *in Styria non observavit, et Bavariam multas adhuc producere plantas Austriacas, quia utraque regio eodem solo gaudet, admodum plana est, et iisdem ventis (quos naturae hortulanos appellat) patet. Styria altis montibus obvallata est, quare semina Austriaca illuc vehi neqneunt; ager Petovianus (Petauerfeld) vero orientem versus patet, hinc iam multis Austriacis plantis refertus est, quia semina ex Austria in Vngariam et ibidem ex plantis generata a ventis huc feruntur. In Austria* Cyclamen *ineffabili copia crescere desinit; circa Ratisbonam et ultra septentrionem versus non amplius reperitur, quantum ex Floris cognoscitur. Regio Ratisbonensis adhuc offert plantarum Austriacarum copiam, inter quam tamen magna voluptate Noster observavit, loco aliquarum Austriacarum, ibi evanescentium, Saxonicas comparere, quod cuidam et soli et climatis mutationi adscribit. Ratisbonensi in vicinia* Peucedani *uberrimum proventum annotavit, quod hic locorum primum vidit. Vbi solum arenosum incipit, quod circa Norimbergam longe lateque se diffundit, ibi primum deprehendit* Genistam Riv., *in Austria non visam, ubi* Genista humilior Pannonica J. R. H. 643. *communis est, uti etiam in monte Tegelberge prope Ratisbonam. VOLKAMERVS eam inter plantas hortenses recenset; eandem vero in elatioribus ab Onoldino Triesdorfium versus ad vias satis copiose crescentem nosmetipsos reperisse, ex relatione hic annotavit A. et addidit, ex silentio Florarum concludendum esse, eam ulterius septentrionem versus haud reperiundam esse,* Asperugo *Vindobonae et Ratisbonae muros investit.* Sherardia Dillen. *ex agris Ratisbonensibus urbem ipsam intrat, ubi in plateis prope domos se multiplicat: hanc plantam nuspiam tam copiose crescentem invenit Noster, quam in Bavaria.* Bamia Riv. *agrum Petovianum inferiorem copiose obsidet. P.* 370. *in nota refert,* Daucum Creticum *(male sic dictum, quia etiam Germaniae incola est) satis copiose crescere in meridionalibus rupibus Alpium Austriae, ubi simul iterum reprobat LINNAEVM, qui hanc plantam et sic dictam* Meum *species unius generis facit, quod* Athamantam *appellat. Denique silentio praeterire haud possumus, D. v. POPOVIVM p.* 381 - 398. *fusius recensere, qua ratione ipse suas fungorum collectiones et disquisitiones in Austria instituerit, et postea Ratisbonae continuaverit, deinde quibus adminiculis instructus sit, genuinam fungorum historiam concinnandi, quibus addit, se promtum paratumque ad haec praestanda esse, dummodo Maecenas quidam ad sumtus necessarios in opus eiusmodi perficiendum erogandos adesset. Haec omnia autem sigillatim hic repetere, nimis prolixum foret: sufficiat ergo ex potioribus momentis quaedam tantum indicare. P.* 382. *singularem methodum indicat, cuius ope fungorum colores horumque declinationes innumerabiles memoriae caussa inter collectionem ita annotare poterat, ut hae annotationes iisdem postea vel describendis vel depingendis inservire queant. P.* 383. *annotat, Ratisbonae, uti in Austria,* 30. *circiter tantum species pro esculentis haberi ex quibus tamen, (quod etiam de plantis observavit) nonnullae Austriacae in Bavaria non occurrunt et vice versa; nonnullae quoque circa Ratisbonam crescunt, quae Saxonicis respondent. Species, quas Noster iam collegit et annotavit,* 200. *iam superant: nihilominus candide profitetur, operi, in certum usum publicum edendo, novam opus esse collectionem, et praecipue omnium in ipso loco natali vivis coloribus repraesentationem, quum eiusmodi accurata imago amplissimis descriptionibus praestet, cuius instituti exequendi rationem fusius p.* 386. *sequ. docet, et p.* 388. *de commoda fungorum divisione disserit, simulque monet, ad singulorum fungorum aetatem diversam respiciendum esse. P.* 390. *in nota proponit methodum, qua LINNAEVS fungos ad sui systematis ductum dividere potuisset in* lamelliferos, *semina e lamellis radiatis emittentes, i. e. lamellatos vulgo dictos;* fistulares, *semina e fistulis eiaculantes, qui vulgo appellantur porosi;* cirratos, *semina in cirris proferentes, quales sunt erinacei Dillenii, hydnum Linn;* bracteatos, *semina e toto corpore bracteato spargentes, quales sunt morchellae Dill., boletus III. Rupp., bezicae Dill.;* clavatos, *qui sunt ita dictae clavariae;* ramosos, *ad quos pertinent Germanis sic dicti Geißbärte et Händlinge, itemque quaedam species coralloidis;* tuberosos, *ut sunt bovistae Dill., tubera, lycoperdastrum Mich. aliaeque plures species, omnes semina intra corpus, quod totum uterus est, gerentes, eoque rupto illa dissipantes;* lutulentos, *quales sunt phalli, qui semina in luto recondunt, quo aliorum corpus cancellatum (Gittericht) aliorum capitulum obductum est etc. P.* 394. *seqq. fungorum historiam, quam CLVSIVS dedit, examinat et reiicit etc. Ceterum ubique, et denuo in epistola huius operis calci adiecta fol. c.* 2. *et* 4. *fungorum nomina Germanica aeque ac latina examinat, confirmat, illustrat, et corrigit, pluresque species accuratius definit. Qui plura scire desiderat, ipsum fontem adeat.*

Rumph. Herb. 1. GE. EVERH. RVMPHII, Med. Doct. Hanauensis, Mercatoris senioris, et in Amboina Consulis, nomine PLINII INDICI celebris, et Membri Inlustris Societatis Academiae Nat. Cur. Germaniae, Herbarium Amboinense, plurimas complectens arbores, frutices, herbas, plantas terrestres et aquaticas, quae in Amboina et adiacentibus reperiuntur insulis, adcuratissime descriptas iuxta earum formas, cum diversis denominationibus, cultura, usu ac virtutibus. Quod et insuper exhibet varia insectorum animaliumque genera, plurima cum naturalibus eorum figuris depicta. Omnia magno labore ac studio multos per annos conlecta, et duodecim conscripta libris. Nunc primum in lucem edita, et in latinum sermonem versa, cura et studio JO. BVRMANNI, Med. Doct. et in hotto médico Amstelaedamensi Professoris botanici, Acad. Caes. N. C. Socii, qui varia adiecit synonyma, suasque observationes. Pars prima. Amstelaedami apud Franc. Changuion, Jo. Catuffe, Herm. Uytvverf; Hagae Comitis apud Petr. Gosse, Jo. Neaulme; Adr. Moetjens, Ant. van Dale; Ultraiecti apud Steph. Neaulme. a. 1741. *fol. mai. pagg.* 200. *praemiss. pagg.* 32. *tabb. aen. LXXXII. praeter elegantissimum frontispicium, Auctoris et Editoris imaginem.*

2. Titulo eodem pars secunda. *Ibid. anno eodem. pagg.* 270. *tabb. aen. LXXXVII.*

3. Titulo eodem pars tertia. *Ibid. a.* 1743. *pagg.* 218. *tabb. aen. CXLI. vel potius CXLIV. quia LXXXIV. CVII. et CXXVII. bis idem numerus adscriptus est, singulae tamen aliam plantam sistunt.*

4. Eodem titulo pars quarta. *Ibid. anno eod. pagg.* 154. *tabb. aen. LXXXII.*

5. Eodem titulo pars quinta. *Ibid. (deficiunt tamen nomina bibliopolarum* Catuffe *et* Steph. Neaulme*) a.* 1747. *pagg.* 492. *praef. Auct. p.* 2. *Editoris p.* 2. *tabb. aen. CLXXXIV. ex quibus tab. LXX. deficit, LXXV. vero bis adest, sed utraque alia icone.*

6. Eodem titulo pars sexta. *Ibid. a.* 1750. *pagg.* 256. *praemiss. pagg.* 4. *tabb. aen. XC.*

7. GE. EVER. RVMPHII etc. Herbarii Amboinensis Auctuarium, reliquas complectens arbores, frutices ac plantas, quae in Amboina et adiacentibus demum repertae sunt insulis, omnes accuratissime descriptae, et delineatae iuxta earum formas, cum diversis Indicis denominationibus, cultura, usu ac viribus; nunc primum in lucem editum, et in latinum sermonem versum cura et studio IO. BVRMANNI, etc., qui varia adiecit synonyma suasqne observationes. Amstelaedami apud Mynardum Uytvverf et viduam ac filium S. Schouten. a. 1755. *fol. mai. pagg.* 74. *praef. p.* 1. *Index univers. in VI. Tomos pagg.* 20. *tabb. aen. XXX.*

Splendidum hoc et rarissimarum maximamque partem antea incognitarum stirpium amplissima historia et elegantissimis delineationibus cumulatum opus ipso titulo iam satis se commendat, inprimis quum Cel. BVRMANNVS plurima ad normam mentemque recentiorum auctorum illustravit. Cuncta notatu digna, quae uberrime comprehendit, indicare, recensionis limites transcenderet: nostrum ergo tantum est, ea, quae, praeter illa in titulo iam indicata, in genere notanda sunt, exponere et pauca speciminis loco addere. Quae auctori propria sunt, Batavo sermone conscripsit, quam ob rem eadem unacum editoris versione latina in divisis columnis, iisdem tamen paginarum numeris adscriptis, per totum opus camparent, quod insuper ad singulas partes duplici titulo, altero latino, batavo altero, signatum est. Ex dedicatione Societatis Indiae Orientalis in Belgio constitutae Moderatoribus inscripta, primae parti praefixa, et 20. Sept. a. 1690, Auctoris aetatis anno medio sexagesimo tertio, exarata discimus, eum tunc iam per 20. annos caecitate (quam etiam eius imago satis exprimit) laborasse, et non nisi priores huius operis partes absolutas ad laudatam societatem transmisisse, reliquas autem proxime subsequuturas spopondisse, id quod a. 1695. factum esse, ex A. praefatione patet parti V. addita et ultimo Decembris dicti anni Amboinae consignata. Prior praefatio porro docet, hoc ipsum opus comprehendere plantas, quae non solum in Amboina eiusve insulis inveniuntur, verum etiam quae praeterea in adiacentibus insulis Moluccis, Banda, aliisque usque in ipsam Javam maxima ex parte occurrunt, quibus mox addit, licet ab aliis auctoribus iam plurima ante illum in lucem emissa sint scripta, quae ex professo de plantis Indicis agunt, se tamen primum fuisse, qui in descriptione plantarum, quae in his proveniunt oris, viam aperuerit et detexerit, quum nullus alius, quantum sibi constet, Orientalis huius orae penetraverit vel ante ipsum perscrutatus sit silvas ac solitudines, quapropter candide agnoscit, nullum dari opus, quod primis statim auspiciis consummatum et omnibus numeris absolutum sit, se ergo illud posteris perficiendum relinquere, simulque monet, hunc librum productum esse ab amatore tantum scientiae naturalis, qui modicam sibi adscribit botanices notitiam, quique inter militaria aliaque publica officia et munia subcesivas huic labori impendit horas: se itaque adnotationes de plantarum viribus et usu, non stilo medici vel practici, sed historici more, enarrasse, eas tamen ex testimoniis sagacissimorum incolarum comprobatis descripsisse, iisque plurimas inseruisse virtutes, quae in ipsa sua aliorumque familia, se auctore, exploratae sunt, neque alia annotasse, quam quae adcurata et fideli experientia promptoque iudicio eruta et comprobata essent. Quod ad ipsas harum insularum plantas descriptas attinet, asserit Noster, licet nonnullae ab aliis iam descriptae et delineatae habeantur, in herbario tamen hoc, quod ultra 700. complectitur, vix 50. reperiri ab aliis expositas. Addit deinde, se, antequam hoc opus in ullum ordinem redactum fuerit, ex solis aestu illis in terris ferventissimo, cui, littora collesque permeans, forte nimis incaute et festinanter se exposuit, sibi contraxisse oculorum suffusionem seu cataractam nigram, intra trium mensium spatium perfectam redditam, quapropter, ad perficiendum hoc opus, ipsi necessarii fuerunt idonei et periti amanuenses, quos etiam supremus earum regionum Magistratus generoso animo subministravit; inde vero hoc ipsum opus de priore splendore et decore suo non parum amisisse, ipse agnoscit. Denique indicat „plantarum nomina nonnulla septem, immo aliquando decem diversis linguis, plurima vero tribus quatuorve esse „adscripta, Latina nempe, Belgica, Malaiensi, Amboinensi, Tornatensi, Bandensi, Macassarensi, Baleyensi, et Javana, quaedam etiam Arabica et Sinensi, et ubi convenit Portugallica et Indostana" addita plerumque ipsorum interpretatione. Ex altera A. praefatione addendum adhuc habemus, eum per 42. annos in Amboina commoratum fuisse, eumque ipsum iam Auctuarii mentionem fecisse, cui reservavit tum plantarum quarundam figuras, quas tunc, quando hoc opus absolvit, ultimis mensibus, virides conquirere non potuit; tum floribus et fructibus iis addendis, in quibus hi omissi sunt; tum etiam iis plantis, quae absoluto iam opere ipsi demum innotuerunt, vel postea innotescerent. His adhuc addimus, ultimae parti praefixum esse Auctoris iter in Brasiliam metrice conscriptum, ex quo patet, eum in Gymnasio Hanoviensi prima eruditionis fundamenta parentum curis feliciter posuisse, aetatis vero anno XVIII. Italiae regiones invisendi cupiditate captum, a seductore quodam ad iter, in Indiam praeter voluntatem suscipiendum, coactum fuisse. Editor in priori et posteriori praefatione merito miratus est, qui fieri potuerit, ut vir plusquam sexagenarius, per quartam insuper saeculi partem oculorum usu privatus, tam vastum tantoque naturae thesauro refertum opus in ordinem adeo elegantem sibique ita constantem ac convenientem digerere potuerit, quibus addit, „se a fide dignissimis hominibus, tum temporis illas terras inhabitantibus, saepius relatum audivisse, hac in parte adeo sagacem „hunc virum fuisse, ut, licet ex remotissimis Indiae plagis exoticae atque omnibus plane incognitae ad ipsum iam lumine captum adducerentur plantae earumque folia, fructus vel semina, ex odore, sapore, forma „aliisque qualitatibus detegere ac dignoscere potuerit, ad quodnam genus vel classem tales pertinerent plantae." Qui culparent Auctorem, eum non ita exacte florum fructuumque partes fructificationem constituentes more botanicorum semper observasse, ac iuxta certum systematicum ordinem ad suas familias revocasse, iis perpendendum proponit "hunc virum, ut ipse professus est, a iuventute sua a parentibus ad hanc destinatum haud „fuisse scientiam, nec doctorem in hac arte peritum audivisse, ac proinde non fuisse Botanicum, sed naturae quasi instinctu et ipso suo genio ad naturalis historiae scientiam propenso ductum inter alia sua munia „hanc exercuisse artem etc.," et qui forsan reprehenderent, omnes plantarum icones non ita penitus omnibus partibus fuisse absolutas: iis regerit, "id ab A. omnino fieri haud potuisse, primo quod plurimae in herbario hoc contineantur arbores et plantae, quae, rarissimae, ac semel tantum visae, ex remotissimis insulis, summis montibus, imperviis saepe rupibus et littoribus, immo ex horrendis desertis densisque silvis petitae, non isto tempore flores suos simulque fructus conspiciendos exhibuerint; adde, quod et arbores in im- „*men-*

„ *mensum saepe extensae, adscensum florumque suorum ac fructuum collectionem penitus negent; quo accedit* „ *insuper, quod rarissimi in barbaris illis terris periti inveniantur pictores* „ *(de quibus ipse quoque A. sub finem suae praefationis conquestus est)* " qui omnium ac praesertim minimarum *partium ad fructificatio-* „ *nem pertinentium rite observent* attributa earumque distinctiones et proportionem etc. *De nonnullis capitibus, quibus nullae figurae, praesertim in ultimis tomis, additae sunt, porro monet* „*id amanuensium* „ *forte incuriae adscribendum esse*, se editorem *autem omnes, quas operi insertas invenit, quanta id fieri* „ *potuit cura, aeneis tabulis insculpi curasse.* „ *Huc porro pertinet (quod posterior Editoris praefatio addit) huncce defectum praeterea ortum fuisse ex fatali incendio, in Amboina a.* 1687. *exorto, in quo A domus, et cum hac multae etiam chartae ac plantarum delineationes vastatae sunt. Quod reliquum est, prior Editoris praefatio brevibus adhuc enarrat, quae ipse in huius operis publicatione praestitit, quaeque potissimum in eo consistunt, quod textum Batava lingua ab A, vel potius eius amanuensibus, barbaris saepe vocabulis conscriptum, ad A. sententiam sollicite Latio reddidit; deinde separatarum partium, quae in tabulis exprimuntur non autem in textu explicantur, expositionem addidit, observationes etiam quibusdam in locis adiecit, si compererit, easdem stirpes ab aliis auctoribus iam fuisse detectas vel descriptas, vel etiam illarum species iam esse notatas, ubi genericum simul indicavit nomen. Praeter haec, si in auctoris appendice (a.* 1694. *postmissa) alicui capiti aliquid addendum invenit, vel etiam in eiusdem Auctuario (a.* 1704. *Amstelaedamum delato) reperit, quod ad arborem vel plantam congenerem pertineret, illud congruo loco inseruit, suisque observationibus porro iunxit illas, quas D. D. GARCIN secum communicavit. Denique invidorum nonnullorum calumniae, quasi, ob has lucubrationes subcessivas, et studium medicum et officium praxi clinicae dicatum negligeret, gravem scribit dicam, qua luculenter declarat, quae animus bene compositus et ab irregulari luxuriosoque vitae genere alienus, praeter occupationes ordinarias exsequi valeat. Haec de operis huius contentis in genere annotata sufficiant: quae ad specialia recensenda pertinent, eorum potiora ipsae singulorum librorum inscriptiones indicant. P. I. continet tantum L. I. qui recenset* arbores, quae fructus esculentos ferunt, ac culturam requirunt. *Constat capp.* 69. *et tabb.* 82. *quae sistunt* 80 *imagines*, 79. *species exhibentes, aliis* 170. *partium suarum figuris illustratas, quibus accedunt* 4. *insect. figurae P. II. continet L. II. et III. Prior tradit* arbores aromaticas, quae aut fructum aromaticum corticemve, aut odoratum aliquod praebent lignum. *Constat capp.* 54. *tabb.* 46, *et figuris* 55. *declarat* 51. *species, praeter* 87. *figg. earum partium, et* 2. *insect. Posterior seu III. liber agit de* arboribus, quae resinam speciosósque dant flores, aut noxium aliquod lac fundunt. *Constat capp.* 46. *tabb.* 41. *quae* 42. *figuris repraesentant totidem species, partium suarum figuris* 80. *expositas. P. III. continet L. IV. et V. Ille exhibet* arbores silvestres, quarum pars aliqua fabrilis est. *Constat capp.* 70. *tabb.* 84. *figuris* 87. *totidem species earumque partes aliis* 90. *figg. depingentibus; quibus accedunt figg.* 7. *cuiusd. erucae eiusque metamorphoseos. L. V. pertractat* arbores silvestres promiscue. *Constat capp.* 60. *tabb.* 60, *totidem cum aliis* 47. *partium figuris species* 59. *exhibentibus. Accedit fig.* 1. *insecti. P. IV. continet L. VI. qui agit de* fruticibus tam domesticis quam silvestribus. *Constat capp.* 90. *tabb.* 82. *quae figuris* 86. *totidem species delineant et aliis* 54. *figg. illustrant. P. V. continet tres sequentes libros. L. VII. recenset* funes silvestres et frutices reptantes. *Constat capp.* 61. *tabb.* 59. *quae repraesentant species* 81. *totidem figuris ac insuper* 61. *aliis partium expositas. L. VIII. producit* arbores domesticas, tam victui quam medicinae et decori inservientes. *Constat capp.* 92. *tabb.* 56. *quae figuris* 94. *totidem species repraesentant et aliis* 57. *ulterius declarant. L. IX. agit de* convolvulis et herbis reptantibus. *Constat capp.* 91. *tabb.* 69. *in quibus comparent* 103. *species totidem figuris delineatae et aliis* 49. *illustratae. P. VI. continet III. libros ultimos. L. X. exponit* reliquas herbas silvestres promiscue. *Constat capp.* 64. *tabb* 41. *quae figuris* 81. *totidem species exhibent, additis* 10. *aliis partium figuris. L. XI. itidem comprehendit* reliquas herbas silvestres. *Constat capp.* 60. *tabb.* 35. *quae sistunt* 71. *species totidem figuris aliisque* 36 *adpositis: quibus accedunt avis eiusque nidi esculenti figg* 3. *L. XII. denique agit de* arbusculis marinis et plantis saxosis seu lithodendris et lithophytis *Constat capp.* 33. *tabb.* 14. *quae* 32. *figuris repraesentant totidem species figuris aliis* 7. *illustratas. Auctuarium constat capp.* 84. *tabb.* 29. *quae* 42. *figuris totidem species delineant aliisque* 23. *illustriores reddunt. Accedunt* 2. *figurae animalculi, quod Moncum adpellant. Coronidis loco adiecit cel. BVRMANNVS descriptionem* Smilacis sarmentis spinulosis, sinuosis, foliis quinquenerviis, utrimque cordatis, *quae veram ac genuinam praebet radicem*, Chinam *in officinis pharmacopoeorum vocatam, cuius plantae integrae unacum flore, fructu et radice tab.* 30, *integrum folium explens, repraesentat imaginem, quam olim suis sumtibus in ipsa Japana ad vivum depingendam curavit vir exoticarum plantarum curiosissimus D. WITSENIVS, urbis Amstelaedamensis quondam Consul amplissimus. Accedit Index universalis in sex tomos et auctuarium pagg.* 20. *quo non solum singularum stirpium nomina latina trivialia, verum etiam plerumque genuina generica et specifica, ex LINNAEI de Herbario Amboinensi dissertatione (quod huius Auctuarii praefatio docet) petita adeoque littera L. distincta, quibus tamen haud raro inseruntur paria, littera B. signata, aliaque procul dubio ab ipso BVRMANNO addita. Omnia autem nomina, quae idem in observationibus subnexis indicavit, in hoc indice repetere, minus consultum duxit. Ex hactenus recensitis patet, egregium hoc opus, insigni exoticarum stirpium copia refertum, constare alph.* 18. *pl.* 7. *non computatis titt. praeff. etc. et continere* 699. *tabulas, et super his* 915. *figuras, quae, aliaeque earundem partium* 671. *figurae additae, repraesentant* 909. *species, unacum pluribus aliis, non depictis*, 875. *capitibus mira accuratione descriptas, additis aliis relationibus de earumdem usu communi ac medico pari diligentia concinnatis. Ex his singulis vel notabiliora tantum referre, recensionis limites denegant; sufficiant ergo pauca speciminis loco selecta. L. I. cap. I. sistitur* Palma Indica maior. Calappa. Cocos boom. *In descriptione indicantur characteres omnibus palmis Indicis communes, quas in nuciferas, viniferas et fariniferas distinguit, ad quarum classem primam pertinet palma hoc capite secundum totum eius habitum, flores, fructus, et reliquas partes p.* 1-8. *descripta, ubi omnium partium variae appellationes linguis peregrinis annotantur ac methodus, qua incolae ex hac arbore eliciunt vinum palmeum, modusque, quo excelsam hanc arborem conscendunt, describitur. Secundum obs. B. p.* 9. *est* Coccus foliis pinnatis, flore et fructu racemoso et anguloso, *ubi etiam figurae tab. I. exponuntur, quae sistunt* 1) *nominatam arborem cum spadicibus flores fructusque ferentibus, et cum imagine*

 cuius-

cuiusdam Indi arborem cum apparatu suo ad colligendos fructus conscendentis; 2) *inferiorem trunci partem communiter inflexam cum radice;* 3) *racemum floriferum Majang dictum cum cymba (spatha) supposita, ipsi succrescente;* 4) *unicam huius racemi spicam cum occlusis floribus maiori forma expressam;* 5) *racemum frugiferum iunioribus fructibus onustum. His adduntur auctores, qui eandem arborem et descripserunt et depinxerunt, nomina item eius viresque in medicina et chirurgia probatas annotarunt. Cap. II. p. 9-15. agit* de speciebus, loco, solo, ac propagatione coccorum, *ubi sub initium statim A. monet, dari plures quidem eius species, earum tamen multas esse tantum varietates, quarum discrimen plurimum consistit in fructibus eorumque nucibus, maioribus vel minoribus, rotundioribus vel magis oblongis. Harum specierum et varietatum 13. describuntur secundum omnes notas, quibus vel differunt vel conveniunt. Enumerantur quoque insecta ac animalia diversi generis, has arbores devastantia. Tab. II. quae huc pertinet, 13. exhibet figuras, ex quibus 1-6. repraesentant externam et internam faciem ut et germinationem Calappae, 7. fructum Calappae macheroidis seu ensiformis, 8. cystiformis, 9. 10. capuliformis (inter species antea n. 6. 8. 7. descriptarum) 11. est Calappites seu Calappae fructus officulum, 12. Calappites ex calappae lympha depromtus, 13. Dendrites calapparius in trunco Calappae detectus. Cap. III. p. 16-24. exponit* Calappae vires ac usus, *tum oeconomicos tum medicos, inter quos singularis est modus, quo lac et ex hoc oleum purissimum itemque butyrum et dulcem syrupum ex fructu parant. Porro fusius describitur modus, quo ex arbore hac elicitur potus, cap. I. iam indigitatus, ex quo etiam conficitur Areca seu spiritus vini indicus, syrupus seu mel vel saccharum, itemque acetum atque fermentum a pistoribus in usum vocatum. Ceterum hoc capite p. 21. seq. fusius describitur Calappites uterque atque Dendrites tab. II. delineati, qui sunt lapilli durissimi, quorum priores in interiori Calappae nucis parte concrescunt saepius, tertius vero in ligno Calappae, fulmine deiectae ac fissae, repertus fuit. Cap. IV. describit* abortus et monstra Coccorum *ex quibus tab. III. delineat Coccum monstrosam frondibus proliferis. Cap. V-XX. p. 26-93. tab. IV-XXIV. pari industria describuntur et depinguntur Palmae aliorum generum 16. species, quae sunt* 1) Pinanga *s. Areca, c. V. VI.* 2) Pinangae silvestris *s. Pinang-Utan 4. species c. VII.* 3) Saribus *s. Saribu, cui accedit* Licuala arbor *C. VIII.* 4) Lontarus domestica, *Palma vinaria prima, s. Jagarifera, Lontar c. IX.* 5) Lontarus silvestris, *Lontar-utan c. X.* 6) Lontarus silvestris altera, *Ibur dicta c. XI.* 7) Palma indica vinaria secunda, *Saguerus sive Gomutus, Gomuto c. XII. XIII.* 8) Saguaster maior, *Nibun Besaar c. XIV.* 9) Saguaster minor, *Nibun Kitsjil c. XV.* 10) Nypa *c. XVI.* 11) Sagus, *s. Palma farinaria, Sagu c. XVII. XVIII.* 12) Sagus filaris, *Hakum et Hakur c. XIX.* 13) Olus calappoides, *Sajor calappa, cui accedit* arbor calappoides Sinensis *c. XX. De his autem pauca tantum referimus. N. 1. est palma nucifera minor, Arabibus* Faufel *dicta, cuius describuntur 3. species et 4. varietates, item 2. Pinangitae seu exigua producta lapidea. Huius arboris fructus cum plantae* Siri *dictae folio et calce viva praebet decantatam illam pastam, quam mares et feminae, adulti et pueri, (novitii, uti a tabaci suctione, non sine temulentiae sensatione) quotidie masticare consueverunt per totam Indiam, potissimum ad gratum halitui odorem et dentibus ruborem (quem Indi, uti Europaei albedinem, pro ornamento habent) conciliandum, de quibus aliisque usibus valde prolixus est A. c. VI. Lignum ac folia n. 2. 3. (quae sunt Corypbae Linn. species) ad usus domesticos potissimum adhibentur. N. 4. inter palmas viniferas excellit: distinguitur in feminam et marem. Illa pariter profert fructus seu coccos, sed minores et rotundiores, eundem ferme usum, ac cocci Calappae, praebentes; mas iulos tantum floriferos gerit. Ex feminae racemo colligitur potus eodem modo ac ex Calappa, qui coctus transit in saccharum illud rubrum arboreum, Jageram proprie dictam. Ex mare collectus succus medico tantum inservit usui in contabescentibus egregio. Ex n. 5. similis elicitur potus, sed vilior, ex quo in insulis Philippinis etiam excoquunt saccharum rubrum; n. 6. vero nullum praebet potum: Lontarus est* Borassus *Linn.* Borussus *Burm. N. 7. vera Palma est vinifera,* Chamaerops *Burm. et Linn., cuius praecipuum donum est potus seu vinum saporis ac coloris perfecte instar musti recentis, quod satis copiose ex racemo femineo elicitur, cuius colligendi et ad potum aptandi modus fusius describitur, et simul usus salubris ac noxius notatur c. XIII., et tab. XIII. succi collectio peculiari figura illustratur. Ex hoc succo paratur porro acetum vulgare. In Java et Baleya ex eodem, ad potandum minus idoneo, praecipue praeparant saccharum dictum nigrum, Sinenses vero destillatores inde parant Arak seu spiritum. N. 8. et 9. sunt species* Caryotae *B. et L. quarum lignum praecipue ad usus oeconomicos inservit. Ex Palma n. 10. pariter colligitur succus albus clarusque, sed minus salubris, qui ad destillationem Arak seu spiritus debilioris adhibetur. Praeter vinum seu succum, qui ex n. 4. 5. 7. et 10. in multiplices usus colligitur, n. 5. 6. 7. 8. alium porro usum praestant nobilem: Ex trunci namque medulla colligere sciunt indigenae, frumento carentes, farinam ad panem quotidianum pinsendum aptam, ex una tamen specie nobiliorem, ex altera viliorem et minus grati saporis, nobilissimam autem et copiosissimam ex n. 11. cuius 4. species describuntur et farinae collectionis modus ususque fusius exponitur, quibus addimus, BVRMANNVM in obs. p. 78. et 91. plures adhuc indicare palmas fariniferas. Haec omnia aliaque quum iam prolixius in* Commerc. litt. Norimb. *a. 1744. p. 241. seqq. recensuimus, hic breviores esse possumus; hoc autem adhuc notamus, ex eadem farina, in Borneo praesertim, formari exiguos globulos, qui ad exteros magna copia deferuntur et apud nos quoque iam ab aliquot annis nomine Sagu satis noti facti et in usum culinarem vocati sunt, de quibus iterum plura iam tradidimus in Commerc. cit. p. 253. quibuscum etiam conferri merentur, quae cl. MOEHRINGIVS ibid. p. 390. seqq. adiecit. Palma, quae n. 12. sequitur, ob lignum durissimum ad asseres conficiendos aptum, et fila, quae ex eius foliis tenuioribus parantur, celebris est, ut et alia, quae eodem capite p. 85. nomine* Bissulae *describitur, alius quidem formae, sed pariter ad fila, et quidem tenuissima, ex foliis paranda utilissima. Palmam denique n. 13. A. comparat quidem cum filicibus arborescentibus, sed a B. in tab. XX-XXIII. expositione ea appellatur* Cycas, *quod nomen L. quoque Gen. pl. edit. V. n. 1087. inter palmarum genera recenset, licet absque characteris definitione. Marem et feminam illam dicunt alii, et mari tribuunt fructum ex trunci vertice procrescentem, Ananasae fructui simillimum, si excipias coronam foliaceam, qua hic caret; odorem quoque spirat aromaticum, sed saporem instar nucum avellanarum exhibet; feminae autem adscribunt nuces ex racemis procrescentes. Vtrumque fructum tab. XX-XXIII. repraesentat. Haec solius palmarum familiae recensio, utut maxime contracta, satis declarat, quot momenta notatu digna contineat hoc opus. Ex*

reliquis

reliquis libris plura, quam nonnullarum stirpium, ob usum medicum aliumve insigniorem diu iam celebratarum, sola nomina indicare, spatium pariter ac scopus haud permittit. Describuntur autem atque figuris illustrantur L. 2. c. 1. 2. Caryophyllus aromaticus, c. 3. eius varietas, caryophyllus regius dicta, et c. 4. species silvestris. C. 5. 6. 7. Nux Myristica femina s. Moschata, c. 8. Nux Myristica mas et c. 9. 10. quinque aliae silvestres species. C. 11. Agallochum lignum, sed sine icone. C. 16. Sandalum album et citrinum, c. 17. rubrum, c. 18. Pseudo-Sandalum. C. 20. Cortex caryophylloides s. Culitlavvan, Lauri species Burm. C. 25. 26. Caju Puti Myrti species duae: ex foliis alterius per macerationem et destillationem extrahitur oleum tenue, pellucidum ac subtile, sed pauca tantum quantitate, ita, ut ex duobus saccis, his foliis impletis, vix tres olei istius drachmae eliciantur, quod fortissimum Cardamomi spirat odorem, sensim autem iucundius est, sed facillime avolat. Huius olei binae guttae cum cerevisia vel vino propinatae sudores excitant vehementes, cui fini apta medicamenta India exhibet perpauca C. 30. Cassia fistula vera, 31. silvestris. C. 32. Tamarindus. C. 33. Malus punica. C. 44. 45. duae Iuiubae s. Zizyphi species. C. 46. Lignum colubrinum. L. 3. c. 41. Adnotatio ad Guttam cambodjae, cambogium et gummi guttam aliis dictam, sine ic. C. 42. Adnotatio ad sanguinem draconis eiusque species, sine ic. L. 6. c. 20. Cyprus verus antiquorum, Albenna s. Henna Arab. Alcanna Rauvv. C. 21. 22. duae Viticis species. L. 7. c. 23 - 25. Piperis longi, s. Saururi species 4. et c. 26. Piper caninum. C. 29. ex Auctuario Palmiiuncus Draco. Rottan djernang, cuius fructus praebet gummi, quod verus est sanguis draconis, qui in Europam defertur, cuiusque species viliores ex eodem fructu praeparantur, de quibus B. in obs. p. 119. plures indicat auctores. L. 8. c. 1 - 7. Musa s. Pissang eiusque species atque varietates: illas ad tres redigi posse, has autem innumeras ferme esse asseritur, quarum 16. recensentur. C. 9. Galanga maior et minor cum maioris figura. C. 10. Zingiberis silvestris species. C. 12. Cardamomum minus. C. 13. Zingiberis silvestris alia species. C. 14. Zingiber maius s. nobile, vulgo femina, Amomum Linn. C. 15. Zingiber minus. C. 16. Curcuma. C. 17. Zerumbed, Curcumae species, ubi etiam de Zedoariae speciebus sermo est. C. 18. Zerumbed alia species. C. 21. Galanga Malaccensis vilioris usus. C. 23. Acorus s. Calamus aromaticus ab Europaeo parum differens. C. 24. Schoenanthus Amboinicus. C. 26. Arundo saccharifera vera et Rottanga. C. 41. Ananasa, s. Nanas. C. 51. Mirabilis s. Jalapa offic. C 54. Artemisia latifolia, ex qua desumitur famosa Sinensium ac Japanensium Moxa. C. 62. Aloe Americana. L. 9. c. 1. Piperis longi alia species, ex qua Piper nigrum officinarum, ubi simul docetur, Piper album offic. ab eo non differre, nisi maturitatis gradu maiore et accedente praeparatione. C. 2. Siri folium, quae planta piperis plantae maxime adfinis veraque Saururi species dicitur, et cuius folium, quod vulgo etiam Betele appellatur, celeberrimum illum praebet usum in arecae masticatione supra L. 1. c. 5. iam indicatum. P. 337. simul docet differentiam inter hoc et illud folium, quod vulgo folium Indum et Malabathrum vocatur. C. 3 - 6. quinque exponuntur aliae Siri s. Saururi species. L. 11. c. 35. A B Cdaria, Daun lada, de qua in tab. 65. explicatione haec: sine dubio celeberrimae Acmellae Zeylanensium species, ni eadem forte sit planta, diverso loco natali parum differens etc. C. 39 continet adnotationem in Rhabarbarum. Quum haec planta in Amboina ac forte in tota India sit ignota, eam A. nec depinxit nec descripsit, sed illa tantum attulit, quae de rhabarbaro in Sina crescente ex Sinensium relationibus edoctus fuit. quibus addit, quae compertus est de Rhabarbaro in aliis quoque regionibus proveniente. C. 57. describuntur niduli esculenti, quorum ut et aviculae eosdem struentis icones tab. 75. sistuntur Ex Auctuario haec pauca tantum addimus. C. 37. describit et depingit Radicem Mustelae, Reiz de Mongo, quae distinguitur in albam et rubram, ex quibus illa huic praefertur. Nomen accepit ab animalculo Mustelae simili, quod a serpentibus (cum quibus perpetuo pugnat) sauciatum ex esu foliorum huius stirpis antidotum quaerit ac impetrat. Bengalenses et Malabarenses docent, hanc radicem praestans esse antidotum contra quodvis adsumtum venenum. Eidem plures aliae adscribuntur virtutes. Ipsum animalculum, Moncus dictum, fusius describitur c. 83. et t. 62. f. 2. 3. delineatur. Cum huius animalculi atque radicis historia conferri meretur Mungos animalculum et radix descripta ab Ill. MICH. FR. LOCHNERO, Norimb. 1715. 4to, quae disquisitio etiam inserta reperitur Acad. Caes. N. C. Eph. Cent. III. et IV. app. p. 57. seqq. C. 56 agit de celebri radice Sinica, Ginseng et Som dicta, quantum A. ex Sinensium relatione detegere potuit. Plantam ipsam haud vidit, sed talem describit, qualem accepit a Sinensi quodam, qui prae se ferebat esse Sinensis medicus. Deinde addit, quae ex Herbario Sinensi, quod Caesari SINNONG adscribitur, excerpsit, quaeque agunt de plantae huius forma, speciebus quinque secundum radicum differentias, et de collectionis modo, de quibus addit, interpretationem, quam MENZELIUS in Ephem. Germ. a. 1686. obs. 29. exhibuit, aliter quidem locatam esse, sed sensu vix vel non differre. Haec excipiunt quaedam ex MARTINI Atl. Sinensi et plura adduntur de huius pretiosissimae radicis patria atque viribus, quae collegit ex veteri quodam manuscripto quod mercatores Batavi vel Portugalli in Sina ex relatu indigenarum composuerunt. Figuram, quam tab 21. sistit, depingendam curavit BURM. iuxta exemplar, quod supra laudatus WITSENIUS in ipsa Sina depingi iussit, quaeque satis respondet descriptioni Rumphianae. Huic valde similem imaginem, sed unius tantum rami florentis et sine radice, ex eiusdem WITSENII communicatione dudum iam publicavit celeberr. D. D. JO. PHIL. BREYNIUS in sua dissert. inaug. de radice Gin - Sem seu Nisi etc. Lugd. B. 1700. ventilata et Ged. 1739. cum Parentis JAC. BREYNII Prodr. Fasc. rar. plant. I. et II. recusa. C. 82. annotat quaedam de arbore camphorifera. Quae de China radice sub finem addita sunt, supra iam indicavimus. Ceterum quum hoc opus multa continet, quae nonnullis, si non fabulosa et incredibilia, maxime tamen dubia videri possent, A. ipse priori praefationi brevem attexuit quasi apologiam, quae, quum simul primaria eiusmodi momenta indicat, et brevis est, hic locum adhuc meretur. In genere A. monet, se data opera haec adposuisse, non ut illis fidem conciliaret vel lectoribus credenda obtruderet, sed quod sub talibus fabulis et narratiunculis semper aliquid veri occaltaeque naturae qualitates lateant reconditae etc. sibi vero occasionem tempusque defuisse, quo minus omnia usque ab origine sua indagaret. Addit, pro mendaciis autem habenda non esse, quae primo intuitu incredibilia videntur, quaeque naturae Europaearum plantarum repugnant: se ipsum enim plurimis illorum fidem denegasse, donec saepius et diligentius illa inquisiverit eorumque caussas exploraverit vel ab aliis edoctus fuerit. Referuntur deinde huc 1) Arbores, in quarum ligno et fructibus naturales et veri crescunt lapilli seu dendritae, uti in Calappa L. 1. c. 3. 2) Fructus et flores, qui in saxa degenerant pristinamque fere retinent speciem, uti sunt fructus arboris Vernicis s. Caju Sanga L. 3. c. 44. et Bonga Manoor L. 7 c. 27. 3) Arbores, quarum folia in viventia mutantur animalia, uti Cicadaria L. 5. c. 54. 4) Arbores, quarum fructus non in ramis, sed ex truncis, immo et ipsis excrescunt radicibus, uti Nanca L. 1. c. 25. et Blimbingum te es c. 31. 5) Frutices, quorum folia in apice filum gerunt extensum cum adpenso quasi fructu cantharis simili, uti Cantharifera herba L. 7. c. 61. 6) Frutices, quorum folia viridem tantum emittunt succum, qui tamen manus et ungues rubro tingit colore inexpungendo, uti Alcanna L. 6. c. 20. 7) Plantae, quarum folia tribus diversis sunt formis notata, uti Sesamum Indicum L. 8. c. 33. 8) Arbores, quae ex ramis radices in terram emittunt, uti Mangi Mangi L. 4. c. 61. et Varingae L. 5. c. 1. sequ. 9) Frutices, qui loco trunci, crasso, lignoso et sinuoso fune seu flagello per terram prorepunt vel arbores conscen-

scendunt, quales L. 7. plerumque describuntur etc. 10) *Plantae floresque, qui sine notabili semine aliis semper increscunt arboribus, nec unquam ex ipsa progerminant terra, uti L.* 11. *cunctae sunt Angraecae (Epidendri L.) species.* 11) *Plantae, quae picta quasi et variegata gerunt folia, ita, ut totus frutex florifer videatur, uti sunt Codiho Daun, Prada et Maiana aurea L.* 8. *c.* 76. 12) *Plantae, quae aquis innatant vegetantque, licet earum radices nullo modo terram tangant, uti Kiamban L.* 11. *c.* 53. 13) *Plantae, quae mixtam gerunt naturam ex ligno et lapide, uti cuncta sunt Lithophyta L.* 12. 14) *Res fabulosae nec satis exploratae plurimum versantur circa Lignum longaevitatis, s. nigrum Lagondi L.* 6. *c.* 23.; *circa flores argenteos et aureos Balyensis Varingae L.* 5. *c.* 1. *et circa arborem, quae genuinum praebet Calambacum, quod lignum Paradisi vulgo vocatur, quae noctu lucescit etc. L.* 2. *c.* 11; *circa Sinensem porro arborem Gondong L.* 3. *c.* 33. *etc. Huc denique adhuc pertinent, quae A. in praef. posterieri addidit, scil. et flores et folia unius eiusdemque stirpis variare posse in variis regionibus, quod exemplo foliorum Lagondae (Lagondii s. Viticis) L.* 6. *c.* 21. *nunc dentatorum, nunc integrorum probat.*

Qui hunc hortum Amboinensem et illum Malabaricum attentus pervolvit, facile deprehendit, quantam copiam utraque contineat stirpium exoticarum, quae tum varia miraque vegetatione sua Creatoris summam sapientiam et omnipotentiam; tum victus et amictus aeque ac medicationis subsidiorum, omni indigenarum indigentiae succurrentium, largissima suppeditatione eiusdem providentiam optimam celebrant. Ceterum notatu maxime dignum est, orbem eruditum tot tantosque hos divitiarum suarum accessus debere viris, non litterarum culturae, sed rerum bellicarum et mercaturae administrationi addictis.

Walth. Cat. 1. Plantarum exoticarum indigenarumque index tripartitus. Conquisivit eas hoc atque praeterito anno, et partim propagavit hortoque privato in repetitionis proprium et amicorum usum omnes digessit ac porro colit AVGVSTINVS FRIEDER. WALTHERVS. Lipsiae 1733. Litteris Io. Chr. Langenhemii. 8. *mai. pagg.* 80.

2. Designatio plantarum, quas Hortus AVGVST. FRID. WALTHERI, Pathologiae Professoris Lipsiensis, complectitur. Accedunt novae plantarum icones XXIV. Lipsiae 1735. apud Jo. Fr. Gleditschii b. filium 8. *mai. pagg.* 172. *Praef. pagg.* 2.

Prior catalogus 1500 *circiter recenset plantarum species, quae vel in testis, vel extra eas colebantur et vel perennes biennesque, vel tantum annuae sunt, secundum quam distinctionem hic catalogus ordine alphabetico conscriptus est, omnino in proprium tantum usum: nomina enim inveniuntur tantum trivialia, atque haec rarissime auctoris citatione extra dubium posita. Pag. ult. quaedam de Thlaspi Mechlinensis et Myagri sativi silicularum forma annotantur. Hunc multum superat alter catalogus, tum stirpium numero et raritate, tum nominum selectu, ceterum eodem ordine digestus. Numerus ad* 2600 *ferme auctus est. Nomina, monente praefatione, ex sedula collatione figurarum, quas probati auctores, semper notati, exhibuerunt, selecta, nonnulla tamen synonyma et signa ex BOERHAVII Indice H. L. Bat. atque DILLENI H. Elth. addita esse. Icones, quas satis artificiose sculptas A. adiecit, pertinent ad plantas vel noviter detectas, aut dubias, vel alias, quarum figurae desiderantur aut rarius apud botanicos scriptores occurrunt. Earum plurimae carent flore et fructu, et ubi additi sunt, minus distincti, vel saltem sine analysi repraesentantur. De Henna Arabum t. IV. sigillatim notamus, eam secundum ramulum siccatum cum flore et fructu delineatam esse. Haec icon respondet illi Herb. Amb. supra citatae, si excipias floris petala* 4, *quorum* 5. *Rumphiana figura sistit; sed eiusdem A. descriptio pariter nonnisi* 4. *mentionem facit, quod BVRM. in obs. addita iam monuit.*

N O T A E

ad aliquos libros hactenus recensitos pertinentes.

Dalib. *Addantur: tabb. aen.* 4. *Tab. I. delineat folia simplicia, II. composita ad normam ex LINNAEI H. Cliff. mutuatam. Tab. III. repraesentat floris fructusque partes et IV. sexus organa, horumque coniunctionem et separationem variam, secundum tabulam Linn. Pl. Gen. edit. II. prifixam.*

H. Malab. *Sub finem recensionis huius operis p.* 61. *mentionem fecimus Horti Malabarici quatuor ultimorum tomorum non dum typis excusorum, de quibus nos certiores reddidit ibidem laudatus PREISLERVS ex litteris* 1752. *Roma acceptis. Non intermisimus equidem interea, pleniorem de his posthumis operibus informationem acquirere, et propterea eundem exoravimus, ut amici sui ulteriori opera unius vel alterius picturae eiusque descriptionis exemplar, nostris sumtibus secundum autographum comparandum, nobis procuraret; sed eheu! frustra: monachi enim coenobii ad S. Pancratium, ubi haec opera asservantur, neutrum concedebant, vane persuasi, hoc opus inde multum de pretio suo amissurum esse. Quum vero noster amicus officiosissimus a.* 1756. *urgeret, ut sibi saltem permitterent, hoc opus adspicere atque perlustrare, praeter omnem expectationem et contra priorem relationem acceptam deprehendit omnes figuras non pictas sed penna tantum delineatas et maximam partem haud penitus absolutas: textus seu commentarius reperiri haud poterat et forsan plane deficit. Haud sine ratione ergo suspicio oritur, an opus hoc (quod* 500. *scutis aureis aestimant possessores) aliud sit, quam illud ipsum imperfectum P. de S. IOSEPHO, cuius Generosiss. D. van REEDE in praefatione iam citata mentionem fecit.*

Linn. Fl. Lapp. *In huius operis recensione indicatus fuit RVDBECKII Lapponiae illustratae tomus primus. Quum interea hoc ipsum opus ad manus nostras pervenit, haud supervacaneum erit,* eius *contenta hic commemorare. Titulus eius plenus hic est: OLAI RVDBECKII, filii, Nora Samolad, sive Laponia illustrata et iter per Uplandiam, Gestriciam, Helsingiam, Medelpadiam, Angermanniam, Bothniam, tam occidentalem et huic annexam Laponiam Lulensem, quam septentrionalem cum Laponia Torniensi, et Orientalem, item Finlandiam, Alandiam etc. Adcurate exponens singularum quidem regionum situm, et incolarum ingenium, inprimis autem Laponum cum habitum corporis, tum animi indolem, quin et religionem, mores, linguam, conversandi rationem, primamque originem; atque simul tradens animalium, herbarum et minerarum diversitatem, montium quoque et sylvarum, lacuum, paludum, fluviorum atque cataractarum naturam et amoenitatem; Nec non pro re nata, quae ex antiquitatibus eruditioneque reliqua elegantiore scitu iucunda sunt nec prorsus indigna, subinde inspergens. Opus certis libris partibusque distinctum. Cui ad calcem Glossarium Laponicum accedit, cum inscriptione: Lapo hebraizans in Septentrione. Figuris aeneis ligneisque undique ornatum et propriis impensis editum Vpsaliae a.* 1701. 4to. *pagg.* 79. *tit. dedic. praef. pagg.* 18. *tab. aen.* 1. *ligno excisae* 2. *Libri huius Suecica et Latina lingua, paginis aversis impressa, conscripti titulum, licet satis prolixum, exhibuimus plenum, quia indicat omnia ac singula argumenta huic operi destinata, postea vero, ut supra iam relatum est, tristi fato perdita. Haec exigua ergo pars I. prodromum tantum quasi constituit maioris operis, et plura non continet, quam relationem itineris in Vplandiam usque, qua occasione A. p.* 9. *sequ.* 43. *nominat tantum stirpes, quae fructibus suis incolas potissimum reficiunt, ex quibus singulares sunt* 1) *Rubus humilis fragariae folio, fructu rubro.* 2) *Rubus humilis palustris fructu ex rubro flavescente.* 4) *major fr. spadiceo.* 8) *Vitis vinifera, Ribes sylvestris dicta, fr. rubro.* 13) *Vitis, Ribes saxatilis fructu umbellato.* 14) *Vitis sylvestris longe lateque repens: Labrusca.* 15) *Vitis idaea repens, fr. racemoso magno nigerrimo,* 19) *semper virens fructu albo,* 20) *palustris fruticosa fr. magno.* 26) *Herba Paris flore magno polycoccos edulis.* 30) *Cynosbatos pomifera maior,* 31) *minor fr. globoso minimo,* 32) *minor fr. maximo pyriformi. Accedunt* 35) *Juniperus Alpina folio crassiore latioreque. Sub finem addita est imago, ligno artificiose exsculpta plantae, quae ab A. vocatur Sceptrum Carolinum, cuius altera icon repraesentat totam plantam cum floribus, foliis, atque radice, altera thyrsum fructiferum, omnia in magnitudine naturali. Nulla eius fit mentio, nisi in dedicatione Regi CAROLO XII. inscripta, ubi apparet, illam ab A. in Lulia primum inventam esse. Est autem Sceptrum Carolinum Rudbekii Linn. Fl. Lapp. n.* 243. *ubi t. IV. thyrsi floriferi, floris separati, capsulae seminalis, seminis et folii radicalis accuratior figura sistitur; est vero etiam Pedicularis caule simplici, floribus terno-verticillatis, corollis clausis, calycibus crenatis, capsulis regularibus Linn. Fl. Suec. n.* 506. *edit. II. n.* 553. *Spec. Pl. p.* 608. *n.* 4. *His locis cit. reperitur exacta huius plantae speciosissimae descriptio, et plures indicantur aliarum regionum loci natales. Reliqua huius libri (qui praeterea frontispicio et mappa geographica aeri incisis nec non avis, quam Jyngem vocant, figura ligno excisa ornatus est) ad geographica et philologica pertinent. Accessit fasciculus vocum Lapo-Hebraicarum cum epistola ad IO. WALLISIVM Acad. Oxon. Professorem* 1703. *data pagg.* 12.

Catalogus IVtus in praefatione promissus urgente necessitate alii D. V. occasioni reservatur.

TABV-

CENTVRIA II.

TABVLARVM EXPLICATIO.

Erklärung der Kupfer-Platten.

TAB. 101. *Lat.* Persica Malus. *Germ.* Pfersichbaum. *Gr.* Περσικὰ μῆλα, Ροδάκινα. *Angl.* The Peach Tree. *Hisp.* ☉ Pexegos. *Ital.* Pesche, Persiche. *Gall.* Pesches, Pecher. *Belg.* Persick Boom.

1. Hæc arbor nostris in regionibus non admodum crassos producit truncos, folia obscure viridi, flores vero pulchro, subrubente caryophyllaeo colore insigniuntur.

2. In hortis colitur, mense Maio flores, fructus autem Augusto maturescunt.

3. Flores aperiunt & purgant, infantibus inprimis exhibentur, ad crudos humores educendos, vermesque enecandos. Fructus refrigerantem & humectantem habet virtutem, palato arridet, facile vero putrescit & diarrhoeas movet.

1. Dieser Baum wird hier zu Lande nicht allzudick, die Blätter sind dunkelgrün, die Blume aber von einer feinen röthlichen Nelkenfarbe.

2. Man pflanzet ihn in Gärten, er blühet im May, und die Früchte zeitigen im August.

3. Die Blumen eröffnen und purgiren: man giebt sie hauptsächlich den Kindern, die Feuchtigkeiten abzuführen und die Würmer zu tödten. Die Frucht ist kühlend und anfeuchtend, dem Munde sehr angenehm, gehet aber sehr leicht in die Fäulung und verursachet Durchfälle.

4. NOM. GEN. Persica malus *Rai. Meth. 149. Hist. II. 1514. Magnol. Car. 320.* Persica *Tourn. 624. Heuch. Ind. 19. Rupp. 134. Boerh. II. 243. Kram. 138. Heist. Syst. 15. Ludvv. no. 597.* Amygdalus *Linn. G. no. 473. Roy. 267. Wachend. 96.*

5. NOM. SPEC. Persica *Ruell. 221. Caesalp. 49. Camer. Epit. 144.* Persica malus *Lob. ic. 139.* Persica mala *Matth. 203.* Malus Persica *Fuchs. tab. 341. Dalech. I. 295. Dod. 796. J. B. I. 157. Rai. Hist. II. 1515.* Persica molli carne & vulgaris viridis & alba *C. B. Pin. 440. Tourn. 624. Boerh. II. 243. Rupp. 134.* Persica fructu interne rubente maiore *Kram. 138.* Amygdalus foliorum serraturis omnibus acutis *Linn. H. Cliff. 186. Vps. 123. Roy. 267. Wachend. 96.*

Nota. *Fig. I. II.* nec non *8. & 10.* ad Exemplar Blackwellianum exaratæ, reliquæ vero additæ fuerunt. Sistuntur hic *Fig. I.* ramus cum floribus, quorum magnitudo cum icone convenit, quam CAMERARIVS l. c. 145. exhibet, & *Persicam rubram* appellat. *Fig. II.* ramus cum foliis & fructu. *Fig. III.* alius ramus floribus quoque ornatus, quorum vero petala prioribus sunt minora & accedunt ad CAMERARII à tetam iconem 144. Floris fructusque partes hisce delineantur figuris. *Fig.* 1. flos apertus in magnitudine naturali. *Fig. 2.* flos ex parte clausus, *a.* calix hic a tergo. *Fig.* 3. *a.* calix expansus in nexu cum petalis *b.* *Fig.* 4. *b.* petala, c. stamina. Calicis centrum occupat ovarium *e*, ex quo erigitur stylus simplex, stamina superans, & stigmate orbiculari *d.* insignitus. *Fig. IV.* 5. 6. fructus integer, 7. dissectus, 8. 9. nux à molli putamine liberata, 10. nucleus ipse denudatus. LINNAEVS Persicam ad Amygdalum refert, a qua modo pulpa molli & succulenta secundum eum differt, ita, ut in H. Cliff. 186. Persicam non maturam Amygdalum esse affirmet. Fructus magnitudine, colore, figura & sapore variant, hinc tot spuriæ huius generis species.

Anm. Fig. I. II. wie auch 8. und 10. sind nach dem Blackwellischen Exemplar, die übrigen aber alle nach der Natur abgemahlet worden. Es stellet Fig. I. einen Ast mit Blumen vor, deren Gröse mit derjenigen Figur überein kommt, welche CAMERARIVS l. c. 145. unter den Nahmen Persica rubra gegeben. Fig. II. zeiget einen Ast mit Blättern und Frucht. Fig. III. ist ein anderer Ast, ebenfalls mit Blumen gezieret, in welchen aber die petala kleiner sind als in der vorigen, und kommen derjenigen Zeichung sehr nahe, welche man in der andern Figur des CAMERARII. 144. findet. Die Theile der Blume und der Frucht werden durch die übrigen Figuren vorgestellet. Fig. 1. die aufgeblühte Blume in ihrer natürlichen Grösse. Fig. 2. eine noch etwas zugeschlossene Blume, woselbst a. den calicem von unten zeiget. Fig. 3. der ausgebreitete calix in der Verbindung mit den petalis b. Fig. 4. b. die petala, c. die stamina. In der Mitte des calicis siehet man das ovarium e. aus welchen ein einzelner, über die stamina hervorragender stylus mit einen runden stigmate d. entspringet. Fig. IV. 5. 6. ist die ganze, Fig. 7. aber die zerschnittene Frucht. Fig. 8. 9 die Nuß, wovon das weiche fleischichte Wesen weggenommen, Fig. 10. der Kern selbst, von der äuserlichen Schaalen losgemacht. LINNAEVS setzet den Pfersichbaum zu dem Mandelbaum, von welchen er seiner Meynung nach in Ansehung der Weiche und des saftigen Wesens der Frucht unterschieden ist, daß er daher die Frucht des Mandelbaums vor eine unreife Pfirsche hält. Die Früchte sind nach ihrer Grösse, Farbe, Figur und Geschmack unterschieden, daher auch so viele falsche Arten von diesen Geschlechte entstanden.

TAB. 102. *Lat.* Baccharis Monspeliensium, Conyza maior vulgaris. *Germ.* gemeine Dürrwurz. *Gr.* Κόνυζα. ♱. ☉. *Angl.* Plowmans, Spikenard, Great Conysa. *Hisp.* Attadegua. *Ital.* Conyza, Pulicaria. *Gall.* Conise, Herbe aux Puces. *Batav.* Geelmunk.

1. Caulis ad altitudinem trium pedum assurgit, folia obscure virent, flores sunt lutei.

2. Crescit in collibus macris in primis in cretaceis, & mense Julio flores fert.

3. A non nullis ut egregia vulneraria planta extollitur, eamque collisis, contusis, fractis partibus, nec non internis vulneribus, pleuritidi & difficultati spirandi mederi affirmant.

1. Der Stengel wächst bis 3. Fuß hoch, die Blätter sind dunkelgrün, die Blumen gelb.

2. Es wächst auf dürren und besonders kreydigten Hügeln, und blühet im Julio.

3. Einige rühmen es als ein gutes Wundkraut, zu Quetschungen, Contusionen, Brüchen, innerlichen Wunden, Seitenstechen und schweren Odem.

4. NOM. GEN. Baccharis *Rai. Meth.* 34. *Hist. I.* 292. *Syn.* 179. *Magnol. Car.* 138. *Dill.* 149. *Heuch. Ind.* 46. Conyza *Tourn.* 454. *Boerh. I.* 116. *Vaill. Act.* 1719. *p.* 394. *Pont. Diss.* 156. *Rupp.* 192. *Heist. Syst.* 7. *Linn. Gen. no.* 780. *Roy.* 157. *Kram.* 69. *Hall.* 704. *Ludvv. n.* 306. *Wachend.* 217. *Seguier. II.* 167.

5. NOM. SPEC. Baccharis Monspeliensium *Lob. Ic. I.* 574. *Parkins.* 114 *Ger. Em.* 792. *Rai. Hist. I.* 292. *Syn.* 179. *Magnol. Car.* 138. *Dill.* 149. Baccharis Monspeliensium, Conyza maior Matthioli *Dalech. I.* 917. Eupatorium montanum Verbasci folio, vulgatius Baccharis dictum *Moris. III.* 99. *S. VII. T.* 19. *F.* 23. Conyza *Camer. Epit.* 612. Conyza maior *Gesn. H.* 255. *Matth.* 629. Conyza maior altera *Dod.* 51. Conyza maior vulgaris *C. B. pin.* 265. *Tourn.* 454. *Boerh. I.* 116, *Vaill. Act.* 1719. *p.* 391. *Paris.* 40. *Pont. Diss.* 156. *Rupp.* 192. *Seguier II.* 168. Conyza Matthioli, Baccharis Monspeliensium *Clus. Hist. XXI.* Conyza maior Matthioli, Baccharis quibusdam *J. B. II.* 1051. Conyza foliis lanceolatis, acutis, caule annuo corymboso *Linn. H. Cliff.* 405. *Vps.* 257. *Roy.* 157. *Wachend.* 217. *Guettard. II.* 343. *Dalib.* 255. Conyza foliis ovato lanceolatis, floribus laxe umbellatis *Hall.* 704.

Nota. Fig. 1. 6. 9. 10. ad Blackvvellianum, reliquae ad naturae exemplar factae sunt. Radix plantae est fibrosa, crassa *Fig.* 10. Folia radicalia et inferiora caulis longe sunt petiolata, ut ex *Fig.* 9. patet, superiora vero sessilia. Omnia sunt ovato-oblonga, alternatim posita, molli lanugine pubesceotia, et in ambitu crenata. Licet enim omnes fere botanici folia, nullis serraturis conspicua, iconibus suis exhibeant, saepius tamen inspecta planta eas adesse docuit, ut MORISONVS l. c. iamiam annotavit, quamvis in icone alia ratione expresserit. Flores in summis ramulis plures, qui ex multis flosculis tubulosis, dense stipatis, ut apparet *Fig.* 2. *b*, et calice cylindrico, squamoso *a*. componuntur. Squamae ipsae sunt reflexae. Flos perfectus separatus sistitur *Fig.* 3. naturali magnitudine, aucta vero *Fig.* 4. in qua *c.* flosculum tubulosum quinquifidum, *d.* stylum duplici stigmate insignitum, *f.* ovarium a latere, pilis pluribus *e.* quasi coronatum designat. Praeter hos vero flosculos perfectos, adsunt & alii feminini nudi. Calix persistens & magis apertus *Fig.* 5. includit semina plurima papposa. *Fig.* 6. 7. eiusmodi semen separatim in naturali & *Fig.* 8. in aucta magnitudine exhibet, ubi *h.* semen sulcatum, *g.* vero pappum indicat. Planta ut plurimum est biennis.

Anm. Fig. 1 6. 9. 10. sind nach dem Blackwellischen Muster, die übrigen nach der Natur gemahlet. Die Wurtzel dieser Pflanze Fig. 10. bestehet aus starcken Fasern. Die Blätter der Wurzel und die untersten des Stengels sind mit langen Stielen begabet, wie aus Fig. 9. zu sehen, die obersten aber hangen ohne Stiel an den Stengel. Sie sind alle länglich, wechselsweise gesetzet, mit einem weichen wollichten Wesen überzogen und im Umfange etwas eingeschnitten. Denn obgleich fast alle Kräuterkenner die Blätter ohne alle Einschnitte abbilden, so haben wir doch bey öftern Untersuchen der Pflanze selbige beobachtet, wie auch allbereit MORISONVS l. c. angemercket, ob er es schon in seinem Kupffer anders ausgedrücket. Auf den Aesten sind viele kleine Blumen, welche aus vielen dick zusammen gepresten Blümgen Fig. 2. b. und aus einem cilindrischen schuppigten calice a, dessen Schuppen zurrück gebogen sind, bestehen. Eine vollkommene Blume zeiget die Fig. 3. in ihren natürlichen Zustande, Fig. 4. aber nach der Vergrösserung, woselbst c. das dütenförmige fünfmahl eingeschnittene Blümgen, d. den stylum mit dem doppelten stigmate, f. das ovarium, welches auf der Seite mit Haaren e. besetzet ist, vorstellet. Auser diesen vollkommenen aber sind noch weibliche nackende Blümgen zugegen. Der Calix, welcher stehen bleibet, und sich mehr öfnet, enthält viele Saamen, so mit einem pappo gezieret sind. Einen solchen Saamen stellet in seiner natürlichen Grösse vor Fig. 6. 7. vergrössert aber Fig. 8. an welcher h. den gestreiften Saamen, g. aber den pappum anzeiget. Diese Pflanze dauert meistentheils 2. Jahre.

TAB. 103. *Lat.* Conyza, Pulicaria. *Germ.* kleine Dürrwurz, Ruhrkraut. *Gr.* Κονίζα μικρά. *Angl.* Flea-bone. ⊙ *Hisp.* Attadegua menore. *Ital.* Conysa menore. *Gall.* Herbe aux puces. *Bat.* Geelmunk.

1. Caulis spithamae circiter altitudinem assequitur, folia gramineam ostendunt viriditatem, flores sunt lutei.

2. Reperitur in locis paludosis & ubi aqua per hyemem stagnavit, flores mense Augusto & Septembri ostendit.

3. Haec planta est Pulicaria LOBELII, (*Advers.* 145.) quae ideo hoc nomine insignita fuit, quod odore eius culices & pulices abiguntur atque necantur. PARKINSONVS atque GERARDVS Conyzam mediam hac ipsa praestantiorem esse contendunt. Nonnulli emplastrum, ex hac planta paratum, contra scabiem commendant.

1. Der Stengel steigt ohngefehr einer Spannen hoch, die Blätter sind grasgrün, die Blumen gelb.

2. Es wächst an feuchten Oertern und wo das Wasser dem Winter über gestanden hat, blühet im August und September.

3. Dieses ist die Pulicaria Lobelii, welche daher so genennet wird, weil sie durch ihren Geruch die Schnacken und Flöhe ausrottet. PARKINSON und GERARD halten die Conyzam mediam vor besser als diese. Einige rühmen die Salbe, welche aus dieser Pflanze gemacht wird, wider die Krätze.

4. NOM. GEN. Conyza *Rai. Meth.* 33. *Syn.* 174. *Hist. I.* 262. *Boerh. I.* 116. *Heist. III.* 8. *Linn. Gen. n.* 780. *H. Cliff.* 405. *Roy.* 157. *Ludvv. n.* 306. Helenium *Vaill. Act.* 1720. *p.* 393. Aster *Tourn.* 483. *Magnol. Car.* 121. *Rupp.* 181. *Dill.* 160. *Kram.* 84. *Hall.* 727. Erigeron *Linn. Fl. Svec. n.* 693. *Wachend.* 230.

5. NOM. SPEC. Conyza minor *Trag.* 166. *Camer. Epit.* 613. *Rai. Syn.* 174. *Hist. I.* 262. Conyza minima *Dod.* 52. *Dalech. I.* 1045. *Lob. Hist.* 187. *Ic. I.* 345. *Ger. Em.* 482. Conyza minor & maior flore globoso *C. B. pin.* 266. *Boerh. I.* 116. Conyzae mediae minor species flore vix radiato *J. B. II.* 1050. Conyza minor palustris flore globoso *Heist. III.* 8. Conyza ramis secundum flores gradatim enascentibus, foliis lanceolatis, obtusis *Linn. H. Cliff.* 405. *Roy.* 157. Chrysanthemum conyzoides palustre minus flore globoso *Moris. III.* 19. *S. VII. T.* 20. *F.* 30. Helenium pratense, annuum, foliis crispis *Vaill. Act.* 1720. p. 393. Aster palustris parvus flore globoso *Tourn.* 483. *Magnol. Car.* 122. *Rupp.* 181. *Vail. Par.* 17. *Dill.* 160. Aster parvo flore globoso *Kram.* 84. Aster caule ramosissimo, foliis crispis, floribus luteis, saepe nudis *Hall.* 727. Erigeron foliis undulatis, amplexicaulibus *Linn. Fl. Suec. n.* 693. *Wachend.* 230. *Guettard. II.* 355. *Dalib.* 255.

Nota. Anm.

Nota. Huius plantæ iconem Blackvvellianam, cùm minus accurata esset, integram hic exhibere noluimus, hinc modo ramulum eiusdem *Fig. I.* & radicem Fig. 9. nec non *Fig. I.* & 6. flosculum & semen dènuo exprimere curavimus. Perfectiores itaque & totius plantæ & partium eiusdem ipsi dedimus delineationem. Radix fibrosa *Fig.* 9. & 10. emittit caulem purpurascentem, foliis mollibus, amplexicaulibus; lanceolatis, ad marginem crispis vestitum, qui in ramulos multos dividitur, quibus flores luteo colore conspicui insident. Peculiaris vero florum dispositio est: ramuli enim, quorum fastigiis flores insistunt, medio caule altius assurgunt, & ita postnati flores supra primigenios eminent, quem characterem LINNAEVS H. Cliff. 405. verbis, ramis secundum flores gradatim enascentibus, exprimere voluit. Floris examen botanicorum ingenia multum vexavit. Exponamus itaque primum ipsas eius partes, prout delineatas dedimus, controversas vero auctorum sententias hisce subiungamus. Flos est compositus & habet calicem *Fig.* 2. *a.* squamosum, hirsutum, squamis dense congestis, imis parum vel vix reflexis. In hoc continentur flosculi duplicis faciei: qui radium occupant *Fig.* 2. *b*, sunt lingulati, disci vero sunt tubulosi *Fig.* 2. c. Separatum eiusmodi lingulatum flosculum aucta magnitudine exhibet *Fig.* 5, in qua *h.* corollam tridentatam, *i.* stylum, ex tubo huius emergentem & stigmate duplici instructum, *l.* ovarium pilis, qui flosculum circumstant, ornatum, designat. Disci flosculum tubulosum naturali magnitudine exprimit *Fig.* 3, qui *Fig.* 4. auctus conspicitur. Partes eius sunt sequentes; *d.* tubus quinquifidus, *e.* stylus in summitate bifidus, *f.* pili ovario *g.* insidentes. Semen maturum sistit naturali magnitudine *Fig.* 7. aucta vero *Fig.* 8. cum exiguis coronæ reliquiis. Genus huius plantæ difficile definitur. A LINNAEO *in H. Cliff. l. c.* & ROYENO *l. c.* ad Conyzam relata fuit; cum vero flosculi feminini non nudi sed corolla sint investiti, potius ad Erigeron illam pertinere, in *Flora Suec.* LINNAEVS & post eum plures existimarunt. Corolla vero pistillati floris cum in quibusdam speciebus, quæ a LINNAEO ad Erigeron relatæ fuerunt, sit brevissima & vix aliquando conspicua, utrumque genus optime coniungi posse, nobis videtur. HALLERVS ad Asterem refert, calix vero minus patens, squamulæ vix reflexæ, quæ tamen characterem Asteris eiusdem auctoris constituunt, & radius quoque obstant, quo minus ad hoc genus referri possit. Semina huius plantæ an solida sint, an papposa, auctores non consentiunt. RAIVS Hist. l. c. aliique semina non papposa esse asserunt. DILLENIVS quoque huic plantæ semina solida, & thalamum modo papposum adscribere, monet HALLERVS. Si vero DILLENII verba accuratius perpendimus, manifestum est, hanc minime eius esse sententiam: dicit enim l. c. semina quidem in pappum non abeunt, nec pappus etiam seminibus interspergitur, pappi tamen loco multi pili, ceu pappus brevis, seminibus insident, & flosculos circumstant. Repetito examine certior factus est TREWIVS, seminibus omnino nullos interspersos esse pilos, neque etiam illos, qui flosculos & semiflosculos ambiunt, tam longos & robustos, uti Blackvvelliana *Fig.* 6. eos repraesentat, nudo saltem oculo se sistere. Est autem seminis vertex coronatus exigua membranula denticulata, cui aliquot pili breves & tenuissimi inseruntur, qui in immaturo æque ac maturo semine facile, & quidem sigillatim, abscedunt; remanente semper corona denticulata. Ex his satis patet, quid de pappo huius plantæ statuendum sit.

Anm. Weil die Blackwellische Zeichnung dieser Pflantze nicht allzurichtig war, so haben wir dieselbe nicht gantz vorstellen wollen, sondern haben nur einen Ast davon Fig. I. und die Wurtzel Fig. 9. wie auch Fig. I. und 6. die Blumen und Saamen von neuen nachgemahlet. Wir haben daher eine vollkommnere Abbildung der Pflantze und ihre Theile gegeben. Die faserigte Wurzel Fig. 9. und 10. treibet einen purpurfarbenen Stengel hervor, welcher weiche Blätter hat, die ihn umfassen, spitzig zulauffen, und am Rande kraus sind. Er theilet sich in viele Aeste, auf welchen Blumen von gelber Farbe zu sehen. Bey den Blumen ist etwas besonders zu merken: denn die Aestgen auf welchen die Blumen sitzen, steigen höher in die höhe, als der mittelste Stengel, daß die spätern Blumen über diejenigen, welche zu erst hervor brechen, hervorragen, welches Kennzeichen LINNAEUS H. Cliff. 405. durch die Worte, ramis secundum flores gradatim enascentibus hat anzeigen wollen. Die Untersuchung der Blume hat den Kräuterkennern viel zu thun gemacht. Wir wollen also erstlich die Theile derselben, wie wir sie haben abzeichnen lassen, erklären, und hernach die streitigen Meynungen verschiedener Schriftsteller beyfügen. Die Blume ist zusammen gesetzt, und hat einen schuppichten und rauchen calicem Fig. 2. a. Die Schuppen stehen dicht beysammen, und die untersten sind sehr wenig oder fast gar nicht zurück gebogen. In diesem sind Blumen von zweyerley Art enthalten. Die am Rande stehen Fig. 2. b. sind breit, zungenförmig, die im Mitel sind dütenförmig Fig. 2. c. Ein einzelnes dergleichen zungenförmiges Blümlein ist vergrössert auf der 5ten Figur zu sehen, auf welcher h. die dreyzackigte corollam, i. den stylum, welcher aus der Röhre desselben hervorraget und ein doppelt stigma hat, l. das ovarium, welches mit Härgen, so die Blume umgeben, besetzt ist, vorstellet. Das dütenförmige Blümlein aus dem Mittel zeiget in seiner natürlichen Grösse Fig. 3. und vergrössert Fig. 4. Die Theile desselben sind folgende: d. die fünffach eingeschittene Röhre, e. der stylus, welcher sich oben theilet, f. die Härgen, welche auf dem ovario g. sitzen. Den reifen Saamen in seiner ordentlichen Grösse bezeichnet Fig. 7. vergrössert aber Fig 8. mit kleinen Uberbleibseln des Kröngens. Das Geschlecht dieser Pflantze ist sehr schwer zu bestimmen. Von LINNAEO in H. Cliff. l. c. und ROYENO l. c. wird es zur Conyza gerechnet, weil aber die weiblichen Blumen nicht nackend sind, sondern eine corollam haben, so hat LINNAEVS in Fl. Suec. und und nebst ihm viele andere davor gehalten, daß es zum Erigeron gehöre. Weil aber in einigen Arten, welche LINNAEVS zum Erigeron rechnet, die corolla der weiblichen Blume sehr kurtz und und fast gar nicht zu sehen ist, so scheinet es uns der Natur gemäß zu seyn, beyde Geschlechter mit einander zu verbinden. HALLERVS zehlt es dem Asteri bey, weil aber der calix wenig offen, und die Schuppen desselben fast gar nicht zurück gebogen sind, welche Kennzeichen den Aster angeführten Schriftstellers ausmachen, und ingleichen der radius fehlet, so kan diese Pflantze nicht unter das Geschlecht gehören. Ubrigens sind auch die Schriftsteller nicht einig, ob die Saamen glatt sind oder ob sie ein wolligtes Wesen haben. RAIVS Hist. l. c. und andere behaupten die Saamen hätten kein wolligtes Wesen. Haller erinnert, daß DILLENIVS in dieser Pflantze gleichfalls glatte Saamen, und nur einen wolligten thalamum beschreibe. Wenn wir aber des DILLENII Worte genauer betrachten, so ist offenbar, daß dieses seine Meynung nicht sey. Denn er saget l. c. die Saamen bekommen zwar kein wolligtes Wesen, es ist auch keines zwischen denselben anzutreffen, doch sitzen anstatt dessen auf den Saamen viele Härgen, und sind um die Blumen herum befindlich. Durch eine wiederholte Untersuchung ist TREW versichert worden, daß zwischen den Saamen würcklich keine Härgen stehen, daß auch diejenige, welche die Blümgen beyderley Art umgeben, nicht so lang und starck, wie solche die Blackwellische Fig. 6. abbildet, wenigstens dem blosen Auge sich zeigen. Es krönet aber den Scheitel des Saamens ein kleines ausgezacktes Häutgen, welchem etliche kurze und sehr zarte Härgen einverleibet sind, die bey einem unzeitigen wie bey einem zeitigen Saamen leichtlich, und zwar einzeln, losgehen, nnd allezeit das ausgezackte Kröngen zurück lassen. Aus diesen erhellet genugsam, was von dem pappo dieses Gewächses zu halten seye.

TAB. 104. *Lat.* Basilicon. Ocimum. *Germ.* Basilien. *Gr.* Ὤκιμον, Βασιλικὸν. *Angl.* Basil. *Hisp.* Albahaca. *Ital.* Basilico. *Gall.* Basilic. *Belg.* Basilicon.

1. Planta ad pedis altitudinem assurgit, folia dilute viridia, flores albidi sunt.

2. Seritur in hortis, floret mense Julio & Augusto.

3. Usum huius plantae internum ut oculis nocivum, veteres reiiciunt; SCHROEDERVS eam ut medicinam laudat, qua pulmones muco liberantur, & menstruorum

1. Es wächst bis einen Schuh hoch, die Blätter sind lichtgrün, die Blumen weiß.

2. Es wird in Gärten gesäet, blühet im Julio und August.

3. Die Alten verwarfen den innerlichen Gebrauch dieses Krauts, als schädlich dem Gesichte. Schröder rühmt es als ein Mittel, welches die Lunge vom Schleime

rum fluxus promovetur. Folia in Anglia aquam hyſtericam & unguentum martiatum &c. &c. ingrediuntur. Semen ad conficiendas aquas vitae compoſitas, nec non Syrupum Artemiſiae & pulverem Diarrhodon adhibetur. Vid. Caſp. Commelinus pag. 56.

me befreyet, und die monathliche Reinigung befördert. Die Blätter nimmt man in Engelland zur aqua hyſterica, und dem unguento martiato &c. Der Saame kommt unter die Aquam vitae compoſitam, den Syrupum Artemiſiæ, Pulv. Diarrhodon, ſiehe Caſp. Commelin p. 56.

4. NOM. GEN. Ocimum *Rai. I.* 540. *Tourn.* 203. *Magn. Car.* 99. *Riv. I. p.* 8. *Rupp.* 220. *Linn. Gen. n.* 573. *Ludvv. n.* 226. *Kram.* 49. *Wachend.* 141. Ocymum *Boerh. I.* 169. *Knauth. Meth.* 89. *Roy.* 322. Ozymum *Heuch. Pr. I.* 53. Baſilicum *Rai. Meth.* 62. *Heiſt. I.* 6.

5. NOM. SPEC. Ocimum *Ruell.* 388. Ocimum medium *Dalech.* 680. Ocimum maximum caryophyllatum aut citratum *Lob. Obſ.* 268. *Lob. Ic. a.* 503. Ocimum I. & III. *Dod.* 279. Ocimum maius & medium *Matth.* 407. *Tabern.* 713. Ocimum I. & II. *Camer. Epit.* 308. Ocymum caryophyllatum maius *C. B. pin.* 226. *Moris. Hil.* 406. *S. XI. t.* 20. *F.* 1. *Tourn.* 204. *Magn. Car.* 99. *Boerh. I.* 170. *Rupp.* 220. Ocimum caryophyllatum Monachorum ſeu Acinos Columnæ *J. B. III. b.* 260. Ocimum magnum *Rai. I.* 541. Ocimum maius & Ocimum fol. ſerrato *Riv. I. tab.* 16. 17. Ocimum ſ. Baſilicum fl. albo vel violaceo *Heuch. Ind. I.* 24. Ocimum fol. longis vix crenatis *Kram.* 49. Ocimum fol. ovatis glabris *Linn. H. Cliff.* 315. *Vpſ.* 168. *Roy.* 322. *Wachend.* 141. Baſilica maior *Trag.* 23. Baſilicon *Dorſten.* 37. Baſilicum fol. viridi maius *Heiſt. I.* 6. Baſilicum ſ. Ocimum caryophyllatum maius *Siegesb.* 17.

Nota. Specie huius generis difficillime definiuntur. Ipſi enim illi characteres, qui aliàs ad ſpecies definiendas adhiberi ſolent, in hac planta maxime variant, hinc & forte ſynonyma, quæ huic ſpeciei appoſuimus, ad alias quandoque relata fuiſſe confitemur. Habitus vero altior & foliorum figura hæc potius, quam alia nomina aſſumere ſvadent. Quae ab odore Caryophyllos, vel Aniſum, vel Citrum aemulante de muntur ſpecies, hoc tempore non amplius genuinae cenſentur, ſed tantum varietates conſtituunt. *Fig. I* 1. 7. 13. ad exemplar Blackvvellianum, reliquæ ad naturæ ductum factae ſunt, quarum expoſitio haec: Flores *Fig. II.* maiores quidem ſunt, quam figurae Blackvvellianae, repræſentantur vero ad eius ſpeciei exemplar. *a. Fig.* 2. 3. 6. 8. 9. 11. & 12. ſiſtit ſuperius calicis labium planum, cordatum. *b. Fig.* 2. 6. 8. 9. 11. & 10. inferius quadridentatum & connivens labium. Corollam monopetalam, eiusque ſuperiorem partem diſtinguit *c. Fig.* 2. 3. 5. *d. d.* vero *Fig.* 3. 4. alteram deorſum ſpectantem refert. Labia corollæ in hoc genere plane contrarium ſitum obtinent. Optime enim monet LINNAEVS in Generibus, Labium ſuperius ſ. Galeam inferiorem, inferius vero ſive barbam ſuperiorem locum occupare, hancque ſitus inverſionem ex ſtaminum flexura *Fig.* 3. *e. e.* inprimis apparere docemur. Stamina haecce longitudinem eandem non ſervant, ſed, ut in plurimis, duo longiora *Fig.* 4. *e.* totidemque breviora *Fig.* 5. *e.* inveniuntur. Styli ſtigmate duplici inſigniti, ſtaminibus cincti iconem exhibet *Fig.* 3. *f.* denudatum vero *f. Fig.* 6. & 10. Calix perſiſtens & clauſus continet ſemina quatuor ſubrotunda *Fig.* 13 14.

Anm. Die Arten dieſes Geſchlechts ſind ſehr ſchwer zu beſtimmen. Denn diejenigen Kennzeichen, welche man zu der Beſtimmung der Arten insgemein gebrauchet, ſind in dieſer Pflantze allzuveränderlich, deswegen auch vielleicht diejenigen Beynahmen, welche wir mit dieſer Pflantze verbunden, bisweilen andern Arten beygefüget worden. Das gröſſere Wachsthum aber und die Geſtalt der Blätter von dieſer Pflantze ſind Urſache geweſen, daß wir dieſe Nahmen vor andern erwehlet haben. Der Unterſchied derer Arten, welcher von den Geruche nach Nelken, Anis und Citronen genommen wird, iſt heute zu Tage nicht mehr anzunehmen, ſondern machen nur Abweichungen aus. Die Fig. I. 1. 7. 13. ſind nach dem Blackwelliſchen Muſter, die übrigen nach der Natur gemacht, deren Erklärung folgende iſt. Die Blumen von Fig. II. ſind zwar gröſſer als die Blackwelliſchen, ſie ſind aber doch nach eben derſelben Art vorgeſtellet. a. Fig. 2. 3 6 8 9. 11. et 12. zeiget den oberſten breiten hertzformigen Theil des Blumen-Kelchs, b. Fig. 2. 6 8. 9. 10. et 11. den unterſten 4fach eingeſchnittenen Theil deſſelben, welcher ſich dem obern nähert. Die einblätterige Blumendecke und insbeſondere deſſen obern Theil zeiget c. Fig. 2. 3. 5. d. d. aber in der 3. und 4. Fig. den untern Theil. Die Theile der Blumendecke haben in dieſen Geſchlechte ganz eine andere Lage, als wohl ſonſt gewöhnlich, und deswegen erinnert LINNAEVS Gen. ganz recht, daß der obere Theil oder Galea den untern, der untere aber oder die Barba den obern Ort einnehme. Dieſe verkehrte Lage der Blumendecke kann man insbeſondere aus der Beugung der Staubfäden Fig. 3. e. abnehmen. Dieſe Staubfäden haben nicht einerley Länge, ſondern man ſiehet, wie in den meiſten, 2. längere Fig. 4. e. und eben ſo viele kleinere Fig. 5. e. Der Stylus mit ſeinem doppelten Stigmate gezieret, und mit den Staubfäden umſchloſſen wird Fig. 3. f. vorgeſtellet, von dieſen aber entblöſſet zeiget ihn f. Fig. 6. und 10. Der ſtehenbleibende zugeſchloſſene Blumen-Kelch enthält 4. rundliche Saamen Fig. 13. 14.

TAB. 105. *Lat.* Amygdalus amara & dulcis, ſativa. *Germ.* Mandelbaum. *Gr.* Ἀμύγδαλος. *Angl.* The Almond ⊙ Tre. *Hiſp.* Almendras. *Ital.* Mandrole, Mandole. *Gall.* Amandes. *Belg.* Amandel-Boom.

1. Hæc arbor foliis & floribus cum Perſica convenit, niſi quod in hac flores ſint pallidioris coloris.

2. Amygdalus in Hiſpania & Barbaria ſponte provenit, primo vere floret, & fructus Auguſto menſe matureſcunt.

3. Amygdalæ dulces nutrientes eſſe creduntur, ſi vero maiori in copia aſſumantur, difficilioris ſunt concoctionis. Oleum amygdalarum dulcium in morbis pulmonum, calculo, ſabulo & colica prodeſt. Gravidis mulieribus convenit, ſi ante partum magna eius quantitate utuntur, cum aperiente vero ſyrupo mixtum, infantibus alvum ſolvit. Amygdalæ amaræ remedium coſmeticum eſſe cenſentur, cum ſordes abſtergant. Oleum earum auribus inſtillatum ſurditati medetur, & pleraque vnguenta lenientia ingreditur. Vtrorumque olea expreſſa ſunt conſueta officinarum praeparata.

1. Dieſer Baum ſiehet den Pferſichbaum an Blättern und Blüthen gleich, bloß daß an dieſem die Blumen bleicher ſind.

2. Der Mandelbaum wächſt wild in Spanien und der Barbarey, er blühet ſehr zeitig im Frühling und die Früchte werden im Auguſt reif.

3. Die ſüſſen Mandeln werden vor nahrhaft gehalten, aber wenn man zuviel davon iſſet, ſind ſie ſchwer zu verdauen. Das ſüſſe Mandelöl iſt gut in den Krankheiten der Lunge, im Stein, Grieß und der Colick. Schwangern Frauen iſt es zuträglich, wenn ſie kurz vor ihrer Niederkunft viel davon zu ſich nehmen, und dienet mit einem eröffnenden Saft vermiſchet die kleinen Kinder zu purgiren. Die bittern Mandeln werden als ein Mittel, welches die Haut ſchön machet, gebraucht, indem ſie ſolche reinigen. Ihr Oel in die Ohren getropft, iſt gut wider die Taubheit, und wird häuffig unter die lindernden Salben genommen. Dieſe zwey ausgepreßten Oele ſind die gewöhnlichen Praeparata der Apothecken.

4. NOM.

4. NOM. GEN. Amygdalus *Rai. Meth. 149. Hist. II. 1519. Tourn. 629. Magnol. Car. 321. Boerh. II. 245. Heuch. Ind. 19. Rupp. 134. Linn. Gen. no. 473. Kram. 138. Roy. 267. Ludvv. no. 596. Wachend. 96. Heist. Syst. 15.*

5. NOM. SPEC. Amygdala *Lob. Hist. 596. Ic. II. 140. Camer. Epit. 169.* Amygdalus *Ruell. 125. Dorsten. 24. Dod. 798. Dalech. Lugd. I 317. Tab. 996.* Amygdalus sativa *C. B. pin. 441. Rai. Hist. II. 159.* Amygdalus sativa fructu maiore *Tourn. 629. Magnol. Car. 321. Boerh. II. 245. Rupp. 134.* Amygdalus dulcis & amara *J. B. I. 174.* Amygdalus cum flore *H. Eystett. Vern. O. Arb. & Frut. F. 6. f. 3.* Amygdalus fructu dulci maiore *Heist. III. 2.* Amygdalus foliis petiolatis, serraturis infimis glandulosis *Linn. H. Cliff. 186. Vps. 123. Roy. 267. Wachend. 96.*

Nota: Vrerque ramus, alrer floribus, foliis fructibusque alter instructus, nec non *Fig.* 1. 5. 7. 8. 9. Blackvvellianum exemplar, reliquæ a nobis additæ figuræ naturam imirantur. Flos huius planræ est pentapetalus *Fig.* 1. Angustis suis unguibus petala calici adnascuntur, cui etiam stamina copiosa inserantur, uri ex *Fig.* 2. paret. Calix autem *Fig.* 3. monophyllus est, semiquinquifidus, qui cum flore decidit. Stamina, quæ ex eo prodeunt *Fig.* 4. 5. numerosa, viginti & plura, simplicibus ornantur antheris, In medio calice *Fig.* 6. *a.* post dissectum florem, ovarium *d.* conspicitur, subrotundum, villis minoribus undiquaque hirsutum. Huic adhærer stilus *c.* longitudine sua stamina *b.* æquans, stigmate instructus crassiore, capitato. Emarcescentibus hisce, fructus increscit villosus *Fig.* 7. in medio sulco notatus, ficciorem pulpam habens, in quo delitescir nux *Fig.* 8. dura, reticulata, nucleum continens *Fig.* 9. saporis vel dulcis vel amari. Plures penes Botanicos huius plantae recensentur varietates, quarum aliæ a magnitudine fructus, aliæ a sapore nucleorum desumuntur. Celebris hinc ea est in dulcem & amaram Amygdalum distinctio, quas ut diversas species TOVRNEFORTIVS l. c. & BOERHAVIVS aliique proponunt. Sed cum utriusque, quoad partes externas, omnimoda sir convenientia, in interna partium dispositione causa saporis quaerenda esse videtur. Definiri nondum licuit, num pro peculiari specie habenda sit Amygdalus, ex qua *Fig.* 2. 3. & 4. desumsimus, & quæ in horto TREWII satis magnam consequitur altitudinem, maiores quoque & copiosos flores primo vere priusquam folia compareant, protrudit, fructum vero inutilem ferme producit. Convenit quidem hic cum *Fig.* 7. paullo maior tamen & nux valde dura, plana magis est & compressa, quam in *Fig.* 8. Nucleus & magnitudine & sapore cum nucleo Pruni conspirat. Praeter ea suo quoque iure Amygdalus peculiare plantæ genus constituere videtur, cum in Persica, quam LINNAEVS l. c. aliique huc referunt, fructus mollis & succulentus sit, haec vero conditio nec cultura nec alio quocunque artificio in Amygdalo possit produci, ut Amygdalum non maturam esse Persicam LINNAEO in H. Cliff. l. c. non absque omni exceptione sit concedendum.

Anm. Beyde Aeste, der eine mit Blumen, der andere mit Blättern und Früchten, wie auch Fig. 1. 5. 7. 8. 9. sind nach dem Blackwellischen Muster, die übrigen aber von uns nach der Natur beygefüget worden. Die Blume dieser Pflanze hat fünf Blätter Fig. 1. Diese sietzen mit ihrem spitzigen Ende an den Calice, an welchen auch sehr viel stamina anwachsen, wie aus Fig. 2. erhellet. Der Calix bestehet aus einem Stuck und ist oben fünfmahl halb getheilet Fig. 3. und fällt mit der Blume ab. Die häuffigen stamina, welche aus ihme hervorkommen Fig. 4 5. und zwanzig auch mehr an der Zahl sind, haben einfache antheras. In der Mitte des Calicis Fig. 6. a. siehet man, wenn die Blume zerschnitten wird, d. das Ovarium, welches rund und um und um rauch ist. Aus diesem entspringet der stylus c. welcher mit den staminibus b. in gleicher Länge ist, und ein dickes stigma hat. Nachdem diese Theile verwelket, fängt die Frucht Fig 7. an zu wachsen, sie ist rauch, zeiget in der Mitte eine Furche, und hat ein trocken Fleisch. In diesem ist eine harte Nuß Fig. 8. mit netzförmigen Zellen enthalten, worinnen ein Kern stecket Fig. 9. welcher süß oder bitter schmecket. Die Kräuterkenner führen viele Veränderungen dieser Pflanze an, davon einige von der Grösse der Frucht, einige von dem Geschmack der Kerne ihren Nahmen bekommen. Die Eintheilung in süsse und bittere Mandeln ist überall bekandt, TOVRNEFORT l. c. BOERHAAVE und andere rechnen sie vor besondere Arten. Dieweil sie aber beyderseits in Ansehung der äuserlichen Theile vollkommen miteinander überein kommen, so ist die Ursache des verschiedenen Geschmackes in der Beschaffenheit der innerlichen Theile zu suchen. Jedoch haben wir noch nicht sattsam bestimmen können, ob derjenige Mandelbaum vor eine besondere Art zu halten sey, aus welchen wir die 2. 3. und 4te Figur hergenommen haben, und welcher in TREWS Garten zu einer ansehnlichen Höhe gelanget, häuffigere und grössere Blumen, als gewöhnlich hervorbringet im Frühling, ehe noch die Blätter zum Vorschein kommen, dessen Frucht aber fast ohne Nutzen ist. Es kommt zwar übrigens diese Frucht mit Fig. 7. überein, doch ist sie gröser und die Nuß härter und platter, als in der 8ten Figur. Der Kern ist seiner Grösse und Geschmack nach von dem Pflaumenkern nicht unterschieden. Auser diesem verdienet der Mandelbaum mit allen Recht ein besonders Pflanzen-Geschlecht auszumachen, weil in dem Pfirsichbaum, welchen LINNAEVS l. c. und andere hierher ziehen, die Frucht weich und safftig ist. Diese Beschaffenheit aber kan weder durch die Wartung noch auf eine andere Art in dem Mandelbaum hervorgebracht werden, daß wir also dem LINNAEO in H. Cliff. l. c. nicht ohne alle Ausnahme zugeben können, als wenn die Frucht des Mandelbaums eine unreife Pfirsche wäre.

TAB. 106. *Lat.* Calendula flore simplici, maxima, Caltha vulgaris. *Germ.* Ringelblume. *Angl.* Marygolds. ⊙ *Ital.* Fior Rancio, Fior d'ogni mese. *Gall.* Pousi, Souci. *Belg.* Goudbloem.

1. Folia sunt pallide viridia, flores vero lutei.
2. Colitur in hortis & maximam æstatis partem floret.
3. Herbae & floribus cardiaca & antitoxica adscribitur virtus, in quocunque febrium genere laudantur, sudores cient, saepiusque in expellendis variolis atque morbillis adhibentur. Suadent alii eorum usum in ictero, lippitudine & inflammatione oculorum, nec non contra verrucas.

1. Die Blätter sind hellgrün, die Blumen gelb.
2. Man ziehet sie in Gärten, und sie blühen einen grossen Theil des Sommers.
3. Kraut und Blumen hält man für herzstärkend und Gift abtreibend, man rühmet sie in allen Arten der Fieber, sie treiben den Schweiß und werden öfters gebraucht die Kinderblattern und Masern auszutreiben. Einige rathen sie in der Gelbsucht, fliesenden entzündeten Augen und denen Warzen.

4. NOM. GEN. Calendula *Rai. Meth. 36. Hist. I. 337. Magnol. Car. 128. Heuch. Ind. 46. Rupp. 171. Linn. Gen. n. 807. Kram. 83. Roy. 177. Wachend. 237. Heist. I. 7.* Caltha *Tourn. 498. Boerh. I. 113. Ludvv. no. 348. Hall. 722.*

5. NOM. SPEC. Calendula *Dod. 254.* Calendula sativa *Rai Hist I. 337.* Calendula officinarum *Rupp. 171. Kram. 83.* Calendula flore simplici *H. Eystett. Aestiv. O. 5. Fol. 4. Fig. 3.* Calendula flore luteo officinarum *Heuch. Ind. 46.* Calendula flore simplici maiore luteo. *Heist. I. 7.* Calendula seminibus radii cymbiformibus, echinatis, disci bicornibus *Linn. H. Cliff. 425. Vps. 274. Wachend. 237. Guettard II. 364.* Caltha *Ruell. 443. Matth. 894. Cam. Epit. 918. Fuchs. Tab. 214.* Caltha hortensis *Dalech. I. 811.* Caltha flore simplici *J. B. III. 101. Moris. III. 13. S. VI. t. 4. f. 1.* Caltha vulgaris *Dill. 149.* Caltha vulgaris flore citrino *C. B. pin. 275. Tourn. 498. Boerh. I. 113. Vaill. Act. 1720. p. 371.*

Nota: *Fig.* 1 5. 10. & 15. a Blackvvellia propositas denuo hic exhibemus, reliquas, naturæ vestigiis insistentes, addidimus. Planta vero annua hæc cum sit, tenuem tantum, fibrosam radicem & succulentam emittit, caulemque protrudit quadrangulum, striatum, cui adnascuntur folia sessilia, oblonga, integerrima. Caules terminantur flore *Fig.* 1. 3. qui ex compositorum genere est, & folioso calice *Fig.* 2. continetur. *Figura* itaque 4. calicem sistit, ex pluribus foliolis constantem, quorum duæ observantur esse series, exterior longioribus, interior autem brevioribus est instructa foliolis, utraque in fundo ita cohaeret, ut monophyllus magis esse videatur, quam imbricatus calix. Flores deinde, qui in calice constituuntur, itidem differunt: exteriorem marginem occupantes lingulam repræsentant, interiori in parte collocati tubulosi sunt. Lingulati *Fig.* 5. ex corolla tridentata *Fig.* 6. *a*, stylo, stigmate in summitate bipartito *b.* & ovario inferiori parti adhærente *c.* constant, & pro ratione situs magnitudine variant: exteriores enim *Fig.* 6. interioribus *Fig.* 7. maiores sunt. Disci tubulosum florem *Fig.* 8. naturali, *Fig.* 9. aucta magnitudine sistit, in quo quinque lacinias *d.* stylum stigmate crasso, capitato, ornatum *c.* & adhærens corollæ ovulum *f.* distinguere licet. In corolla dissecta *Fig.* 10. *a.* stylus *b.* vagina ex antheris coalita *c.* cingitur, quarum filamenta *d.* inferius distincta conspiciuntur. Ovula, quæ thalamo insistunt *Fig.* 11, a latere si considerantur *Fig.* 12, oblongæ sunt figuræ, & nudo quidem thalamo *Fig.* 13. iuxta se posita inhaerent, per maturitatem tandem in semina *Fig.* 14. variæ magnitudinis & figuræ permutantur. Sunt autem omnia incurva, alis non nunquam membranaceis instructa *Fig.* 15. 17. vel longa, tenuia, compressa, ab exteriori parte scabra *Fig.* 16. 17. 18. tuberculata quasi, ut ex *Fig.* 19, quæ microscopio aucta est, patescit. Sed cum per maturitatem involucrum hocce externum non deponant, TOVRNEFORTIO, qui l. c. capsulis involuta esse semina credidit, reliqui Botanici non assentiuntur. Huius exhibitæ speciei plures sunt varietates, (quarum *Fig.* II. illam repræsentat, quæ est *Caltha polyanthos maior flore aureo* C. B. pin. 276. Tourn. 498. *Calendula polyanthos flore aureo* Tabern. ic. 332.) quibus tamen illa, quæ aruensis sive officinarum vulgo dicitur, & quæ a LINNAEO l. c. & GVETTARDO l. c. huc refertur, non videtur accensenda esse. Est autem illa: *Calendula aruensis* C. B. pin. 276. Tab. Ic. 335. Boerh. I. 113. *Caltha aruensis* Moris. III. 14. S. VI. t. 4. f. 6. *Caltha minima* J. B. III. 103. Cum enim in antea descripta specie folia lata sint, marginemque habeant obtusum, haec aruensis angustiora & acuta producit, floribusque longe minoribus gaudet, quæ notæ, observante HALLERO p. 722. nullo cultu in maioris indolem transeunt, ut ab eodem HALLERO l. c. optime sub nomine *Calthæ floribus minimis pallentibus* describatur.

Anm. Die 1. 5. 10. und 15. Figur sind nach dem Blackwellischen Exemplar abgezeichnet, die übrigen aber, um die Natur völlig auszudrucken, von uns hinzugefüget worden. Weil diese Pflanze nur ein Jahr dauert, so hat sie auch nur eine dünne, faserigte und saftige Wurzel, welche einen viereckigten und gestreiften Stengel hervortreibet, an welchen länglichte und vollkommen ganze Blätter ohne Stiel anwachsen. An der Spitze der Stengel kommen die Blumen hervor Fig. 1. 3, welche zusammen gesetzt sind, und in einem blätterichten calice Fig. 2. sitzen. Die 4te Figur zeiget den calicem, welcher aus vielen Blättergen bestehet, deren zwey Reihen zu seyn scheinen: der äuserliche bestehet aus längern, der innerliche aus kürzern Blätgen, beyde hängen unten also zusammen, daß der Kelch mehr aus einem Stück zu bestehen scheinet, als aus vielen über einander geschobenen. Die Blumen selbst, welche sich in dem Kelche befinden, sind von einander unterschieden: die am äusern Rande sitzen, sind wie Zungen gestaltet, die sich in der Mitte befinden, dütenförmig. Die Zungenförmigen Fig. 5. bestehen aus einem dreyzackigten Blate Fig. 6. a. dem stylo, welcher oben getheilet ist b. und dem ovario c. welches unten anhängt. In Ansehung der Lage sind sie der Grösse nach unterschieden, denn die äusern Fig. 6. sind grösser als die innern Fig. 7. Eine dütenförmige Blume stellet Fig. 8. natürlich, Fig. 9. vergrössert vor, an selbiger kan man fünf Einschnitte d, den stylum mit einem dicken stigmate e, und das anhangende ovulum f. unterscheiden. In der zerschnittenen Blume Fig. 10. a. wird der stylus b. mit einer Scheide umgeben, welche aus den zusammengewachsenen Spitzen der staminum gemacht wird, deren Fäden d. unten von einander unterschieden sind. Wenn die ovula, welche auf ihren Behältnisse sitzen Fig. 11. von der Seite Fig. 12. betrachtet werden, so sind sie länglich, und befinden sich auf einem nackenden thalamo Fig. 13. neben einander, wenn sie aber reife Saamen werden Fig. 14. bekommen sie sowohl verschiedene Figur als Grösse. Sie sind aber alle krumm, und haben bisweilen häutigte Flügel Fig. 15. 17, oder sind lang, dünne, platt, und von ausen ungleich Fig. 16. 17. 18. und gleichsam höckericht, wie wir aus der vergrösserten Fig. 19. ersehen. Weil aber die Saamen diese äuserliche Haut auch noch, wenn sie reif sind, behalten, so sind die übrigen Kräuterkenner mit dem TOVRNEFORTIO, welcher glaubte, daß die Saamen in Capseln eingeschlossen wären, nicht eines Sinnes. Es giebt von oben angeführter Art sehr viele Veränderungen, (davon Fig. II. diejenige abbildet, welche ist Caltha polyanthos maior flore aureo *C. B. pin.* 276. *Tourn.* 498. Calendula polyanthos flore aureo *Tabern.* ic. 332.) doch kan denselben diejenige nicht wohl beygefüget werden, welche aruensis et officinarum heist, und welche LINNAEVS l. c. und GVETTARD l. c. hieher rechnen. Wir meynen aber: Calendula aruensis *C. B. pin.* 276. *Tab. Ic.* 335. *Boerh. I.* 113. Caltha aruensis *Moris. III.* 14. *S. VI. t.* 4. *f.* 6. Caltha minima *I. B. III.* 103. In der oben beschriebenen Art sind die Blätter breit und stumpf zugespitzt, diese aber, welche aruensis genennet wird, hat sehr enge und spitzige Blätter, wie auch viel kleinere Blumen, welche sich auch auf keine Weise, wie HALLER p. 722. bemerket, in grössere verwandeln lassen, daß sie daher von selbigen mit guten Recht unter den Nahmen der Calthae floribus minimis pallentibus beschrieben wird.

TAB. 107. *Lat.* Solanum hortense, vulgare. *Germ.* Nachtschatten, Saukraut 2c. *Græc.* Στρύχνος κηπαῖος. *Angl.* ⊙ Nightshade. *Hisp.* Yerva mora. *Ital.* Solatro, Herba morella. *Gall.* Morelle. *Belg.* Rascaye, Dolkruyt, Nachtschade.

1. Altitudinem acquirit duorum pedum. Folia graminea viriditate, flores vero albedine sunt tincti, in horum medio lutea inveniuntur corpuscula, quæ umbonis speciem referunt.

2. Crescit ad publicas vias occupatque sæpe muros destructos, floret mense Augusto.

3. Foliis & floribus refrigerandi virtus tribuitur, hinc in inflammationibus variis, tumoribus inflammatoriis, erysipelate, & plurimis exanthematum cutaneorum speciebus, ut & in ambustis non sine effectu applicantur. Haec est illa Solani species, quæ unguentum Populeum ingredi deberet; sæpissime vero Rhizotomi Solanum sic dictum lignosum falso pro nostra planta vendunt. Cum vero illud contrariam plane virtutem possideat, melius esse existimamus, si solanum lethale nominatum substituitur, inprimis cum & eodem tempore haberi possit, & cum reliquis, quæ hanc medicinam ingrediuntur, simplicibus magis conveniat.

4. NOM. GEN. vid supra Cent. I. Tab. 34. no. 4.

1. Es wächst bis 2. Fuß hoch, die Blätter sind grasgrün, die Blumen weiß, in deren Mitte sich gelbe Körperchen befinden, welche die mittelste Spitze an einem Schild vorstellen.

2. Man findet es an den Landstrassen, und an eingefallenen Mauren, und blühet im August.

3. Die Blätter und Blumen werden vor kühlend gehalten, und bey allerhand Entzündungen, heissen Geschwulsten, dem Flugfeuer, und andern Ausschlägen an der Haut, wie auch in Brandschäden mit Nutzen gebraucht. Dieses ist das Solanum, welches man unter das unguentum Populeon nehmen sollte; allein die, so die Kräuter sammlen, bringen oft an statt derselben das solanum lignosum, welches doch eine ganz andere Eigenschaft hat. Dahero ist es besser das solanum lethale zu nehmen, welches eben zu der Zeit zu bekommen, und den übrigen Ingredientien ähnlicher ist.

5. NOM.

5. NOM. SPEC. Solatrum *Dorsten 222.* Solanum *Brunfels. II. 33.* Solanum hortense *Dod. 454. Lob. Obs. 133. Dalech. 597. Matth. 754. Cam. Epit. 812. Ger. 268. Sterb. 354. Tab. 35.* Solanum hortense s. vulgare *J. B. III. b. 608.* Solanum hortense Circeæ aut Phaseoli folio *Lob. ic. a. 262.* Solanum sativum *Tab. 913.* Solanum vulgare *Trag. 239. Park. 346. Rai. Hist. I. 672. Rai. Syn. 265. Moris. III. 520. S. XV. t. 1. f. 1.* Solanum officinarum *C. B. pin. 166. Magn. Car. 205. Knaut. Hal. 3. Dill. 152. Segu. Ver. I. 247.* Solanum officinarum acinis nigricantibus *Tourn. 148. Boerh. II. 67. Rupp. 48. Vaill. 188. Zannich. 247. Fig. 267. Siegesb. 101.* Solanum vulgare baccis nigris *Heuch. Ind. 8.* Solanum vulgare officin. baccis nigris & flavis *Heist. I. 30.* Solanum bacca nigra floribus & foliis glabris *Kram.* 11. Solanum caule inermi herbaceo fol. ovatis angulatis *Linn. H. Cliff. 60. Fl. Suec. 188. Vps. 48. Roy. 423. Guett. II. 306. Wachend. 39. Dalib. 72. Boehm. 53.* Solanum foliis angulosis, undulosis, caule levi *Hall. 507.*

Nota. Multis modis variat hæc planta: Caules enim aliquando angulati, aliquando teretes, iique vel glabri vel villosi; Folia ut plurimum sinuata & non villosa, quandoque vero integerrima pauloque hirsuta; Baccæ ratione coloris quoque ludunt. Solemne quidem est, nigras illas esse, degenerant vero in luteas & puniceas. His itaque mutationibus indicati, facile quoque apparebit, illas quatuor species, quas TOVRNEFORTIVS ratione baccarum differentes, nec non illas, quas DILLENIVS in H. Eltham. T. 274. & 275. delineavit, non peculiares species, sed tantum varietates constituere. Præsens plantæ delineatio, ad Blackvvellianum exemplar exhibita, illam ita sistit, prout ubique sponte provenit. Reliquas vero figuras & illas inprimis, quas nos ipsi apposuimus, ita explicamus. *Fig. I. & II.* florem sistit evolutum monopetalum, in 5. lacinias sectum, quo coni in formam erecta 5. stamina conspiciantur. Separatim vero *Fig.* 3. sistit calicem quinquifidum, cuius fundum occupat ovarium stylo simplici instructum. Corolla dissecta & explicata exhibetur *Fig.* 4. ubi simul antheræ, brevissimis filamentis suffultæ & a se invicem separatæ occurrunt, huiusque corollæ segmentum lingulatum annexo stamine aucta magnitudine *Fig.* 5. repræsentatur. Corolla marcescente provenit bacca, calice persistente cincta *Fig.* 6. 7. quæ dissecta *Fig.* 8. monstrat multa subrotunda minora semina *Fig.* 12. 13. Baccæ & semina eiusdem speciei varietatis, quæ in arvis quandoque inter vulgares reperiuntur, & maturæ etiam flavæ permanent, exhibentur *Fig.* 9. 10. 11.

Anm. Diese Pflanze verändert sich auf vielfache Weise, denn die Stengel sind bisweilen eckigt, bisweilen rundlich, und entweder glat oder rauch. Die Blätter sind meistentheils mit breiten Einschnitten versehen, und etwas klebrich, manchmal aber sind sie völlig ganz und mit einigen Härgen besetzet. Die Beeren sind auch in Ansehung der Farbe sehr verschieden: meistentheils sind sie zwar schwarz, sie verwandeln sich aber öfters, und werden gelbe, und endlich ganz roth. Nachdem wir also die Abweichungen angemerket, kann man leicht einsehen, daß die vier Arten des TOVRNEFORTS, welche in Ansehung derer Beeren unterschieden sind, wie nicht weniger auch diejenigen, welche DILLENIVS in H. Elth. T. 274. und 275. abgezeichnet, nicht besondere Arten sind, sondern nur Abweichungen der Natur vorstellen. Gegenwärtige Abzeichnung, welche nach dem Blackwellischen Muster gemacht, stellet diese Pflanze dergestalt vor, wie sie allenthalben wild zu wachsen pflegt. Die übrigen Figuren aber, und insbesondere diejenigen, welche wir selbst beygefüget, wollen wir folgendergestalt erklären. Fig. I. und II. zeiget die einblättrigte, in 5. Theile geschnittene Blume, damit die 5. Staubfäden, welche in Gestalt eines Kegels miteinander verbunden sind, zum Vorschein kommen. Insbesondere aber zeiget die Fig. 3. den fünffach getheilten Kelch, auf dessen Boden das Pistillum sitzet, welches mit einem einfachen Stylo sich endiget. Die zertheilte und ausgebreitete Blumendecke wird Fig. 4. vorgestellet, wo auch zugleich die Antheræ, wie sie auf ihren kurzen Fäden aufsitzen, und voneinander abgesondert sind, sich darstellen. Einen Theil von dieser Blumendecke mit den noch anhängenden Staubfäden zeiget durch Vergrösserung Fig. 5. Nachdem die Blumendecke verdrocknet, kommet die mit dem stehendbleibenden Kelche umschlossene Beere zum Vorschein Fig. 6. 7. Wenn diese zerschnitten Fig. 8, siehet man viele kleine rundlichte Saamen Fig. 12. 13. Die Beeren und die Saamen von einer etwas veränderten Pflanze dieser Art, welche bisweilen auf den Feldern mit der gewöhnlichen gefunden werden, und welche auch, wenn sie reif sind, noch gelbe an Farbe bleiben, haben wir Fig. 9. 10. 11. vorgestellet.

TAB. 108. *Lat.* Cucumis Asininus, Cucumis agrestis, Cucumis silvestris. *Germ.* Eselsgurken, wilde Cucumer. *Græc.* Σίκυς ἄγριος. *Angl.* Wild Cucumber. *Hisp.* Cogombrillos amargos. *Ital.* Cocomero salvatico. *Gall.* Cocombre sauvage. *Belg.* Esels Comcommer.

1. Caulis huius plantae in terra repit, folia dilute viridia, flores lutei.

2. Seritur in Anglia in Hortis, & Julio mense floret.

3. Purgantem eamque drasticam virtutem huius plantae facile cognoscimus, cum aquosorum & mucosorum humorum copiam per superius aeque ac inferius guttur magna cum molestia excernat; hinc in hydropicis, quorum viscera integra sunt atque sana, magno cum successu adhibetur. Catameniorum praeter ea fluxum maxime promovet, fœtusque immaturos saepius abortivos reddit. Hanc ipsam itaque medicinam, non nisi prudens Medicus adhibeat.

1. Der Stengel dieser Pflanze kriecht auf der Erde, die Blätter sind hellgrün, die Blumen gelbe.

2. Man säet sie in Engelland in Gärten und blühet im Julio.

3. Sie sind ein starkes Purgir-Mittel, indem sie die wässerigten und schleimigten Feuchtigkeiten so wohl über sich als unter sich mit gröster Heftigkeit austreiben. Daher bedient man sich derselben mit grossen Nutzen in der Wassersucht, wenn die Eingeweyde nicht verdorben sind. Sie treiben die monathliche Reinigung mit Gewalt, ja sogar die unzeitige Frucht aus Mutterleibe. Es darf also niemand als ein erfahrner Mann sich dieses bedienen.

4. NOM. GEN. Cucumis asininus *Rai. Hist. I. 647. Meth. 70.* Cucumis *Tourn. 104. Magn. Car. 209. Heuch. Pr. I. 23. Segu. Veron. I. 173.* Elaterium *Boerh. II. 77. Rupp. 46. Kram. 5. Ludvv. no. 853. Heist. Syst. 10.* Sicyos *Knauth. Meth. 64.* Momordica *Linn. Gen. no. 885. Roy. 262. Wachend. 269.*

5. NOM. SPEC Cucumer sylvestris *Brunf. II. 126. Trag. 657. Matth. 849. Camer. Epit. 946.* Cucumer agrestis *Dalech. 1672.* Cucumer asininus *Tab. 866.* Cucumer sylvestris Elaterii *Lob. Obs. 368. Jc. a. 646.* Cucumis sylvestris *Dod. 663.* Cucumis sylvestris, asininus dictus *C. B. pin. 314. Rai. Hist. I. 647. Tourn. 104. Magn. Car. 209. Heuch. Pr. I. 23. Segu. Veron. I. 43.* Cucumis asininus *Moris. II. 32. S. I. t. 6. f. 8.* Elaterium officinarum *Boerh. II. 77.* Elaterium Rivini & officinarum *Rupp. 46.* Elaterium Boerhavii, Cucumis asininus vulgo *Heist. I. 12.* Elaterium officinarum, cucumis asininus dictus *Zannich. 91. t. 63.* Elaterium folio dissecto *Kram. 5.* Sicyos seu Cucumis asininus *Knaut. Meth. 64.* Momordica pomis ovalibus hispidis, fol. cordatis integris, plicato dentatis *Linn. H. Cliff. 451. Roy. 262. Wachend. 269.* Momordica absque cirrhis *Linn. H. Vps. 294.*

Nota. *Fig.* 1. 2. 13. 17. ad exemplar Blackvvellianum, reliquae omnes ad naturae ductum factae sunt, quarum expositio haec est. Duplicis generis flores, masculinos nempe & foemininos, hanc habere plantam, omnibus satis cognitum esse arbitramur, inprimis cum & veteres, ex quibus modo CAMERARIVM l. c. allego, hanc differentiam iconibus expressam dederint. Floris itaque masculini considerationem primum exhibeamus. Constat ille ex calice monophyllo quinquifido, qui corollam nondum evolutam arcte cingit *Fig.* 3. *a*, & expansam quoque adhuc sustinet *Fig.* 5. *a*. Huic adnascitur corolla colore ex albido in dilutiorem flavedinem declinante, quae in quinque segmenta satis ampla dividitur *b*, *Fig.* 3. & 5., in cujus centro *Fig.* 4. *c*. stamina haerent. Antherae, quae, ut eo melius conspici possint, reliquis partibus separatis seorsim exhibentur ita, ut *Fig.* 6. filamenta, antheris *d*. onusta a facie exteriori, *Fig.* 7. vero ab interiori conspiciantur. Simul apparet, tres hasce antheras non unam eandemque habere figuram: duae enim bifidae sunt, utrinque auritae, tertia vero simplex est, vel in uno tantum latere aure donata. In fertili flore calix, ut in mare, non vero petiolo adhaerens, sed ovarium coronans atque deciduus observatur *Fig.* 9. *a*, corolla quoque eadem ut in priori *Fig.* 9. *b*. Pistillum vero singulari ratione constructum nobis exhibet ovarium, sub flore satis magnum *f*. *Fig.* 8. 9. ex quo surgit stylus simplex atque brevis, qui tandem in tria gibba stigmata dividitur *Fig.* 10, quae coniuncta *Fig.* 11. & 8. *e*. a facie superiori, *Fig.* 12. vero eorum altera pars bifida a trifida separata, a facie recta interiori conspiciuntur. Foemininum hunc florem sequitur fructus, elongato pedunculo insidens, oblongus atque spinulis crebris brevibusque hispidus *Fig.* 14, qui, ut horizontalis eius sectio docet *Fig.* 13. & 16, trilocularis est: hic maturus levissimo attactu, vel propria vi virosum succum cum seminibus oblongis compressis *Fig.* 17. & 18. violenter eiaculatur, & fructum inanem, membranaceis loculamentis distinctum *Fig.* 15. relinquit. Omnibus floribus & fructificationis partibus cum Momordica exacte convenit, sola modo figura fructus differt, hinc LINNAEVS, qui ad hunc characterem non attendit, cum Momordica & Luffa coniungit.

Anm. Fig. 1. 2. 13. 17. sind nach dem Blackwellischen Muster, die übrigen aber nach der Natur gemacht, deren Erklärung folgende ist. Daß diese Pflanze zweyerley, nemlich männliche und weibliche Blumen habe, wird jedermann desto eher bekandt seyn, da schon die Alten, von welchen wir den CAMERARIVM l. c. anführen, diesen Unterschied durch die Kupfer zu erkennen gegeben. Wir wollen also erstlich von den männlichen Blumen handeln. Es bestehet dieselbe aus einem einblätterigten und in fünf Theile geschnittenen Kelch, welcher die noch zugeschlossene Blumendecke genau umschliesset Fig. 3. a. und dieselbige, auch wenn die Blume sich aufgethan, gleichsam noch unterstützet Fig. 5. a. Mit diesem verbindet sich die Blümendecke, welche von Farbe gelblicht, und in 5. ziemlich breite Einschnitte zertheilet ist b. Fig. 3. und 5. In der Mitte derselben Fig. 4. c. sitzen die Stamina, und damit die Antherae desto besser können betrachtet werden, sind sie auch von den übrigen Theilen abgesondert vorgestellet worden, und zwar zeiget Fig. 6. die Filamenta mit den Antheris von der äuserlichen, Fig. 7. aber von der innerlichen Seite, wobey man zugleich wahrnehmen kann, daß diese 3. Antheren nicht einerley Gestalt haben: denn zwey davon sind doppelt, und gleichsam auf beyden Seiten mit Oehrgen versehen, die dritte aber ist einfach und nur auf der einen Seite geöhret. In der fruchttragenden Blume ist der Blümenkelch wie bey der männlichen, aber nicht mit dem Stiele verbunden, sondern sitzet auf dem Ovario auf, und fället davon ab Fig. 9. a. Die Blumendecke ist auch wie in der vorigen beschaffen Fig. 9 b. Das auf besondere Art gestalte Pistillum aber zeiget ein ziemlich grosses, unter der Blumendecke befindliches Ovarium f. Fig. 8. 9. aus welchen ein einfacher und kurzer Stylus entstehet, der endlich in drey krumme Stigmata Fig. 10. getheilet wird. Diese, wie sie miteinander vereiniget sind, stellet von der obersten Seite die Fig. 11. und 8. e. vor, die Fig. 12. aber zeiget den einen doppelten, von dem dreyfachen abgesonderten Theil von der innern Seite. Aus dieser weiblichen Blume kommet die länglichte Frucht, welche auf den verlängerten Stiele aufsitzet, und mit vielen kleinen Stacheln versehen ist Fig. 14. Diese ist, wie solches der quer durchgemachte Schnitt Fig. 13. und 16. zeiget, in drey Fächer getheilet. Wenn dieselbe zur Reife gelanget, stösset sie den innern enthaltenen schädlichen Saft mit den länglichten und platten Saamen Fig. 17. und 18. entweder durch eigene Kraft, oder wenn sie nur etwas angerühret wird, aus sich heraus, und läst die leere Frucht Fig. 15. in welcher noch einige häutige Behältnisse anzutreffen sind, zurück. Es kommet diese Pflanze in allen Theilen der Blume und der Frucht mit der Momordica vollkommen überein, nur in Ansehung der Figur von der Frucht ist sie von derselben unterschieden, und deswegen hat LINNAEVS, welcher diesen Unterscheid nicht achtet, das Elaterium mit der Momordica und Luffa vereiniget.

TAB. 109. *Lat.* Aster atticus, Inguinalis, Bubonium. *Germ.* Sternkraut, Bruchkraut, Scartenkraut. *Graec.* ☉ ✚ Ἀστὴρ Ἀττικός. *Angl.* Starwort, Aster Attic. *Hisp.* Astar atticon, Estrellada, Bobas. *Ital.* Aster attico. *Gall.* Petite Espargoutte, Estoille.

1. Caulis sesquipedem altitudine aequat, folia viriditate splendent. Flores sunt purpurei, in quorum medio luteus conspicitur discus.

2. In Anglia in hortis colitur, sponte vero provenit in Graecia, Italia, Hispania, & illis Galliae regionibus, quae meridiem spectant. Floret mense Augusto.

3. Veteres contusa folia, ut cataplasma induratis tumoribus & bubonibus inguinalibus imposuerunt. DIOSCORIDES ut egregiam medicinam hanc plantam extollit in nimio ventriculi calore, & oculorum inflammatione.

1. Die Stengel werden anderthalb Schuh hoch, die Blätter sind grasgrün, die Blumen purpurfarben mit einer gelben Scheibe in der Mitte.

2. Man pflanzet es in Engelland in den Gärten, wild aber findet man es in Griechenland, Italien, Spanien, und den mittägigen Provinzen von Frankreich, blühet im August.

3. Die Alten liessen die Blätter zerquetschet als einen Umschlag oder Cataplasma über die verhärteten Geschwulste in den Weichen legen. DIOSCORIDES lobet sie als ein Mittel in allzugrosser Hitze des Magens und Entzündung der Augen.

4. NOM. GEN. Aster *Rai. Hist. I. 265. Meth. 33. Syn. 174. Tourn. 481. Magn. Car. 121. Boerh. I. 95. Rupp. 178. Knaut. Hal. 127. Vaill. Act. Par. 1720. 399. Heuch. Ind. 48. Pont. Diss. 226. Linn. Gen. no. 787. Roy. 166. Hall. 725. Ludvv. no. 352. Kram. 81. Segu. Ver. II. 207. Wachend. 233.*

5. NOM. SPEC. Tinctorius flos primus *Trag. 124.* Aster Italorum *Lob. Obs. 188. Ic. a. 349.* Aster Atticus *Ruell. 633. Gesn. Hort. 269. Dalech. 860. Dod. 266. Camer. Epit. 904.* Aster VIII. Italorum & Fuchsii *Clus. Hist. II. 16.* Aster Atticus seu Amellus *Matth. 817.* Aster Atticus purpuro coeruleus *Tabern. 716. Knaut. Hal. 127.* Aster Atticus coeruleus vulgaris *C. B. pin. 277. Moris. III. 119. S. VII. t. 22. f. 17. Tourn. 481. Magn. Car. 121. Boerh. I. 95. Vaill. Act. Par. 1720. p. 399. Pont. Diss. 226. Rupp. 178. Heuch. Ind. 48. Segu. Ver. II. 207.* Aster Atticus purpureo flore *J. B. II.* 1044. Aster Atticus Italorum flore purpureo *Rai. Hist. I.* 268. Aster Atticus latifolius flore coeruleo *Heist. I. 4.* Aster Atticus maior vulgaris folio oblongo acuminato crenato *Kram.* 81. Aster foliis lanceolatis scabris semiamplexicaulibus, parum serratis, calycibus laxis, squamis lanceolatis *Linn. H. Cliff.* 407. *Roy.* 168. *Wachend.* 235. Aster foliis scabris ellipticis integris, floribus in summo caule umbellatis coeruleis *Hall.* 726.

Nota. *Fig. I.* 1. *4. 12.* imitationes ſunt Blackvvellianæ plantæ, reliquae vero icones omnes additae ſunt, factaeque ſecundum plantam, in horto proprio TREWII creſcentem, quae toto habitu cum icone Blakvvelliana convenit, florumque modo magnitudine atque colore diſcrepat. An illa magis naturalis, noſtra vero cultura ſpecioſior reddita? indicare illud certe videntur icones ab veteribus exhibitae, & ipſa DODONAEI l. c. comparatio florum cum floribus Chamæmeli. Planta fulcitur radice fibroſa, craſſa, fuſco colore inſignita, quae & ſtolones foliis radicalibus latioribus, ſubovatis conſpicuos, & caules tenues fragiles foliis oblongis paulo acuminatis amictos emittit. Caules circa faſtigium in ſurculos dividuntur, & ex alis ſummorum foliorum flores in petiolis unifloris emittuntur. Flores hi ſunt compoſiti, ex floſculis duplicis indolis, tubuloſis nempe & lingulatis *Fig. 2. b. c.* qui calyce ſquamoſo laxo *Fig. 2. 3. a.* continentur. Ipſam horum floſculorum diverſam faciem peculiaribus figuris delineatam dedimus; nempe *Fig. 4. 5.* integrum floſculum lingulatum, ubi *d.* lingulam, *e.* ſtylum ſtigmate duplici inſignitum, *f.* ovulum, *g.* vero ſquamulam peculiarem adpoſitam exhibet, *Fig. 6.* Floſculus tubuloſus in naturali magnitudine, *Fig. 7.* vero in aucta repræſentatur, hinc *Fig. 7. h. & 9. o.* florem infundibuliformem quinquifidum, *i.* antheram cylindraceam, filamentis quinque breviſſimis tubo corollæ adnatis *Fig. 8. n.* impoſitam, *l. Fig. 7. & 8.* ovulum ſub floſculo pilis *m.* coronatum, ex quo ſurgit ſtylus longitudine ſtaminum, in naturali magnitudine *Fig. 10*, aucta vero *Fig. 11*, qui in ſtigma bifidum *Fig. 7. k.* dividitur. Vtriſque floſculis ſuccedunt ſemina, quibus pappus imponitur ſimplex. Eiusmodi maturum ſemen in magnitudine naturali & aucta exhibetur *Fig. 12. 13 14.*

Anm. Die Figuren I. 1. 4. 12. ſind Nachahmungen der Blackwelliſchen Pflanze, die übrigen aber alle ſind von neuen beygefüget, und nach derjenigen Pflanze gemahlet, welche in TREWS Garten befindlich iſt. Dieſe kommet der Geſtalt nach mit der Blackwelliſchen Zeichnung überein, und iſt nur in der Gröſſe und Farbe unterſchieden. Iſt jenes vielleicht die natürliche Pflanze? und iſt die unſere durch die Wartung nur gröſſer worden? Es ſcheinet dieſes die Zeichnungen, welche die Alten von dieſer Pflanze gegeben, und die Vergleichung, welche DODONAEVS l. c. mit den Blumen der Chamomillen gemacht, einigermaſſen anzudeuten. Dieſe Pflanze befeſtiget eine zäſerichte dicke und braune Wurzel, aus welcher ſowohl Nebenzweige mit vielen breiten länglichten Blättern, als auch dünne zerbrechliche Stengel mit länglichten etwas ſpitzigen Blättern gezieret entſtehen. Die Stengel werden gegen die Spitze in Aeſtgen vertheilet, und aus den Winkeln, welche die Blätter mit denſelben machen, kommen Blumen, davon eine jede auf ihren beſondern Stiele ſitzet. Dieſes ſind zuſammen geſetzte Blumen von zweyerley Art Fig. 2. b. c. und zwar werden ſie tubuloſi und lingulati genennet. Sie werden von einem lockern ſchuppichten Blumenkelche Fig. 2. 3. a. umſchloſſen. Die verſchiedene Geſtalt dieſer Blumen zeiget ſich hier in beſondern Abbildungen, nemlich Fig. 4. 5. ſtellet einen ganzen floſculum lingulatum vor, woſelbſt d. die lingulam, e. den ſtylum mit dem doppelten ſtigmate, f. das ovulum, g aber die beſondere daſelbſt anhangende Schuppe darſtellet. In der Fig. 6. zeiget ſich der floſculus tubuloſus in der natürlichen Gröſſe, welche auch Fig. 7. vergröſſert iſt, woſelbſt h, und Fig. 9. o. das trichterförmige fünffach getheilete Blumenblat, i die cylindriſche Anthera, welche mit 5. kurzen Fädgen in der Höhle der Blumendecke Fig. 8. n. beveſtiget iſt, l. Fig. 7. und 8. ſtellet das ovulum vor, welches unter der Blumendecke ſitzet, und mit Haaren m. bekrönet iſt, aus dieſem entſtehet der Stylus welcher mit den Staubfäden faſt einerley Länge hat: dieſen ſiehet man Fig. 10. in der natürlichen Gröſſe, Fig. 11. aber in der vergröſſerten Beſchaffenheit. Dieſer wird endlich in ein getheiltes ſtigma Fig. 7 *k.* zertheilet. Alle beyde Arten von Blumen machen endlich ihre Saamen, auf welchen ein Pappus ſitzet. Einen ſolchen reifen Saamen ſtellen in der natürlichen und auch vermehrten Gröſſe vor Fig. 12. 13. 14.

TAB. 110. *Lat.* Eupatorium Avicennæ, vel vulgare. *Germ.* Waſſerdoſten, Kunigundenkraut, Albkraut. *Angl.* ⊙ The Eupatorium of Avicenna, Comon Hemp-Agrimony. *Hiſp.* Agrimonia. *Ital.* Eupatorio. *Gall.* Eupatoire, Agrimoine. *Belg.* Eupatorium, Boelkenskruyt, Renslagh van Agrimonie.

1. Caulis duos vel tres pedes altitudine attingit. Folia lucide viridia, flores purpurei ſunt.
2. Circa fluviorum ripas, ſtagnantiumque margines creſcit, ac Auguſto menſe floret.
3. SCHROEDERVS ut egregiam vulnerariam medicinam laudat, quæ interne, inprimis vero externe, adhiberi poteſt. Cachecticam corporis depravationem corrigere, & catarrhis tuſſique mederi traditur.

1. Der Stengel wächſt zwey oder drey Fuß hoch, die Blätter ſind licht grasgrün.
2. Es wächſt an Flüſſen und Teichen, wo es im Auguſt blühet.
3. SCHROEDER rühmet es als ein gutes Wundkraut, ſowohl innerlich als beſonders äuſſerlich zu gebrauchen. Es ſoll die cachectiſche Beſchaffenheit des Körpers verbeſſern, ingleichen die Flüſſe und Huſten curiren.

4. NOM. GEN. Eupatorium *Rai. Hiſt. I.* 293. *Meth.* 34. *Syn.* 179. *Tourn.* 455. *Magn. Car.* 137. *Boerh. I.* 117. *Pont. Diſſ.* 160. *Vaill. Act. Par.* 1719. *p.* 302. *Knaut. Hal.* 132. *Linn. Gen. no.* 772. *Roy.* 155. *Kram.* 69. *Hall.* 704. *Ludvv. no.* 308. *Segu. Ver. II.* 169. *Heiſt. Syſt.* 7.

5. NOM. SPEC. Herba Kunigundis *Trag.* 391. *I. Tab.* 336. Cannabina aquatica *Lob. Obſ.* 285. *Ic. a.* 528. Vulgare Hepatorium *Dod.* 28. Eupatorium vulgare *Dalech.* 1063. *Matth.* 717. *Camer. Epit.* 757. Eupatorium Avicennæ creditum *Geſn. Hort.* 258. Eupatorium cannabinum *C. B. pin.* 320. *Park.* 395. *Rai. Hiſt. I.* 293. *Syn.* 179. *Tourn.* 456. *Mag. Car.* 137. *Pont. Diſſ.* 161. *Vail.* 51. *Boerh. I.* 118. *Knaut. Hal.* 132. *Rupp.* 191. *Heuch. Ind.* 45. *Zannich.* 97. *t.* 7. *Segu. Ver. II.* 169. Eupatorium cannabinum mas *Ger.* 711. *Dill.* 140. Eupatorium adulterinum *J. B. II.* 1065. Eupatorium cannabinum vulgare, foliis trifidis profunde dentatis *Moriſ. III.* 97. *S. VII. t.* 13. *f.* 1. Eupatorium ſylveſtre folio digitato, flore rubro *Heiſt. I.* 13. Eupatorium folio cannabino *Kram.* 69. Eupatorium fol. digitatis *Linn. H. Cliff.* 369. *Fl. Suec.* 665. *Act. Stockh.* 1741. *p.* 209. *Roy.* 155. *Guett. II.* 342. *Wachend.* 212. *Dalib.* 250. Eupatorium foliis plerumque ternatis *Hall.* 704. *Boehm.* 185.

Nota. Blackvvellianam figuram exhibemus *Fig.* I. 1. 4. 12. reliquas omnes ipſi addidimus. Folia huius plantæ, ut in plurimis fieri ſolet, non ubique habent eandem figuram. Plurima & ea inprimis, quæ caulem ex viridi purpuraſcentem atque floriferum cingunt, ſunt ternata, quorum foliola ovata, ſerrata, medium maximum latiusque, lateralia vero minora acutiora. Aliquando vero folia hæc modo ſunt ſimplicia, & utplurimum oppoſita, ſuperiora æque ac inferiora. Eiusmodi folii ſuperficies ſuperior & inferior oſtenditur *Fig.* 15. 16. Ipſe caulis & eius ramuli ex alis foliorum egredientes ſuſtinent magnam florum copiam, ac ſi umbella plana eſſet. Eiusmodi ramulum florigerum in naturali magnitudine exhibet *Fig. II.* Singulatim vero *Fig.* 1. delineatur flos compoſitus, a calice communi denudatus, receptaculo tamen & pedunculo adhuc iunctus, qui vero ſquamulis illis inæqualibus ac

Anm. Die Blackwelliſche Zeichnung ſtellet Fig. I 1. 4. 12. vor, die übrigen aber haben wir beygefüget. Die Blätter dieſer Pflanze haben, wie es in vielen gewöhnlich, nicht einerley Geſtalt. Die meiſten und ins beſondere diejenigen, welche den grünlichten und Blumentragenden Stengel bekleiden, ſind dreyfach, von denen ovalen und eingekerbten Blättgen das mittlere am gröſten und breiteſten, die auf den Seiten ſtehende aber kleiner und ſpitziger ſind; bisweilen aber ſind die Blätter nur einfach, alle, ſowohl die oberſten als unterſten, ſind einander faſt gegenüber geſetzet. Eine ſolches Blättgens oberſt- und unterſte Fläche zeiget ſich Fig. 15. und 16. Sowohl der Stengel als die bey den Blättern entſtehenden Aeſtgen halten eine groſſe Menge von Blumen, welche gleichſam einen ſo genannten Schirm ausmachen. Ein ſolches blühendes Aeſtgen iſt in der natürlichen Gröſſe Fig. II. vorgeſtellet.

quaſi imbricatim poſitis adhuc comprehenſus cernitur a facie laterali *Fig.* 2. a facie ſuperiori vero ſeu anteriori (an potius inferiori) *Fig.* 3. ubi *b. b.* floſculi quini, *a. a.* vero calicis ſquamulæ deſignantur. Floſculum perfectum ſeparatum in magnitudine naturali & aucta denotat *Fig.* 5. 6. ubi *c.* corollam infundibuliformem, *d. d.* diviſiones ſtyli, *e.* vero ovulum deſignat. Stylo ſeparato ovulum pilis coronatum & corolla *Fig.* 7. & 8. cernuntur. Quo vero ipſæ floſculi partes eo melius contemplari poſſimus, illum apertum a facie interna delineavimus *Fig.* 9. quæ tubum apertum *c.* ex quinque antheris compoſitum canalem *h*, per eundem tranſeuntem ſtylum longiſſimum bifidumque *g*, nec non ovulum *e.* nobis ſiſtit: peculiari porro icone & in naturali & aucta magnitudine ſtylum delineatum dedimus *Fig.* 10. 11. Calix, corollis marceſcentibus immutatus, thalamo nudo continet ſemina, pappo coronata, ut videmus *Fig.* 12. 13. & 14.

let. Beſonders aber zeiget Fig. I. die zuſammengeſetzte Blume, wie ſie von dem gemeinſchaftlichen Blumenkelche entblöſſet, mit dem Receptaculo aber und dem Stiele annoch verbunden iſt; wie aber ſolche von den ungleichen ſchuppenweiſe übereinander liegenden Blättgen umſchloſſen iſt, ſiehet man von der Seite in der Fig. 2. von oben aber oder von forne in der Fig. 3, in welcher b. b. die fünf Blümchen, a. a. aber die Schuppen des Kelches anzeigen. Ein vollkommenes Blümgen, von allen andern abgeſondert, ſiehet man in der natürlichen und vergröſſerten Beſchaffenheit Fig. 5. 6, woſelbſt c. die trichterförmige Blumendecke, d. d. die Theilung des Styli, und e. das ovulum bezeichnet. Nachdem der stylus abgeſondert, zeiget ſich ſowohl das mit Haaren gezierte ovulum, als auch die Blumendecke Fig. 7. und 8. Damit man aber die Theilgen dieſer Blume deſto beſſer betrachten könne, haben wir ſolche zerſchnitten, wie ſie von der innerlichen Seite erſcheinet, abgemahlet Fig. 9, welche den geöffneten tubum c, die aus fünf antheren zuſammengeſetzte Röhre h, den durch ſelbige gehenden ſehr langen und zweyfach getheilten stylum g. wie auch das ovulum e. kenntlich machet: ferner haben wir auch ſowohl durch Vergröſſerung als auch nach natürlicher Beſchaffenheit den stylum Fig. 10. 11. vorgeſtellet. Der Kelch bleibt, wenn die Blumendecke verwelcket, unveränderlich ſtehen, und enthält auf einem bloſen Thalamo viele mit Haaren beſetzte Saamen, wie wir Fig. 12. 13. und 14. wahrnehmen.

TAB. 111. *Lat.* Hyoſcyamus albus, Herba canicularis, Dens caballinus. *Germ.* Dollkraut, Schlafkraut, Sau☉ bohn, Rindswurz, Zigeunerkraut, Bilſenkraut, Teuffelsaugen. *Græc.* Ὑοσκύαμος λευκός. *Angl.* White Henbane. *Hiſp.* Meimendro, Velenno blanco. *Ital.* Jusquiamo bianco. *Gall.* Endormie, Jusquiame blanc. *Belg.* Bylſenkruyt.

1. Caulis ad duorum pedum altitudinem extenditur, folia obſcure vireſcunt, flores ex luteo palleſcunt.

2. In calidis regionibus ſponte provenit, in Anglia vero in hortis colitur & Menſe Julio & Auguſto flores protrudit.

3. Hæc Hyoſciami ſpecies mitior cenſetur vulgari, quam nigram dicimus, hinc & pro interno uſu adhibetur, lenientem enim refrigerantem & dolores mitigantem virtutem exſerit. Adhibetur in inflammationibus & catharris calidioribus, ſæpius etiam unguenta calorem mitigantia & repellentia ingreditur.

1. Der Stengel wird zwey Fuß hoch, die Blätter ſind dunkelgrün, die Blumen bleichgelb.

2. Es wächſt in warmen Gegenden, in Engelland aber wird es in Gärten gezogen und blühet in Julio und Auguſt.

3. Dieſe Art des Bilſenkrauts wird vor gelinder gehalten als das ſchwarze, und wird daher innerlich gebraucht, indem es lindert, kühlet und die Schmertzen ſtillet, es dienet in Entzündungen und hitzigen Flüſſen, wird auch öfters unter die kühlenden und zurücktreibenden Salben gemiſchet

4. NOM. GEN. Hyoſcyamus *Rai. Hiſt. I.* 712. *Meth.* 81. *Syn.* 274. *Tourn.* 117. *Magn. Car.* 230. *Boerh. I.* 229. *Riv. Mon. p. 18. Rupp.* 248. *Heuch. Ind.* 28. *Linn. gen. no.* 178. *Roy.* 422. *Kram.* 45. *Hall.* 512. *Ludvv. no.* 275. *Guett. II.* 308. *Wachend.* 38. *Segu. Ver. I.* 256. *Heiſt. Syſt.* 8.

5. NOM. SPEC. Hyoſcyamus albus *Dalech.* 717. *Dod.* 451. *Lobel. Obſ.* 139. *Ic. a.* 269. *Cam. Epit.* 808. *J. B. III. b.* 627. *Rai. Hiſt. I.* 712. Hyoſcyamus candidus *Trag.* 107. Hyoſcyamus albus vulgaris *Clus H. ſt. II.* 84. Hyoſcyamus albus maior vel tertius Diſcoridis & quartus Plinii *C. B. pin.* 169. *Moriſ. II.* 494. *S. V. t.* 11. *f.* 2. *Tourn.* 118. *Boerh. I.* 229. Hyoſcyamus fl. luteo *Riv. Mon. tab.* 102. Hyoſcyamus fl. albo *Heuch. Ind.* 28. Hyoſcyamus albus fl. albo fundo virente *Heiſt. III.* 11. Hyoſcyamus creticus flore albo medio viridi *Siegesb.* 56. Hyoſcyamus foliis petiolatis floribus ſeſſilibus *Linn. H. Cliff.* 56. *Roy.* 422. *Wachend.* 38.

Nota. Nomina ſpecifica, quæ propoſuimus, omnino ad Blackvvellianam iconem pertinere videntur. Figura *II.* vero & reliquæ additæ 3. 4. 5. 7. 8. 9. 10. 12. 13. 14. 15. 17. factæ ſunt ſecundum plantam ex ſemine, hyoſcyami albi nomine accepto, enatam, quæ foliorum ſuperiorum laciniis ut & floris magnitudine ſeminisque colore a figuris Blackvvellianis differunt. Hac occaſione non poſſumus non, quin quædam de diverſis nonnullis, huic plantæ proxime accedentibus, ſpeciebus in medium proferamus. LINNAEVS & recentiorum plures præter indicatam ſpeciem aliam exhibent, foliis petiolatis, floribusque pedunculatis inſtructam, hancque illam eſſe, quam *Hyoſcyamum aureum* BOERHAAVIVS, & *luteum* RIVINVS appellant. Cum vero & in icone a RIVINO data flores ſine pedunculo intercedente cauli preſſe adhæreant, & CLVSIVS, quem allegant, ipſe illam plantam non viderit, nos potius exiſtimamus, utramque plantam non genuinam ſpeciem, ſed modo luſum varietatemque naturæ eſſe. Poſſumus itaque & illam plantam à BOERHAAVIO l. c. propoſitam huc apponere, quam *Hyoſcyamum album maiorem umbilico floris viridi* cognominat. Eſt alia forte varietas, quæ florum colore a noſtra differre videtur. Dicitur illa *Hyoſcyamus albus creticus* CLVSIO vel BOERHAAVIO *Hyoſcyamus maior albo ſimilis umbilico floris atro purpureo.* Hæc, ut viva nos edocuit planta, in omnibus partibus cum icone Blackvvelliana convenit, in eo modo differentiam invenimus, quod corolla ex albido ſublutea ſit, in interioribus partibus, vel ut dicunt umbilico, obſcure purpurea. Has plantas, licet à plurimis & a RAIO inprimis l. c. nec non MAGNOLIO Bot. Monſpel. p. 134. ut diverſæ ſpecies exhibeantur, varietates tantum eſſe, ex eo inprimis cognovimus, cum ex uno eodemque ſemine enatæ plantæ

Anm. Die Unterſcheidungs-Namen derer Arten, welche wir beygefüget, ſcheinen allerdings zu der Blackwelliſchen Abbildung zu gehören. Die Fig. II. und die übrigen, welche wir hinzugeſetzet, als 3. 4. 5. 7. 8. 9. 10. 12. 13. 14. 15. 17. ſind von einer Pflanze genommen, welche aus dem Saamen, ſo wir unter dem Namen Hyoſcyamus albus erhalten, erzeuget worden. Dieſe aber ſind von den Blackwelliſchen Figuren in Anſehung der Einſchnitte der obern Blätter, der Gröſſe der Blumen, und der Farbe derer Saamen unterſchieden. Wir ergreifen dahero dieſe Gelegenheit, etwas von den verſchiedenen Arten, welche mit dieſer Pflanze am nächſten überein kommen, anzuführen. LINNAEVS und die meiſten neueren Kräuterkenner führen auſſer der erzehlten Art noch eine andere an, deren Blätter und Blumen durch beſondere Stiele anhangen. Dieſe halten ſie vor einerley mit derjenigen, welche BOERHAAVIVS den Hyoſcyamum aureum, RIVINVS den luteum benennet. Da aber ſowohl RIVINVS in ſeiner Abbilduug die Blätter ſehr nahe am Stengel anſizend mahlet, als auch CLVSIVS, welchen ſie zum Zeugnis anführen, die Pflanze ſelbſt nicht geſehen hat, ſo halten wir vielmehr davor, daß beyde Pflantzeu keine wahrhafte Arten, ſondern nur eine Abweichung und Spiel der Natur ſind. Wir können daher auch diejenige Pflantze, welche BOERHAAVE l. c. Hyoſcyamum album maiorem umbilico floris viridi nennet, hieher rechnen. Es iſt auch vielleicht noch eine Abänderung, welche ſich von der unſerigen durch die Farbe der Blumen unterſcheidet. Sie heiſſet bey dem CLVSIO Hyoſcyamus albus creticus, bey dem BOERHAAVE aber Hyoſciamus albo ſimilis, umbilico floris atro purpureo. Sie kommt, wie wir aus dem Wachsthum der Pflantze ſelbſt

plantæ aliquando umbilicum floris viridem, aliquando purpureum exhibeant. Hiſce, quæ ſpeciem concernunt, præmiſſis, ipſarum iconum explicationem dabimus. Corollam monopetalam in quinque lacinias diverſæ magnitudinis diviſam, a facie anteriori ſiſtit *Fig.* 2. a facie laterali *Fig.* 3. Hæc a calyce monophyllo quinquifido inferius ventricoſo Fig. 7. ſeparata exhibetur *Fig.* 4. huiusque ſingularem faciem videmus hac & ſequenti *Figura* 5. illam diſſectam & explicatam a facie interiori conſpiciendam dedimus, nempe *a*, *a*, lacinias corollæ inferiores, minores, ut plurimum magis albido colo e inſignitas, *b*, *b*, *b*, tres ſuperiores ampliores, *c*, vero ipſum tubum, & *d*, *d*, quinque filamenta antheris ſubrotundis ornata. Calice & corolla ſeparata, remanet piſtillum *Fig.* 8, quod ex ovario ſubrotundo *e*, & ſtylo longo inflexo ſtigmate orbiculari terminato *f*, componitur. Calix fructus matureſcentis perſiſtens *Fig.* 9. a facie externa, *Fig.* 10. vero a facie ſuperiori & interiori conſpiciendus delineatur, & fit capſula bilocularis, tecta operculo horizontaliter dehiſcente. Capſulam hancce ſeorſim monſtrat *Fig.* 12. eius operculum *Fig.* 10. & 12. *h*. quod & ſeparatum a facie interna *Fig.* 13. cernitur, quo ablato *Fig.* 14. ſemina *k*. in conſpectum veniunt; interiora vero loculamenta exhibet capſula diſſecta *Fig.* 15. *l*. in eaque contenta ſemina *Fig.* 17.

ſelbſt erſehen, in allen mit der Blackwelliſchen Abbildung überein, und haben wir nur darinnen einen Unterſcheid bemerket, daß die Blume weißgelb, inwendig aber und in der Mitte dunkel purpurfärbig ſey. Daß dieſe Pflantzen, ob ſie gleich von den meiſten, und beſonders von dem RAIO Hiſt. I. .. wie auch MAGNOLIO Bot. Monſpel. p. 134. als eine beſondere Art ausgegeben werden, doch nur als Abweichungen zu betrachten ſind, haben wir insbeſondere daher erfahren, weil die Pflantzen, welche aus einerley Saamen hervorgekommen, öfters in der Mitte der Blume grüne, öfters auch purpurfärbig geweſen. Nachdem wir alſo dieſes vorausgeſetzet, wollen wir auch die Erklärung der Kupfer beyfügen. Die einblätterige in fünf ungleiche Theile eingeſchnittene Blumendecke ſiehet man von forne Fig. 2. von der Seite aber Fig. 3. wie dieſelbe von dem einblätterigten, oben fünffach getheilten, und unten weiten Kelche Fig 7. abgeſondert, zeiget die Fig. 4. Woſelbſt auch und in der folgenden ten Figur die beſondere Beſchaffenheit derſelben dargeſtellet wird, welche dieſelbe zerſchnitten und ausgebreitet von der innern Seite zu ſehen giebt. Wir zeigen nemlich a. a. die untern kleinern meiſtentheils weißlichten Einſchnitte, b. b b. die drey gröſſern und breiten, . aber die Röhre deſſelben und d. d. die fünf Staubfäden mit den rundlichen Antheren bezeichnet. Nachdem der Kelch und die Blumendecke weggenommen, bleibt das piſtillum Fig. 8. welches aus dem rundlichen ovario .e. und dem langen, gebogenen, mit einem rundlichen ſtigmate geendigten ſtylo f. beſtehet. Der bey der zur Reife gelangten Frucht noch ſtehenbleibende Kelch, welcher von auſſen Fig. 9. von oben und innen aber Fig. 10. ſich zeiget, wird eine zweyfächerichte Capſel, welche mit einem quer durch und loßgehenden Blättgen bedecket wird. Dieſe wird beſonders Fig. 12. und deſſen Deckel Fig. 10. und Fig. 12. h. vorgeſtellet, welches letztere auch noch ganz alleine von der innerlichen Seite Fig. 13. ſich zeiget. Wenn dieſes weggenommen Fig. 14. kommen die Saamen k. zum Vorſchein; die innern Fächelchen weiſet uns die zerſchnittene Capſel Fig. 15. l. wie auch die darinnen enthaltenen Saamen Fig. 17.

TAB. 112. *Lat.* Anchuſa. *Germ.* Rothe Ochſenzunge. *Græc.* Ἄγχουσα ἑτέρα. *Angl.* Alkanet. *Hiſp.* Sagem. *Ital.* Anchuſa. *Gall.* Orchanette. *Belg.* Alkanne.

1. Caulis duos pedes altitudine ferme æquat, folia obſcure viridia, flores purpuro-cœrulei ſunt.

2. In hortis Angliæ colitur, in iisque Junio & Julio menſe flores oſtendit.

3. DIOSCORIDES veterumque plures radicem cum vino contra morſum venenatorum animalium propinarunt; Externe in ambuſtis & ut dici ſolet St. Antonii igne uſurpari poſſe, quoque traditur. PARKINSONIVS infuſionem corticis cum oleo petræ ut egregiam medicinam in vulneribus ſectis recentibus laudat.

1. Der Stengel ſteiget bis zwey Fuß hoch, die Blätter ſind dunkelgrün, die Blumen purpur-blau.

2. Man ziehet ſie in den Engliſchen Gärten, wo ſie in Junio und Julio blühet.

3. DIOSCORIDES und andere unter den Alten laſſen die Wurzel in Wein einnehmen wider den Biß giftiger Thiere, äuſſerlich ſoll ſie dienen, wenn man ſich verbrennet, ingleichen bey dem ſo genannten St. Antoni oder Flug-Feuer. PARKINSON rühmet die infuſion der Rinde mit Stein-Oehl zur Cur bey geſchnittenen und friſchen Wunden.

4. NOM. GEN. Anchuſa *Rai. Hiſt. I.* 496. *Meth.* 56. *Magnol. Car.* 76. *Boerh. I.* 189. *Knaut. Hal.* 16. *Linn. Gen. no.* 133. *Kram.* 9. *Roy.* 406. *Guett. II.* 89. *Wachend.* 18. Bugloſſum *Tourn.* 133. *Hall.* 523. *Ludvv. no.* 32. *Segu. Ver. I.* 213.

5. NOM. SPEC. Anchuſa II. *Dalech.* 1101. *Matth.* 703. *Tab.* 1233. Anchuſa Monſpeliana *J. B. III. b.* 584. *Rai. Hiſt. I.* 496. Anchuſa puniceis floribus *Moriſ. III.* 438. *S. XI. t.* 27. *f.* 5. Bugloſſum radice rubra, ſive Anchuſa vulgatior floribus cœruleis *Tourn.* 134.

Nota. Hæc ſunt nomina illa ſpecifica, quæ huic Blackvvellianæ iconi convenire videntur. Plurima certe occurrunt dubia, dum illam paulo accuratius determinare volumus. In plurimis convenit cum *Bugloſo anguſtifolio maiore flore coeruleo*, vid. *C. B. pin.* 256. *Tourn.* 134. *Boerh. I.* 188. *Rupp.* 12. & ſolo forte radicis colore ab eadem differre videtur. Cum vero DODONAEVS p. 629. *Anchuſæ*, quam *Alcibiadion* cognominat & quæ ſane cum *Bugloſſo vulgari Matth.* 825. una eademque eſſe videtur, radicem in frigidis regionibus minime, in calidis vero locis rubere ſanguineoque colore manus inficere referat, hincque radicis color non ſemper idem obſervetur, floresque aliquando punicei, aliquando vero coerulei inveniantur, exiſtimamus, omnino hanc plantam, quam delineatam denuo hic dedimus, varietatem illius eſſe, quæ dicitur *Anchuſa foliis lanceolatis ſpicis imbricatis ſecundis Linn. Cliff.* 46. *Fl. Suec.* 153. *Roy.* 406. *Guett. II.* 89. *Wachend.* 18. *Dalib.* 59. vel *Bugloſſum floribus longe ſpicatis Hall.* 523. *Boehm.* 22. Mirum forte videbitur quibusdam, nos plantam, quæ a plurimis non modo ut ſpecies diverſa, verum etiam ut peculiare genus propoſita fuit, tanquam varietatem aſſumere. Qui vero perpendit, RAIVM, BOERHAAVIVM aliosque methodicos plantarum ſcriptores aliquando ab accidentalibus proprietatibus, partibusque minus eſſentialibus vegetabilium, genericos characteres deſumſiſſe & in noſtra radicis ſanguineum ſuccum, ut notam ad genus determinandum ſufficientem propoſuiſſe, ille facile nobis concedet, ſi cum TOVRNEFORTIO, plurimisque, haſce plantas genere nulla ratione diverſas eſſe ſtatuimus.

Anm. Dieſes ſind diejenigen Nahmen, welche zu dem Blackwelliſchen Kupfer, wie es ſcheinet, gehören. Es finden ſich gewiß viele Zweifel, wenn man dieſelben genauer beſtimmen will. Denn meiſtentheils kommt dieſelbe mit derjenigen Pflanze überein, welche Bugloſſum anguſtifolium flore coeruleo genennet wird. Siehe C. B. pin. 256. Tourn. 134. Boerh. I. 188. Rupp. 12. und es ſcheinet als ſey dieſelbe von jener nur in Anſehung der Farbe der Wurzel unterſchieden. Da aber DODONAEVS p. 629 meldet, daß die Wurtzel Anchuſa, welche er Alcibiadion genennet, und welche mit dem Bugloſſo vulgari Matth. p. 825. gewiß einerley iſt, in kalten Ländern ganz und gar nicht, in warmen aber ſchön roth gefärbet ſey, die Hände mit einer bluthrothen Farbe überziehe, auch alſo die Farbe der Wurzel nicht allezeit einerley iſt, und die Blumen bisweilen roth bisweilen aber blau gefärbet gefunden werden, ſo glauben wir allerdings, daß dieſe Pflantze, welche wir hier abgezeichnet darſtellen, nur eine Abweichung derjenigen ſey, welche genennet wird Anchuſa foliis lanceolatis ſpicis imbricatis ſecundis Linn. Cliff. 46. Fl. Suec. 153. Roy. 406 Guett. II. 89. Wachend. 18. Dalib. 59. vel Bugloſſum floribus longe ſpicatis Hall. 523. Boehm. 22. Es werden ſich vielleicht einige wundern, daß wir eine Pflantze, welche von den meinſten nicht allein als eine beſondere Art, ſondern auch als ein beſonders Geſchlecht angenommen worden, blos mit den Nahmen einer Abweichung belegen wollen. Wer aber überleget, daß RAIVS. BOERHAAVE, und andere, welche die Pflantzen nach ihren Geſchlech-

tuimus. Illam quoque differentiam, a MAGNOLIO l. c propoſitam, dum Anchuſæ floribus ſquamas illas ad tubum corollæ poſitas deneget, cum natura ipſarum ſtirpium non convenire, ipſa vivæ ſtirpis contemplatio docet.

ſchlechtern einzutheilen ſich bemühet, öfters von zufälligen Eigenſchaften und ſolchen Theilen, welche zu dem Weſen einer Pflanze nicht gehören, die Kennzeichen des Geſchlechts genommen, und bey gegenwärtiger Pflanze den blutigen Saft der Wurzel als ein Zeichen, welches zur Beſtimmnug des Geſchlechts hinreichend ſey, vorgetragen, derſelbige wird leichtlich zugeben, daß wir mit TOVRNEFORT und andern mehr behaupten, dieſe Pflantzen wären dem Geſchlecht nach ganz und gar nicht von einander unterſchieden. Daß derjenige Unterſcheid, welcher von den MAGNOL l. c. angezeiget wird, da er in der Blume der Anchuſæ die kleinen Schuppen an dem Trichter der Blumendecke läugnet, mit der wahren Beſchaffenheit der Pflanze nicht überein komme, lehret uns die Betrachtung der Pflanze ſelbſt.

TAB. 113. *Lat.* Saponaria vulgaris, Lychnis Saponaria dicta. *Germ.* Seiffenkraut, Speichelwurz. *Græc.* Στρέ- ⊙ ϑεον, λυχνίς. *Angl.* Sopevvort, Bruiſevvort. *Ital.* Lichnide coronaria. *Gall.* Saponaire, Savonniere, Herbe a foulon. *Belg.* Seepkruyt.

1. Sesquipedem altitudine æquat, folia graminea viriditate lucent, flores pallide purpuraſcunt.

2. In humentibus locis & ad fluvios creſcit, ibique variis æſtatis menſibus floret.

3. Saponaria herba dicitur, quia ſuccus eiusdem pingues maculas veſtium extinguit. Virtutem aperientem, diluentem & quodammodo diaphoreticam vulgo eidem tribuunt. A nonnullis in lue venerea adhibetur. Externe impoſita induratos tumores emollit, & panaricio medicinam præbet.

1. Es wächſt anderthalb Fuß hoch, die Blätter ſind grasgrün, die Blumen bleich purpurfärbig.

2. Man findet es an feuchten Orten, nahe bey Flüſſen, wo es verſchiedene Monathe des Sommers blühet.

3. Es heiſt Seifenkraut, weil ſein Saft fette Flecken aus den Kleidern ziehet. Man hält es vor eröfnend, verdünnend, und etwas Schweistreibend. Einige gebrauchen es wider die Franzoſen, äuſerlich aufgelegt erweichet es harte Geſchwulſt, und dienet zu dem Wurm am Finger.

4. NOM. GEN. Lychnis *Rai. Hiſt. I.* 99. *Meth.* 109. *Syn.* 337. *Tourn.* 333. *Magn. Car.* 265. *Knaut. Hal.* 49. *Rupp.* 117. *Kram.* 45. *Segu. Ver. I.* 424. Saponaria *Linn. Gen. no.* 431. *Roy.* 444. *Hall.* 378. *Ludvv. no.* 564. *Guett. II.* 286. *Wachend.* 78.

5. NOM. SPEC. Saponaria *Trag.* 708. *Lob. Obſ.* 170. *Ic. a.* 314. *Dod.* 179. *Matth.* 442. *Tab.* 1115. *Ger.* 360. *Rai. Hiſt. II.* 999. Saponaria maior *Dalech.* 822. Saponaria maior lævis *C. B. pin.* 206. Saponaria vulgaris *J. B. III. b.* 346. *Park.* 641. Saponaria vulgaris ſimplex *Moriſ. II.* 547. *S. V. t.* 22. *f.* Lychnis Saponaria dicta *Rai. Syn* 339. Lychnis ſylveſtris, quæ Saponaria vulgaris *Tourn.* 336. *Magn. Car.* 266. *Rupp.* 117. *Dill.* 153. *Vaill.* 120. *Zannich.* 172. *f.* 285. *Segu. Ver. I.* 428. Lychnis Saponaria dicta maior vulgaris flore ſimplici *Knaut. Hal.* 53. Lychnis Saponaria flore albo ſimplici *Heiſt. I.* 21. *Kram.* 35. Saponaria foliis ovatis lanceolatis calycibus cylindraceis *Linn. H. Cliff.* 165. *Vpſ.* 106. *Roy.* 444. *Guett. II.* 286. *Wachend.* 78. *Dalib.* 125. *Boehm.* 369. Saponaria foliis trinerveis floribus umbellatis *Hall.* 378.

Nota. Blackvvelliana huius plantæ delineatio *Fig. I.* florum inprimis colore ab altera *Fig. II.* 1. 2. & reliquis exhibita differre videtur. Deſumptæ namque ſunt ab huius ſpeciei varietate floribus magis pallentibus inſignita, & Noribergæ ſponte proveniente. Hinc & eſt, cur auctorum varii peculiarem exhibeant ſpeciem, nomine *Lychnidis ſylveſtris, quæ Saponaria vulgo flore albo Vaill. l. c.* accidentales vero cauſas aliquando flores colore roſeo rubentes, alias dilute purpuraſcentes aut prorſus candidos exhibere, DODONAEVS l. c. iam iam obſervavit. Caulis geniculatus, foliis oppoſitis, nervoſis, acuminatis ornatus eſt, ipſe eiusque ramuli propriis pedunculis *a. Fig.* 1. 4. 5. flores ſuſtinent, qui ex calyce monophyllo quinquedentato *Fig.* 1. *b.* & ex petalis quinis *c. c. Fig.* 1. 2. componuntur; quorum ungues anguſti *Fig.* 3. *e.* in limbum planum emarginatum *c. Fig.* 1. 2. 3. expanduntur. In ea parte, ubi hæc mutatio petali contingit, corpuſculum bifidum *d. Fig.* 2. 3. deprehendimus, quod vulgo ſquamula, a LINNAEO vero in H. Vpſal. l. c. Nectarium appellatur. Stamina huius floris conſtanter inveniuntur decem, quæ unguibus petalorum incluſa, horumque tubum longitudine parum ſuperantia exhibentur *Fig.* 1. *f.*, ſeparatis vero exterioribus partibus illa libera cernuntur *Fig.* 4. *f. f.* Centrum floris occupat piſtillum, cuius ovarium teretiuſculum *Fig.* 5. 9. ſtylis duobus rectis, quæ ſtamina longitudine fere attingunt *h.* finitur. Calix parum vel non mutatus *Fig.* 6. *i.* continet tandem capſulam ſimplicem unilocularem *Fig.* 7. *l.* quæ filamentis perſiſtentibus, antheris vero deſtitutis *k. k.* ut plurimum cingitur. Hæc capſula diviſa oſtendit ſemina reniformia plurima *Fig.* 11. quæ thalamo columnari medio *Fig.* 8. *m.* adhærent.

Anm. Die Blackwelliſche Abbildung dieſer Pflanze Fig. I. iſt insbeſondere in Anſehnng der Farbe der Blumen von der andern Fig. II. 1. 2. welche wir ſelbſt beygeſetzet, unterſchieden. Dieſe ſind nemlich von derjenigen Abweichung dieſer Gattung genommen, welche mit viel bläſſern Blumen gezieret, und zu Nürnberg wild zu wachſen pfleget. Und daher haben auch viele Schriftſteller einer beſondern Art Erwehnung gethan, und dieſelbe Lychni. ſylveſtris, quæ Saponaria vulgo flore albo betittelt. Siehe Vail. l. c. Daß aber dieſe Pflanze aus zufälligen Urſachen bisweilen roſenrothe, bisweilen aber bleichpurpurfärbige, ja wohl gar weiſſe Blumen zum Vorſchein bringe, hat ſchon DODONAEVS l. c. angemerket. Der gleichſam mit Gelenken verſehene Stengel, oder deſſen Aeſte, welche alle mit gegenüberſtehenden, ſtreiffigten und ſpitzigen Blättern beſetzet, halten auf beſondern Stielgen Fig. 1. 4. 5. die Blumen, welche aus einem einblätterigten oben fünfmahl eingeſchnittenen Kelche Fig. 1. b. und aus fünf Blumen Blättgen c. c. Fig. 1. 2. zuſammen geſetzet iſt, deren ſchmale ungues Fig. 3. e. in einen breiten eingeſchnittenen limbum c. Fig. 1. 2. 3. ausgebreitet werden. In demjenigen Orte, wo der ſchmale Theil des Blumenblatts in den breiten verwandelt wird, befindet ſich ein beſonderer Körper, welcher an der Spitze getheilet, und gemeiniglich ſquamula, von LINNAEO aber in dem H. Vpſal. l. c. ein nectarium genennet wird. Dieſe Blume hat zehn Staubfäden, welche, wie ſie von dem ſchmalen Theile des Blumenblatts umſchloſſen, und nur etwas weniges über die Röhre derſelben hervorragen, Fig. 1. f. vorgeſtellet werden. Nachdem aber die äuſerlichen Theile weggenommen, zeigen ſich dieſelbigen bloß Fig. 4. f. f. In der Mitte der Blume befindet ſich das piſtillum deſſen rundliches ovarium Fig. 5. g. mit zween geraden Staubgängen ſich endiget, welche mit den Staubfäden ziemlich einerley Länge haben h. Der wenig oder gar nicht veränderte Blumenkelch Fig. 6. i. enthält eine einzele, mit einer Höhle verſehene Kapſel Fig. 7. l. welche mit den ſtehenbleibenden Filamenten, an welchen aber die Antheren mangeln k. k, meiſtentheils umſchloſſen iſt. Die zerſchnittene Kapſel zeiget viele nierenförmige Saamen f. f. welche an den mittelſten Körper der Kapſel Fig. 8. m. anhangen.

TAB. 114. *Lat.* Myrtus Boetica ſylveſtris. *Germ.* Myrtenbaum, Martellenbaum. *Græc.* Μυρσίνη, Μυῤῥίνη. *Angl.* The Mirtle Tree. *Hiſp.* Murta, Rajam. *Ital.* Myrto, Mortina, Mortella. *Gall.* Meurte. *Belg.* Myrtus, Meurte-Boom.

1. Est arbuscula, quæ multos, tenues firmosque ramos protrudit, cuius folia læte viridia, flores albi sunt.

2. Crescit sponte sua in Hispania atque Italia, & flores profert mense Augusto.

3. Folia æque ac baccæ exsiccant atque adstringunt, hinc interne adhibentur in diarrhœa, dysenteria, hæmoptysi, defluxionibus ad pectus, fluore albo, & uteri procidentia; externe vero tum in pulveribus tum pro injectionibus. Pharmacopoliorum præparata, quorum compositiones baccæ præcipue ingrediuntur, sunt syrupus myrtinus, pulvis diamargariton frigidus, oleum myrtinum, unguentum adstringens Fernelii, Emplastrum ad rupturas &c.

1. Diß ist ein kleiner Baum, der viele dünne und steife Zweige treibet, dessen Blätter grasgrün, die Blumen weis sind.

2. In Spanien und Italien wächst er wild, und blühet im August.

3. Die Blätter sowohl als die Beere trocknen und ziehen zusammen, werden daher im Durchfall, in der rothen Ruhr, im Blutauswerffen, in Flüssen die auf die Brust gehen, im weisen Fluß und im Mutter-Vorfall innerlich gegeben. Aeusserlich braucht man sie sowohl in Pulvern, als zum Einspritzen. Præparata der Apothecken, wozu die Beere vornehmlich genommen werden, sind Syrupus Myrtinus, pulvis diamargariton frigidus, oleum myrtinum, unguentum adstringens Fernelii, Emplastrum ad rupturas &c.

4. NOM. GEN. Myrtus *Rai. Hist. II.* 1502. *Meth.* 146. *Tourn.* 640. *Boerh. II.* 255. *Rupp.* 141. *Heuch. Pr. I.* 42. *Linn. Gen. no.* 471. *Roy.* 269. *Kram.* 138. *Ludvv. no.* 603. *Heist. Syst.* 15. *Wachend.* 96.

Nota. Operoſius paullum in hac delineanda planta fuimus: *Figurae* enim *I.* 1. 11. 12. 13. 17. modo Blackvvellianae ſunt, relinquas vero nunc adiecimus. Capſici plures adnotatas fuiſſe ſpecies, Botanicorum libros euoluenti facile patebit: eae vero omnes a fructu, nunc maximo, nunc minori, nunc globoſo, nunc conico, eoque vel recto vel incuruato, nunc dependente, nunc erecto originem ſuam traxerunt. Quum itaque recentiores ad vegetationem plantae curatius reſpicientes obſeruauerint, has ipſas notas minus conſtantes eſſe; ſed ex vno eodemque ſemine enatas ſtirpes fructus diuerſa facie donatos exhibere, et in vna ſaepe eademque planta eiusmodi luſus deprehendi, communi conſenſu omnes varietates modo eſſe adſumſerunt. Haec licet ita ſint, tamen vna adhuc ſupereſt ſpecies, de qua dubii ſumus, an etiam pro varietate modo ſit venditanda. Noſtra, et, de quibus diximus, varietates radicem annuam habent, altera vero perennem iſtam poſſidet, et ita per plures annos durat: atque hoc ipſum cauſſa eſt, cur LINNAEVS aliique duas diſtinctas ſpecies adſumant recenſeantque. Cauli ramoſo folia, intercedente petiolo, adnectuntur ouata, integerrima, ex quorum alis, et minora alia, et pedunculus florem ſolitarium ſuſtinens *Fig. II.* egrediuntur. Hic conſtat ex calyce monophyllo quinquifido *Fig. II.* et 9. *a.* et corolla monopetala rotata, cuius limbus in quinque latas atque acutas partes diuiditur. Haec ipſa cum reliquis partibus adhuc connexa *Fig* 1., ſola vero ea cum ſtaminibus *Fig.* 2. et ab his liberata tandem *Fig.* 8. a facie anteriori, *Fig.* 7. vero a latere conſpicitur. Ex ipſo minori corollae tubo oriuntur filamenta quinque, totidem antheris conniuentibus onuſta, vt ex *Fig* 2. et diſſecta corolla *Fig* 3. pateſcit. Antherae oblongam quidem habent figuram, vt eiusmodi lente aucta *Fig.* 6. docet, alio tamen tempore cruciatam eam eſſe, ex *Fig.* 4. et 5. diſcimus; in quibus denuo et naturali et aucta magnitudine delineata anthera ſiſtitur. Corolla ſeparata et calyce vel adhuc praeſente *Fig.* 9, vel eo quoque remoto *Fig.* 10., animaduertimus ouarium ſubrotundum *b* et ſtylum ſimplicem, ſtigmate obtuſo terminatum *c.* Haec prima fructus delineatio ſenſim increſcit, et in baccam quaſi ſiccam et coloratam *Fig.* 11. 12. mutatur. Haec caua eſt, et, vt ea *Fig.* 14. 15. diſſecta oſtendit, in duo inaequalia loculamenta ſepto aliquo *d. d.* diuiditur: Hanc ipſam vero diuiſionem non ſemper conſtantem eſſe, ex Blackvvelliana icone *Fig.* 13., ſi ad naturae ductum delineata fuit, intelligimus. Membrana externa atque inuoluente, remota *Fig* 16. plurima ſemina ſepto medio *d. d.* adhaerere accurate ſatis apparet, atque haec ſemina *Fig.* 17. compreſſa ſunt et vtplurimum aliquam renis figuram referunt.

Anm. Wir ſind etwas weitläufftig geweſen in Abzeichnung dieſer Pflanze: Fig. I. 1. 11. 12 13. 17. ſind allein Blackwelliſche, die übrigen aber von uns hinzugeſetzt worden. Daß man ſehr viele Arten von dem Indianiſchen Pfeffer angemerket, wird einem jeden leicht in die Augen fallen, welcher die Bücher der Kräuterkenner nachſchlägt. Dieſe ſind allerſeits daher entſtanden, daß die Früchte derſelben groß, oder kleiner, rund oder kegelförmig, gerade oder gekrümmet, am Stengel in die Höhe ſtehen oder herabhangen. Da aber die neuern, indem ſie das Wachsthum der Pflanzen mit mehrer Sorgfalt betrachten, wahrgenommen, daß dieſe Kennzeichen öffters abwechſeln, und aus einerley Saamen Pflanzen wachſen, welche Früchte von verſchiedner Figur tragen, ja auf einer und eben derſelben Pflanze dergleichen anzutreffen ſind; ſo haben ſie mit allgemeiner Uebereinſtimmung angenommen, daß dieſe Arten nur vor Abweichungen zu halten. Indeſſen iſt doch noch eine beſondere Art übrig, von welcher man noch in Zweiffel ſtehet, ob ſie bloß unter die Abweichungen mit zurechnen. Sowohl unſre Pflanze, als die übrigen angeführten Abweichungen, ſind nur Sommergewächſe; die andre aber dauret verſchiedne Jahre fort: welches eben die Urſache iſt, weswegen LINNAEVS und andere zwey beſondre und unterſchiedne Arten anführen. An dem äſtigen Stengel hängen mit ihren Stielen die Blätter, welche länglicht rund, mit einem völlig ganzen Rande, zwiſchen dieſen kommen ſowohl kleinere hervor, als auch der Stiel, auf welchen nur eine einzelne Blume ſitzt Fig. II. Dieſe beſtehet aus einem ganzen und oben fünffmal eingeſchnittnen Kelche Fig. II. und 9. a. wie auch aus einer einblätterichten Blumendecke, deſſen Rand in fünff breite und ſpitzige Theilgen zerſchnitten iſt. Dieſe wird, wie ſie mit den übrigen Theilen noch zuſammenhängt, Fig. 1., ganz allein mit den Staubfäden Fig. 2., und auch von dieſen abgeſondert von vornen Fig. 8., von der Seite aber Fig. 7., vorgeſtellet. Aus der ganz kurzen Röhre der Blumendecke kommen fünff Staubfäden, welche eben ſo viel Staubbehältniſſe haben, die ſich gegen einander neigen, wie aus Fig. 2. und in der zerſchnittnen Blumendecke aus Fig. 3. erhellet. Die Staubbehältniſſe ſind zwar von Figur länglicht rund, wie ſie vergröſſert Fig. 6. zeigt; doch ſind ſie zu andrer Zeit kreutzweis geſtaltet, wie wir aus Fig. 4. und 5. lernen, welche gleichfalls in ihrer natürlichen und vergröſſerten Geſtalt erſcheinen. Wenn die Blumendecke weggenommen worden, und der Blumenkelch noch dran Fig. 9. oder auch derſelbe abgeſondert iſt Fig. 10., ſehen wir das runde Eygen b. und den Staubweg, welcher ſich in ein ſtumpffes Knöpfgen endiget c. Dieſer erſte Abriß der Frucht wächſt nach und nach, und wird in eine trockne und gefärbte Beere Fig. 11. 12. verwandelt. Dieſe iſt inwendig hohl, wie ſie Fig. 14. 15. zerſchnitten vorſtellt, wird aber durch eine Zwiſchenwand d. d. in zwey ungleiche Fächer getheilet. Daß aber dieſe Eintheilung nicht allezeit beſtändig ſey, kan man aus der Blackwelliſchen Abzeichnung Fig. 13. abnehmen, wenn dieſelbe anders nach der Natur verfertigt iſt. Wenn man die äuſſere Haut, ſo die Frucht umſchlieſſet Fig. 16. weggenommen, ſo erhellet ganz deutlich, daß an der mittlern Zwiſchenwand eine groſſe Menge Saamen anhängen, welche Fig. 17. zuſammen gedruckt ſind, und meiſtens die Figur einer Niere vorſtellen.

TAB. 130. *Lat.* Sonchus laeuis. *Germ.* Gänſediſtel, Haſenkohl. *Græc.* Σόγχος. *Angl.* Smooth Sowthiſtle. *Hiſp.* ⊙ Serraya. *Ital.* Cicerbita. *Gall.* Laiteron. *Belg.* Genſe Diſtel.

1. Creſcit ad duorum pedum altitudinem, folia dilute virent, flores lutei ſunt.

2. Habitat in collibus et viarum marginibus, floret vero Maio et Junio.

3. Folia eiusdem indolis ſunt, ac illa in Taraxaco, aperiunt, vrinam promouent, conueniunt in ſabulo et vrinae retentione. Coquunt non nulli folia cum ſero lactis et in febribus exhibent. Teneri cauliculi acetariis ſaepe admiſcentur.

1. Es wächſet wohl zwey Fuß hoch, die Blätter ſind hellgrün und die Blumen gelb.

2. Man findet es auf den Hügeln und Rändern der Wege, und blühet im May und Juny.

3. Die Blätter ſind von eben der Eigenſchafft, als an dem Pfaffenkraut, ſie eröffnen, und treiben den Harn, ſind gut bey dem Gries und Verſtopffung des Urins. Einige kochen ſie mit Molcken (poſſet-drink.) und geben ſie in Fiebern, die jungen Schößlinge werden offt unter dem Sallat gegeſſen.

4. NOM.

4. NOM. GEN. Vid. ſupra Tab. 30. quibus adde aut corrige. *Raj. Syn.* 162. *Magn. Car.* 114. *Vaill. Act. Pariſ. a.* 1721. *p.* 196. *Knauth. Hal.* 137. *Knauth. Meth.* 134. *Boerh. I.* 84. *Morand. El.* 7. *Wachend.* 227. Hieracium *Segu. II.* 197.

5. NOM. SPEC. Intybus ſylueſtris alter *Trag.* 270. Sonchus laeuis *Dod.* 643. *Matth.* 385. *Cam. Epit.* 279. *Ger.* 229. *Raj. I.* 224. *Syn.* 162. *Pont. Diſſ.* 94. Sonchus laevior vulgaris *I. Cluſ. Hiſt. CXLVI.* Sonchus laeuis laciniatis foliis *Lugd.* 572. Sonchus laeuis vulgaris foliis lacinioſis Dentis leonis *Lob. ic. I.* 235. Sonchus minus lacinioſâ mitior ſiue minus ſpinoſa *J. B. II.* 1014. Sonchus laeuis anguſtifolius et Sonchus alter flore luteo *Tab.* 499. Sonchus laeuis lacinatus latifolius *C. B. pin.* 124. *H. Ox. III.* 60. *S. VII. T.* 3. *f.* 1. *Tourn.* 474. *Magn. Car.* 114. *Knauth. Hal.* 137. *Vaill.* 188. *Boerh. I.* 85. *Rupp.* 205. *Kram.* 76. *Morand.* 23. *Segu. II.* 198. Sonchus laeuis vulgaris *Park.* 805. *Heuch. Ind.* 51. Sonchus folio laciniato laeui *Heiſt. l.* 30. Sonchus laeuis foliis multifariam inciſis *Vaill. Act.* 1721. *p.* 196. Sonchus læuis foliis plurifariam inciſis *Linn. Fl. Lapp. n.* 289. Sonchus annuus ramoſus diffuſus foliis lacinitatis *Linn. H. Cliff.* 384. Sonchus pedunculis tomentoſis *Linn. Fl. Suec. n* 643. *Wachend.* 227. *Dalib.* 243. Sonchus caule ramoſiſſimo diffuſo foliis ſummis amplexicaulibus, pedunculis inaequalibus *Roy.* 129. *Guett. II.* 380. Sonchus foliis laeuibus et teneris, calycibus glabris *Hall.* 753. *Boehm. Fl. Lipſ.* 216.

Nota. Huius plantae aliquam iam ſpeciem ſuperius Tab. 30. delineatam explicatamque dedimus; atque hinc in conſideratione huius plantae breuiores erimus. Plurimas et hic nouas adiecimus icones: *Fig.* enim *I.* 4. 9. 13. modo ex Blackvvelliano libro huc tranſtulimus. Siſtitur itaque *Fig.* 1. capitulum florale nondum apertum, *Fig.* 2. vero quodammodo euolutum ita, vt *a.* calyx ſquamoſus, *b.* floſculi repraeſententur. *Fig.* 3. flos in plenaria ſua expanſione, ſeorſim eiusmodi lingulata corolla et naturali *Fig.* 4. 5. 7. et aucta magnitudine *Fig.* 6. 8. et inprimis *Fig.* 6. *e.* corollam, *d* antheram cylindraceam ſtylumque duplici ſtigmate inſtructum, et *f.* ouarium pilis coronatum conſpicimus. Floſculis ſenſim marceſcentibus calyx clauditur *Fig.* 9. 10. iterumque apertus et quodammodo reflexus *Fig.* 11. ſphaericum quaſi et plumoſum corpus, ſeminibusque ſeparatis thalamum *Fig* 12. oſtendit. *Fig.* tandem 13. et 14. ſemen, illudque auctum *Fig.* 15. exhibetur, atque hic *f.* ſolidum ſemen, *e.* vero pappum ſeſſilem denotat. Folia noſtra planta obtinet amplexicaulia, in ambitu varie inciſa: aliquando enim ea ſunt integra et minimis inciſuris donata, alio vero tempore profundius diuiſa, ita vt laciniae pinnarum figuram aemulentur; aliquando tandem pauciores ſunt eae et maximum ſegmentum triangulare folium ipſum terminat.

Anm. Wir haben ſchon Tab. 30. eben von dieſer eine Art vorgeſtellt, und erkläret, daß wir alſo in Betrachtung der gegenwärtigen deſto kürzer ſeyn können. Wir haben auch hier die meiſten Abzeichnungen hinzugeſetzt, und nur Fig. 1. 4. 9. 13. aus dem Blackwelliſchen Werke genommen. Es zeigt alſo Fig. 1. das Blumenknöpfgen, welches noch nicht aufgeblühet, Fig. 2. iſt es ſchon etwas geöffnet, ſo daß a. den ſchuppichten Blumenkelch, b. die Blümgen vorſtellt. Fig. 3. erſcheint die Blume völlig aufgeſchloſſen, und insbeſondre die als ein Züngelgen geſtalte Blumendecke in ihrer natürlichen Gröſſe, Fig. 4. 5. 7. vergröſſert, Fig. 6. 8., und vornemlich Fig. 6. c. bemerken wir die Blümendecke, d. die cylindriſche Staubbehältniſſe und den Staubweg, an welchem ein doppeltes Knöpfgen, f. das Eygen, ſo oben mit Haaren gezieret. Wenn die Blume nach und nach verwelket, wird der Kelch geſchloſſen Fig. 9. 10., öffnet ſich wieder, ſchläget die Schuppen zuruck Fig. 11. und man ſiehet alsdann einen runden und mit Haaren beſetzten Körper, und nachdem die Saamen weggenommen worden Fig. 12. das Blumenbette. Endlich weiſet Fig. 13. und 14. den Saamen vergröſſert, Fig. 15. f. den feſten Saamen, e. aber die Bürſte, welche feſt auf ſelbigen anhänget. Die Blätter unſrer Pflanze umgeben den Stengel, ſind aber am Rande eingeſchnitten. Bisweilen ſind ſie ganz, und haben nur kleine Einſchnitte, bisweilen ſind ſie tieffer zerſchnitten, daß die Einſchnitte einander gegenüberſtehende Blättgen zu ſeyn ſcheinen, bisweilen ſind deren wenig, ſo daß der gröſte Einſchnitt, welcher die Spitze des Blattes macht, eine dreyeckigte Figur bekommt.

TAB. 131. *Lat.* Calamintha aquatica. *Germ.* Waſſermünze. *Græc.* Καλάμινθη ἔνυδρος. *Angl.* Water Calaminth. ✠ *Hiſp.* Nevedo. *Ital.* Calamento aquatico. *Gall.* Mente Aquatique. *Belg.* Water Calamenth.

1. Creſcit ad pedis altitudinem, folia coloris profunde viridis ſunt, flores vero purpurei.

2. Invenitur in locis humidis, iisque vbi aquae ſtagnarunt per hiemen, floret Junio Julioque.

3. Calida eſt planta atque exſiccans, feminino potiſſimum adaptata ſexui, vt praecipuum aeſtimetur vterinum remedium; prouocat et menſes et lochia, calefacit inteſtina, medetur colicae et ictero.

1. Sie wächſet einen Fuß hoch, die Blätter ſind dunkelgrün, die Blumen purpurfärbig.

2. Es liebet feuchte Oerter, wo den Winter über Waſſer geſtanden hat, und blühet in Juny und July.

3. Sie iſt erhitzend und trocknend, und vornehmlich dem weiblichen Geſchlechte zuträglich; ſie wird für ein vortrefflich Mutterkraut gehalten, ſie treibet die monathl. Reinigung und die Unreinigkeiten nach der Geburt, ſie erwärmet die Gedärme, und hilfft in Colicſchmerzen und Gelbſucht.

4. NOM. GEN. Calamintha *Knauth. Hal.* 108. Mentha *Raj. I.* 530. *Meth.* 61. *Syn.* 232. *Tourn.* 188. *Magn. Car.* 100. *Boerh. I.* 183. *Riv. Mon. p.* 11. *Rupp.* 229. *Linn. Gen. n.* 572. *Roy.* 325. *Kram.* 52. *Hall.* 657. *Ludvv. n.* 217. *Segu. I.* 293. *Wachend.* 138.

5. NOM. SPEC. Polycnemum Lobelii *Lugd.* 932. Nepetha quarta Tragi, Calamintha menthaſtri folio Penae *Lugd.* 907. Calamintha aruenſis *Geſn. Hort.* 251. *Tab.* 735. Calamintha aruenſis verticillata *C. B. pin.* 229. *Knauth. Hal.* 108. Calamintha aquatica *Cam. Epit.* 483. *Raj. I.* 530. Calamintha aquatica Belgarum et Matthioli *Lob. ic. I.* 505. Mentha aruenſis verticillata hirſuta *J. B. III. b.* 217. *Tourn.* 189. *Boerh. I.* 185. *Rupp.* 229. *Segu. I.* 295. *Berg. Fl. Francf* 100. Mentha ſ. Calamintha aquatica *Ger.* 684. *Raj. Syn.* 232. Mentha aruenſis humilior verticillata hirſuta *H. Ox. III.* 369. *S. XI. T.* 7. *f* 5. Mentha verticillata *Riv. Mon. Tab.* 48. *Kram.* 52. Mentha floribus verticillatis, foliis ouatis acute ſerratis *Linn. H. Cliff.* 307. *Fl. Suec.* 481. *Roy.* 326. *Hall.* 658. *Guett. II.* 244. *Wachend.* 138. *Dalib.* 178. *Boehm. Fl. Lipſ.* 129.

Nota Hanc Blackvvellianam delineationem immutatam nullisque aliis additis iconibus illuſtratam hic ſiſtimus, inprimis quum aliquod de ipſa nobis adhuc ſuperſit dubium. Atque hinc licet ſpecifica plantae nomina varia adpoſuerimus, tamen non audacter adfirmamus, ea omnia certo ad eam pertinere:

Anm. Wir liefern hier dieſe Blackwelliſche Abbildung unverändert, und ohne neue Zuſätze hauptſächlich deßwegen, weil uns noch wegen derſelben einige Zweifel übrig ſind. Und daher wollen wir auch nicht ganz gewiß behaupten, daß alle diejenigen Beynahmen, welche wir hier angeführet, zu dieſer Pflanze gehören.

nere: verticilli enim illi pauciflori ab ipsa, quam adsumsimus, specie quodammodo recedunt, et totius plantae habitus et inprimis corollae delineatio cum aliis aliorum auctorum delineationibus non perfecte conuenit; hinc forte ipse HALLERVS l. c. hanc tabulam non citauit, cum tamen semper in aliis plantis Blackvvellianarum iconum mentionem faciat; quum vero anglici inprimis botanici Calaminthae aquaticae nomine adsumtam plantam exhibeant, eo minus dubitauimus, Blackvvellianam etiam eodem nomine inscriptam illam repraesentare debere.

hören. Denn weil hier nur wenig Blümgen in einem Cirkel an dem Stengel sitzen, so ist sie allerdings von der, welche wir angenommen haben, in etwas unterschieden, wozu auch kommt, daß die ganze Gestalt derselben, und insbesondre die Abbildung der Blume mit anderer Schrifftsteller Vorstellungen nicht völlig übereinstimmt. Und daher ist es auch vielleicht geschehen, daß HALLER l. c. unsrer Pflanze gar nicht erwehnet, da er doch sonst allemahl der Blackwellischen Tafeln Meldung thut. Da nun aber einige Kräuterkenner, und insbesondre die Englischen, unsre angenommene Pflanze mit dem Nahmen Calamintha aquatica belegen, so haben wir destoweniger gezweiffelt, daß auch die Blackwellische Zeichnung, da sie eben denselben Nahmen führet, diese vorstellen solle.

TAB. 132. *Lat.* Erigeron, Senecio. *Germ.* Creutzkraut. *Græc.* Ἠριγέρων. *Angl.* Groundsel. *Hisp.* Bon varron. ⊙ *Ital.* Cardoncello. *Gall.* Seneffon, Seneçon. *Belg.* Kruyskruyd.

1. Caules pedem magnitudine aequant, folia dilute virentia, flores lutei deprehenduntur.
2. Crescit in collibus, parietibus et ruderibus, floret per maximam anni partem.
3. Nonnulli vtuntur succo huius plantae cum cereuisia (Anglis Ale.) vt vomitorio, quo dolores stomachi sopiri, bilem euacuari, icterum curari vermesque destrui posse putant. Externe magni vsus est in scrophulosis tumoribus, inflammationibus pectoris et tinea capitis.

1. Die Stengel wachsen einen Fuß hoch, die Blätter sind hellgrüne, und die Blumen gelbe.
2. Es wächset an Hügeln, Wänden, und eingefallnen Mauren, und blühet den grösten Theil des Jahres.
3. Einige nehmen den Safft dieses Krautes in Bier als ein gutes Brechmittel, die Magenschmerzen dadurch zu lindern, die Galle zu reinigen, die Gelbsucht zu heilen, und die Würmer zu tödten. Von aussen wird es gebraucht zu den Kröpffen, Entzündungen der Brust, und hilfft auch in bösen Gründ der Köpfe.

4. NOM. GEN. Senecio *Raj. I.* 290. *Meth.* 34. *Syn.* 178. *Tourn.* 456. *Magn. Car.* 137. *Pont. Diss.* 153. *Knauth. Hal.* 132. *Boerh. I.* 117. *Rupp.* 191. *Knauth. Meth.* 126. *Heuch.* 46. *Linn. Gen. n.* 786. *Roy.* 163. *Kram.* 69. *Hall.* 730. *Ludvv. n.* 303. *Morand. El.* 9. *Segu. II.* 170. *Wachend.* 232. *Heist. Syst.* 7.

5. NOM. SPEC. Erigeron *Ruell.* 624. *Ger.* 217. Erigerum minus *Dod.* 641. Senecio *Lugd.* 575. Senecio *Fuchs.* 286. *Cord. Diosc.* 69. *b. Caes.* 537. *Matth.* 794. *Cam. Epit.* 869. *I. Tab.* 462. Senecio vulgaris *Trag.* 285. *Parck.* 671. *Raj. I.* 290. *Syn.* 178. *Kram.* 69. Senecio siue Erigeron *Gesn. Hort.* 280. *b. Lob. Hist.* 112. *ic. I.* 225. Senecio minor vulgaris *C. B. pin.* 131. *H. Ox. III.* 106. *S. VII. T.* 17. *f.* 1. *Tourn.* 456. *Vaill.* 183. *Act. Paris. a.* 1719. *p.* 307 *Knauth. Hall.* 132. *Boerh. I.* 117. *Rupp.* 191. *Zanich.* 244. *Linn. Fl. Lapp. n.* 296. *Morand.* 32. *Segu. II.* 171. *Berg. Fl. Francf.* 247. Senecio vulgaris s. Erigeron *J. B. II.* 1041. *Magn. Car.* 137. Senecio maior vulgaris *Pont. Diss.* 153 Senecio flore luteo *Heuch.* 46. Senecio vulgaris flore luteo *Heist. I.* 29. Senecio foliis pinnatifidis denticulatis, laciniis aequalibus patentissimis, rachi lineari *Linn. H. Cliff.* 406. Senecio foliis pinnato sinuatis amplexicaulibus, floribus nudis sparsis *Roy.* 165. *Hall.* 733. *Linn. Fl. Suec. n.* 690. *Guett. II.* 358. *Wach.* 1233. *Dalib.* 257. *Boehm. Fl. Lips.* 170.

Nota. Summum modo Blackvvellianae plantae ramulum denotat *Fig. I.* alium vero et naturae magis respondentem *Fig. II.* et praeterea *Fig.* 4. 5. 6. 9. et 10. addidimus. Radice annua fulcitur, caulis erectus, qui et foliis ramisque alternis ornatur, folia ipsa sessilia sunt et quodammodo auriculata, profunde laciniata et sinuata; hae laciniae in inferioribus denuo incisae sunt, in summis vero integerrimae; praeterea vero illae pro diuersitate locorum atque culturae maxime variant. Summis ramorum apicibus insidet capitulum florale, quod parum apertum *Fig.* 1. plenarie euolutum *Fig.* 2. 2. calycem monophyllum ferme cylindricum, ex plurimis squamis coalitum, paucisque basin tegentibus donatum, simulque flosculos tubulosos plures nobis ostendit. Eiusmodi flosculum quinquifidum, (nam lingulatos in hac specie frustra quaerimus) in naturali magnitudine *Fig.* 3. 4. et aucta a latere *Fig.* 5. a. superiori tandem parte *Fig.* 6. exhibemus. Thalamus nudus, reflexo calyce, fructum offert *Fig.* 7. qui componitur ex seminibus ouatis pappo satis longo coronatis *Fig.* 8. 9. quod melius magnitudine aucta *Fig.* 10. considerandum.

Anm. Die Fig. I. stellt nur das oberste Aestgen von der Blackwellischen Abbildung vor. Eine andre aber und der Natur mehr ähnliche haben wir Fig. II. und über dieses auch Fig. 4. 5. 6. 9. und 10. beygefüget. Mit der Wurzel, welche nur ein Jahr dauret, wird ein Stengel befestiget, der sowohl mit wechselsweise anhangenden Blättern als Aestgen gezieret ist. Die Blätter sitzen ohne einen dazwischen kommenden Stiel an, sind in verschiedne Einschnitte getheilet, davon die untersten sich in eine hervorragende Spitze endigen, die untern sind wieder getheilet, die obern aber ganz: Uber dieses sind sie auch nach Beschaffenheit des Orts und der Art der Wartung sehr verschieden. Auf den Spitzen der Aeste sitzet ein Blumenkopff, welcher ein wenig aufgeschlossen Fig. I., vollkommen eröffnet Fig. 2. erscheinet. Er hat einen ganzen und fast cylindrischen Kelch, welcher aus vielen Schuppen zusammengesetzt, und von unten mit einigen wenigen andern Schuppen bedeckt ist, zugleich aber viele röhrförmige Blümgen enthält. Dergleichen Blümgen so oben fünff Einschnitte hat, (denn dergleichen, so wie ein Züngelgen gestaltet, haben wir in dieser Art nicht bemerket) wird in seiner natürlichen Grösse Fig. 3. 4., vergrössert und von der Seite Fig. 5. von oben Fig. 6. vorgestellt. Das blosse Blumenbette, wann der Kelch zurückgeschlagen, zeiget Fig. 7, auf welchen die Saamen befindlich sind, so mit einer langen Bürste versehen Fig. 8. 9., dieselben etwas vergrössert in Fig. 10. zu betrachten.

TAB. 133. *Lat.* Pomum amoris, Solanum pomiferum, Lycopersicum. *Germ.* Goldäpffel, Liebesäpffel. *Græc.* ⊙ ✠ Στρύχνον κηπαῖον. *Angl.* Lovd-apple. *Ital.* Pomo d'oro. *Gall.* Pommes d'amours. *Belg.* Gulden Appelen.

1. Caules crescunt ad duorum pedum altitudinem, folia dilute virent, flores lutei sunt.
2. In hortis seritur, floret Julio, fructus Septembri maturescunt.

3. Poma

1. Die Pflanze wächset zween Fuß hoch, die Blätter sind hellgelblicht grün, und die Blumen gelb.
2. Es wird in den Gärten gesäet, blühet im July, die Frucht wird reif im September.

3. Die

3. Poma amoris externe adhibita refrigerare et humectare, itemque inflammationibus et eryſipelati convenire putantur. Succus in defluxionibus catarrhalibus oculorum commendatur. Itali iis eodem modo, ac nos cucumeribus, cum aceto et oleo veſcuntur.

3. Die Liebesäpffel äuſſerlich gebraucht werden für kühlend und anfeuchtend gehalten, nützlich bey Entzündungen und der Roſe. Der Safft wird gerühmt in Flüſſen der Augen. In Italien iſſet man ſie mit Oel und Eßig, als wie die Gurken.

4. NOM. GEN. Pomum amoris ſiue Lycoperſicon *Rai. Meth.* 74. Lycoperſicon *Tourn.* 150. *Magn. Car.* 205. *Heucb.* 9. *Boerh. II.* 69. *Knauth. Meth.* 69. *Kram.* 12. *Morand. El.* 26. Lycoperſicum *Rupp.* 50. Solanum *Raj. I.* 671. *Linn. Gen. n.* 196. *Roy.* 423. *Ludvv. n.* 87. *Wachend.* 39.

5. NOM. SPEC. Mala aurea *Dod.* 458. Mala aurea odore foetido, quibusdam Lycoperſicon *J. B. III. b.* 620. Pomum aureum vel amoris *Geſn. Hort.* 273. *b.* Poma aurea *Lugd.* 628. Poma amoris *Lob. Hiſt.* 140. *ic. I.* 270. *Tab.* 1174. *Cam. Epit.* 821. Poma amoris fructu rubro *Hort. Eyſt. Aut. O. I. T.* 2. *f.* 1. Lycoperſicon Galeni *Tourn.* 150. *Boerh. II.* 69. *Morand.* 107. *Manett. Vir.* 49. Lycoperſicon flore luteo, fructu maiore *Heucb.* 9. Lycoperſicum fructu rotundo rubro maiori *Heiſt. II.* 18. Lycoperſicon fructu compreſſo ſtriato molli rubro *Kram.* 12. Lycoperſicum maius flore multifido *Rupp.* 50. Solanum pomiferum fructu rutundo ſtriato molli *C. B. Pin.* 167. *Matth.* 761. *H. Ox. III.* 521. *S. XIII. T. I. f.* 7. *Raj. I.* 675. Solanum caule inermi annuo, foliis pinnatis inciſis *Linn. H. Cliff.* 60. Solanum caule inermi herbaceo, foliis pinnatis inciſis *Linn. Virid.* 15. *H. Vpſ.* 49. *Roy.* 423. *Wachend.* 39.

Nota. Minorem illum ramulum *Fig. II. et Fig* 3. 4. 5. 6. 9. et 11. illuſtrationis gratia nunc ad naturae ductum delineari curauimus. Haec Planta ramoſiſſima atque ſucculenta vbique, foliorum modo membranaceis partibus exceptis, pilis rigidis hirſuta eſt. Folia habet alterna atque compoſita ita, vt nonnullae pinnae, laciniatis marginibus inſignitae, coſtae adhaereant, extremo impari maximo; his vero maioribus interpoſitae ſunt aliae minores parum laciniatae. Foliorum petiolis opponuntur pedunculi maxime ramoſi, qui apice in calycem ſexfidum hirſutum *Fig* 6. *d. d.* mutantur: hoc ipſo ſuſcipitur corolla monopetala rotata ſexies dentata *Fig* 2. colore luteo inſignita, cuius medium occupat umbo coniformis aurantii ferme coloris. *Fig* 3. ſiſtit corollam ab umbone ſeparatam atque diſſectam, et *Fig.* 4. umbonem diſſectum ab interiori facie, ubi apparet *a.* huius umbonis vagina petaloidea cum ſex exiguis crenis, quae ſex antheras *b.* vagina breviores earumque minima filamenta colligat. Calycis centro *Fig* 5. *c.* inſidet ouarium lineis quibusdam diſtinctum, ex quo ſurgit ſtylus vnicus *Fig.* 6. *c.* ipſas calycis lacinias *d. d.* magnitudine attingens. Corolla remota, et calyce perſiſtente, augetur ouarium atque increſcit, colorem vero virideſcentem *Fig* 7. adhuc retinet; dum vero ad plenariam maturitatem accedit, in purpureum ille tranſit, et ita nunc baccam ſatis inſignem ſucculentam *Fig.* 8. in plurimas cellulas *Fig* 10. ſeminibus planis foetas *Fig.* 11. abit atque mutatur. Plurimi in huius plantae vegetatione inueniuntur naturae luſus: aliquando corollam octo laciniis vt *Fig* 1. inſignitam, aliquando eam, inprimis ſi duo flores coaleſcant, maxime monſtroſam deprehendimus. Si vero hoc vltimum accidit, fructus etiam a naturali figura recedit illumque vt *Fig.* 9. profundo ſulco, tamquam coaleſcentiae ſigno, quaſi diuiſum inuenimus. Hic ipſe ratione coloris etiam variat, et nunc rubicundo, nunc luteo, nunc vero, quod tamen rarius accidit, albido inſignitur, quae mutatio in caule quandoque etiam accidit: vt enim in addita *Fig II.* videmus, ille non ſemper virore, ſed et rubbedine aliquando ſuperbit.

Anm. Den kleinern beygeſetzten Aſt Fig. II. und Fig. 3. 4. 5. 6. 9. 11. haben wir um beſſerer Erläuterung willen nach der Natur abzeichnen laſſen. Dieſe Pflanze, ſo voller Aeſte und Saffes, iſt überall, die Blätter ausgenommen, mit vielen ſtarken Haaren beſetzt. Die Blätter hangen wechſelsweiſe an, und ſind zuſammengeſetzt: einige paarweiſe einander gegenüberſtehende Blättergen haben tiefgezackte Ränder, und hängen an der mittlern Rippe; von dieſen iſt das letztere einzeln, zwiſchen denſelben aber befinden ſich kleinere ohne Einſchnitte. Von der andern Seite der Blätter kommen Stiele hervor, ſo ſich in Aeſtgen theilen, auf deren Ende der ſechsmal eingeſchnittne und rauhe Blumenkelch Fig. 6. d. d. entſtehet. Von dieſen wird die einblätterichte Blume mit einem runden und in ſechs Einſchnitte getheilten Rand enthalten Fig. 2. Sie iſt gelb von Farbe, und in ihrer Mitte ſitzet ein kegelförmiger Buckel faſt pommranzenfärbig. Figura 3. zeiget die Blumenblättgen von dem Buckel abgeſondert und aufgeſchnitten, und Fig. 4. den aufgeſchnittenen Buckel von der inwendigen Seite, allwo a. dieſes Buckels oben ſechsmal eingezackte Scheide zu ſehen, welche einem Blättgen ähnlich iſt, und die 6. Staubfächlein b, die kürzer als die Scheide ſind, und ihre ganz kleine Fäden zuſammen heftet. In dem Mittel des Kelchs, Fig. 5. c. befindet ſich das Eygen, ſo mit einigen Linien bezeichnet, von ſelbigen ſteiget der einzelne Staubweg Fig. 6. c. in die Höhe, welcher ſolang iſt, als die Einſchnitte des Kelches d. d. Wenn die Blumendecke abgefallen, bleibet der Kelch noch ſtehen, und das Eygen wird gröſſer, behält aber noch ſeine grüne Farbe Fig. 7. biß es zu ſeiner völligen Reiffe gelanget, alsdenn wird es roth, und ſtellt eine ziemlich groſſe ſafftige Beere für Fig. 8, welche in viele Fächer Fig. 10. getheilt iſt, worinnen platte Saamen Fig. 11. enthalten ſeyn. Bey dem Wachsthume dieſer Pflanze bemerkt man verſchiedene Abweichungen der Natur. Bißweilen iſt die Blumendecke, wie Fig. 1. bezeuget, in acht Theile zerſchnitten, bißweilen wird ſie, vornemlich wenn deren zween zuſammen wachſen, groß und ungeſtaltet bemerket. Geſchiehet dieſes letztere, ſo weicht auch die Frucht von ihrer natürlichen Gröſſe ab, und iſt in der Mitten Fig. 9. mit einem tiefen Einſchnitte zertheilet, welches vielleicht ein Merkmahl der ehemahligen natürlichen Theilung iſt. Eben dieſe Frucht iſt auch in Anſehung der Farbe unterſchieden, und iſt bald roth, bald gelb, bald, wiewohl ſeltner, weißlicht. Dergleichen Veränderung geſchieht auch im Stengel: denn dieſer iſt nicht allezeit grün, ſondern, wie wir an Fig. II. gewahr werden, bißweilen roth.

TAB. 134. *Lat.* Marum vulgare, Sampſuchus. *Germ* Maſtixkraut. *Græc.* Σάμψυχον, Ἀμάρακος. *Angl.* Maſtich-Time, Herb-Maſtich. *Hiſp.* Maiorana. *Ital.* Maiorane gentile. *Gall.* Marone gentil. *Belg.* Maſtyck, ruykende Marum.

1. Creſcit ad vnius pedis altitudinem, folia ſunt profunde viridia, flores albi.

1. Es wächſet einen Fuß hoch, die Blätter ſind dunkelgrün, und die Blumen weiß.

2. Plantatur in hortis, floret Junio et Julio.

2. Es wird im Gärten gepflanzet, und blühet im Juny und July.

3. Natura ſua cum Maiorana conuenit: nonnulli illam commendant in nimio menſium fluxu, exhibendo drachmam vnam cum vino auſtero. Decoctum foliorum laudat DIOSCORIDES in hydrope, ni calor ſit nimius, et folia miſta cum melle ad diſſipandum ſanguinem extrauaſatum a contuſionibus enatum,

3. Es iſt von eben der Krafft, als der Majoran: einige loben es bey allzuſtarken Fluß der monathlichen Reinigung, wenn ein Quentgen davon zu Pulver gerieben in herben Wein gegeben wird. DIOSCORIDES rühmt die Blätter abgekocht in der Waſſerſucht, wenn nicht zu groſſe Hitze dabey iſt; und die Blätter mit Honig vermiſcht als ein Mittel das unterlauffne Blut von dem Stoſſen zu zertheilen.

4. NOM. GEN. Marum *Rai. I.* 520. *Meth.* 60. *Rivin. p.* 10. *Magn. Car.* 99. *Knauth. meth.* 60. *Rupp.* 234. *Kram.* 52. Thymbra *Tourn.* 197. Maſtichina *Boerh. I.* 156. *Heuch.* 25. *Morand. El.* 12. Thymus *Linn. Gen. n.* 560. *Roy.* 324. *Ludvv. n.* 210. *Wachend.* 142.

5. NOM. SPEC. Tragoriganum I. *Cluſ.* 355. Clinopodium quibusdam, Maſtichina gallorum *J. B. Ill. b.* 543. Sampſuchus ſiue Marum maſtichen redolens *C. B. Pin.* 224. Marum *Lob. Hiſt.* 265. *I. Tab.* 721. *Raj. I.* 520. *Riv. Mon. Tab.* 40. *Rupp.* 234. Marum vulgare ſiue Clinopodium *Dod.* 271. Marum an Helenium odorum Theophraſti *Lob. Ic. I.* 499. Marum verum vulgo Maſtic *Lugd.* 885. Marum peregrinum *H. Eyſt. Aeſt. O. XIV. T.* 7. *f.* 2. Marum vulgare *H. Ox. III.* 372. *S. XI. T.* 8. *f.* 1. Marum Maſtichen redolens *Magn. Car.* 99. *Heiſt. II.* 19. Marum capitulo globoſo ſimplici lanuginoſo *Kram* 52. Thymbra hiſpanica maioranae folio *Tourn.* 197. Maſtichina *Boerh. I.* 156. *Morand.* 45. Maſtichina floſculis albis *Heuch.* 25. Thymus verticillis lanuginoſis, dentibus calycinis ſetaceis piloſis *Linn. H. Cliff.* 306. *H. Upſ.* 160. *Roy.* 325. *Wachend.* 192.

Nota Lignoſa haec et fruticoſa planta ramulos ſuperius habet verticillis florum diſtantibus conſpicuos. Hi ipſi denſe congeſti duobus oppoſitis, reliquis plantae ſimilibus, fulciuntur foliis. Calyx *Fig.* 1. 2. monophyllus eſt, atque in quinque inaequales lacinias diuiditur, qui totus et inprimis laciniarum orae minutiſſimae pilis atque lanugine adhaerente ornantur: atque id ipſum characterem plantae praebet, quo ab omnibus plantis labiato flore donatis ſeparari poteſt. Qua re etiam commotus BOERHAAVIVS aliique ſingulare exinde genus conſtituerunt. Verum licet res ita ſe habeat, tamen illum ſolum characterem ad definiendum genus non ſufficere, ſed modo ſpecificam notam exhibere, et, cum corolla *Fig.* 3. et ſemina illa quatuor nuda *Fig.* 4. cum Thymo exacte conueniant, illam ad eamdem referri debere, omnino cum cordatioribus exiſtimamus.

Anm. Dieſes holzigte Staudengewächſe hat oberwärts Aeſtgen mit Blumen, welche in verſchiednen Cirkeln dieſelben umgeben; dieſe ſind nahe an einander geſetzet, und ruhen auf zwey Blättern, welche mit den übrigen der Pflanze einerley Geſtalt haben. Der Blumenkelch Fig. 1. 2. beſteht aus einem Blättgen, ſo oben in fünff ungleiche Einſchnitte getheilet iſt. Dieſer Kelch, und beſonders die Ränder von den Einſchnitten, ſind mit ſehr kleinen Härgen und Wolle gezieret. Und dieſes iſt dasjenige Kennzeichen, wodurch man dieſes Gewächſe von allen anderen Blumen, die in zwey Lippen geſpalten ſind, leichtlich unterſcheiden kan: daher auch BOERHAAVE und andere bewogen worden, dieſelbe als ein beſonders Geſchlecht zu betrachten. Allein dieſem ohngeachtet, glauben wir doch, daß dieſes Kennzeichen nicht zu Beſtimmung eines Geſchlechtes, ſondern nur einer Gattung hinreichend ſey, und da die Blumendecke Fig. 3. und die vier nackende Saamen Fig. 4. mit dem Thymo genau übereinkommen, ſo halten wir auch mit denen verſtändigen Kräuterkennern davor, daß dieſe Pflanze zu derſelben müſſe gerechnet werden.

TAB. 135. *Lat.* Rhamnus catharcticus, Spina ceruina. *Germ.* Wegdorn. *Graec.* Ῥάμνος. *Angl.* Buckthorn. *Hiſp.* ⊙ Scambrones. *Ital.* Spino merlo, Spino ceruino. *Gall.* Burgueſpin, Neprun. *Belg.* Rhuynbeſien.

1. Hic frutex ramis inſtruitur longis atque rigidis ſpinis armatis. Folia ſunt coloris viridis, in luteolum vergentis, flores lutei.
2. Creſcit in ſyluis, ad ſepes, floret Junio, baccae Septembri matureſcunt.
3. Succus baccarum aquoſos purgat humores, conuenit in arthritide, hydrope et ictero, ſcorbuto, ſcabie, aliiſque cutaneis exanthematibus. In officinis Syrupus de Ceruiſpina inde paratur.

1. Dieſe Staude hat Aeſte, welche voll langer ſtarker Stacheln ſind: Die Blätter ſind gelbgrün, und die Blumen gelbe.
2. Es wächſet in Hölzern, an Zäunen, blühet im Juny, die Beeren werden im September reiff.
3. Der Safft von den Beeren führet die wäſſerichten Feuchtigkeiten aus, und iſt gut bey der Gicht, Waſſer- und Gelbſucht, Scorbut, Krätze, und allen andern Auswürffen der Haut. In den Apothecken verfertiget man den Creutzbeer Syrup.

4. NOM. GEN. Rhamnus *Raj. II.* 1625. *Meth.* 135. *Syn.* 266. *Tourn.* 593. *Magn. Car.* 306. *Knauth. Hal.* 185. *Boerh. II.* 212. *Knauth. Meth.* 52. *Linn. Gen. n.* 184. *Roy.* 223. *Kram.* 133. *Hall.* 163. *Segv. II.* 269. *Wachend.* 253. Ceruiſpina *Rupp.* 94. *Heuch.* 8. *Dill. Gen.* 145. *Ludvv. n.* 903.

5. NOM. SPEC. Spina ceruina vulgo dicta *Geſn. Hort.* 282. Spina cerualis *Caeſalp.* 101. Spina infectoria *Lob. Hiſt.* 599. *ic. II.* 181. *Matth.* 144. *Tab.* 1489. *Cam Epit.* 82. Spina infectoria pumila *Cluſ.* 111. Cerui ſpina *Cord. Hiſt.* 175. *Boehm. Fl. Lipſ. n.* 694. Ceruiſpina Riuini et Cordi *Rupp.* 94. Ceruiſpina flore viridi *Heuch.* 8. Ceruiſpina floribus ſterilibus et fertilibus *Dill. Gen.* 145. *T.* 8. *Fig. A. B.* Rhamnus *Ruell.* 242. Rhamni alia ſpecies *Trag.* 979. Rhamnus ſolutiuus ſ. Spina infectoria vulgaris *Parck.* 243. Rhamnus catharcticus *Lugd.* 146. *C. B. Pin.* 478. *J. B. I. b.* 55. *Raj. II.* 1625. *Syn.* 466. *Tourn.* 593. *Magn. Car.* 306. *Vaill.* 172. *Knauth. Hal.* 185. *Boerh. II.* 212. *Heiſt. I.* 27. *Zanich.* 225. *ic.* 299. *Segv. II.* 269. *Berg. Fl. Francf.* 64. Rhamnus bacca globoſa nigra draſtica, folio pruni *Kram.* 133. Rhamnus ſpinis terminatricibus, floribus quadrifidis *Linn. H. Cliff.* 70. *Roy.* 224. Rhamnus ramis ſpina terminatis, floribus quadrifidis dioicis *Linn. Fl. Suec. n.* 193. *Mat. med.* 72. *Wachend.* 253. *Dalib.* 72. Rhamnus ſpinoſus foliis ouatis acuminatis ſerratis *Hall.* 163.

Nota Icones Blackvvellianae ſunt *Fig. I.* 1. 17. 20. reliquas ſatis numeroſas ad ipſius naturalis plantae normam nunc delineatas communicamus. Fruticoſa haec folia habet obſcure viridia, petiolata, ouata, acuminata, et in margine minutiſſime ſerrata. Haec tamen foliorum figura non ſemper eadem eſt, ſed, vt plantae in hortis cultae docuerunt, illa, quae floſculos mares profert, maiora quandoque obtinet, profundius crenata, et quodammodo vndulata; Foliis in diuerſis plantis diuerſi immiſcentur flores. Florem eiusmodi, et maſculinum quidem, imperfecte *Fig. I.* accuratius vero delineatum ſiſtimus iconibus ſequentibus. *Fig* itaque 7. naturalem eius magnitudinem, 8. 9. 10. vero auctam eam denotat, et ſpeciatim *Fig.* 10. *a* calycem campanulatum apertum et *c.* rudimentum ouarii, *Fig* 9. *a. a. a* quatuor calycis lacinias, *d. Fig.* 9. quatuor ſquamulas, quae plurimis petala dicuntur, easque a reliquis par-

Anm. Die Blackwelliſchen Abbildungen ſind Fig. I. 1. 17. 20. Die vielen übrigen aber haben wir nach der natürlichen Beſchaffenheit der Pflanze beygefüget. Dieſes Staudengewächſe hat dunkelgrüne, länglichte, ſpitzige und am Rande eingekerbte Blätter, welche mit einem Stiele befeſtigt werden, die Figur derſelben iſt nicht allemahl einerley, ſondern wie uns die in Gärten erzogne Pflanzen gelehret, hat diejenige, welche männliche Blumen trägt, bißweilen gröſſre und tiefer eingeſchnittene auch einigermaſſen krauſigte Blätter. Zwiſchen dieſen Blättern ſitzen in verſchiednen Pflanzen verſchiedne Blumen. Ein ſolches und zwar männliches Blümgen wird, allein unvollkommen, Fig. I, deutlicher aber in folgenden Figuren vorgeſtellet: Fig. 7. ſtellet die natürliche Gröſſe deſſelben für, und Fig. 8. 9. 10. erſcheint ſolches vergröſſert, und beſonders ſieht man Fig. 10. a. den offnen Glockenförmichten Kelch und c. das unvollkommne Eygen, Fig. 9. a. a. a.
die

partibus ſeparatas *Fig.* 11. et 12, tandemque *b. Fig.* 8. et *c. Fig.* 9. quatuor ſtamina ex tubo calycis egredientia oſtendunt. Femininum floſculum numero laciniarum variare illumque ordinarie quatuor *Fig.* 4., rarius quinque *Fig* 2. et rariſſime tres *Fig* 3. habere intelligimus. Huius calyx priori quidem ſimilis, at multo minor eſt, quod et de ipſis ſic dictis petalis valet. A poſteriori ergo facie *Fig.* 6., ab anteriori vero *Fig* 4. et lente auctus *Fig.* 5. ille exhibetur, in quo inprimis litt. *a* quatuor calycis lacinias, *b.* vero interſtitiis earum appoſita quatuor petala videmus. In fundo floris huius feminini haeret piſtillum *Fig.* 13., quod lente auctum *Fig.* 14. ſiſtit ouarium *f* ſtylo ſimplici quatuorque ſtigmatibus *g.* terminatum, illud ipſum ſeorſim videmus *Fig* 15. et aucta magnitudine, nuncque diſſectum, quadriloculare illud eſſe ex *Fig* 16. intelligimus. Ouarium hoc in fructum orbicularem nigro colore inſignitum mutatur, qui ramulis plantae ſpina terminatis adhaerens *Fig. III.* 18., ſeorſim vero *Fig.* 17. diſſectumque *Fig* 19. conſpicitur; hic ipſe vtplurimum quatuor, aliquando vero tantum tria, vt VAILLANTIVS l. c. adnotauit, vel duo ſemina, *Fig.* 20. 21. depicta, continet. Planta noſtra veteribus quidem diu cognita fuit, RAIVS vero l. c. primum oſtendit, petala in eiusdem flore adeſſe; ſexumque duplicem in planta diuerſa dari, DILLENIO tribuendum eſſe exiſtimamus. Atque hic ipſe auctor, vti et nos obſeruauimus, in floribus ſtaminibus ornatis ne fructus quidem rudimentum adeſſe affirmat, licet in ipſa floris eiusdem delineatione eiusmodi appareat, et HALLERVS florem hermaphroditum praeter femininum dari adſerat.

die vier Einſchnitte des Kelches, und d. Fig. 9. vier Blättgen, welche von vielen petala genennt werden, und dieſe von den andern Theilen abgeſondert Fig. 11. und 12, ferner b. Fig. 8. und c. Fig. 9. die vier Staubfäden, wie ſolche aus der Höle des Kelchs entſpringen. Daß die Einſchnitte der weiblichen Blume nicht allemal einerley Zahl halten, lehret die Erfahrung, denn ordentlicher Weiſe ſollen derſelben viere ſeyn Fig. 4, bißweilen ſind ihrer fünffe Fig. 2. und manchmal, ob zwar ſelten, Fig. 3. nur drey. Der Blumenkelch iſt zwar dem vorigen ähnlich, nur etwas kleiner, welches auch von den ſo genannten Blumenblättgen gelten kan. Von hinten erſcheint derſelbe Fig. 6. von forne Fig. 4. und vergröſſert Fig. 5. wo man auch insbeſondre a. die 4. Einſchnitte des Kelches, b. die vier Blumenblättgen, wie ſie in denen Zwiſchenräumen dieſer Einſchnitte anſitzen, nachrechnen kan. Auf dem Boden dieſer weiblichen Blume ſitzt das Piſtillum Fig. 13., ſo vergröſſert Fig. 14. ſowohl das Eygen f. als den einzeln Staubweg und ſeine vier Spitzen g. vorſtellet: ſolches iſt von den übrigen Theilen abgeſondert Fig. 15. und abermals vergröſſert und zerſchnitten Fig. 16., woſelbſt man insbeſondre die vier Hölen deſſelben erkennet. Das Eygen wird in eine rundliche und ſchwarze Frucht verwandelt, welche auf den Aeſten der Pflanze hänget, ſo ſich mit einem Stachel endigen Fig. III. 18. Von der Pflanze abgeſondert erſcheint dieſe Frucht Fig. 17. und zerſchnitten Fig. 19. In derſelben liegen vier Saamen Fig. 20. 21. abgebildet; manchmal werden aber derſelben nur drey, wie VAILLANTIVS ſchon angemerkt, auch nur zwey, wiewohl ſeltner, gefunden. Dieſe Pflanze iſt zwar den Alten ſchon bekannt geweſen, RAIVS l. c. aber hat zuerſt die Blättgen in der Blume entdecket, und wie wir dafür halten, hat DILLENIVS l. c. zuerſt gelehret, daß die Blumen beyderley Geſchlechtes in verſchiednen Pflanzen befindlich ſind. Und dieſer Schriftſteller, wie wir auch ſelbſt wahrgenommen, behauptet, daß in denenjenigen Blumen, welche Staubfäden haben, nicht das mindeſte von der Frucht anzutreffen ſey; obgleich hier in derſelben Abbildung ſich dergleichen zeiget, und HALLER l. c. angenommen, daß auſſer der weiblichen auch eine Blüthe beyderley Geſchlechtes zugegen ſey.

TAB. 136. *Lat.* Marrubium nigrum, Ballote. *Germ.* Schwarzer Andorn. *Græc.* Βαλλωτή. *Angl.* Black or Stinking Horehound. *Hiſp.* Marrajo nigro. *Ital.* Marrobio baſtardo. *Gall.* Marrube noir. *Belg.* Svvarte Andoren, Malroue.
⊙ ✢

1. Caules ad duorum pedum altitudinem exſurgunt, folia profunde ſunt viridia, flores vero ex coeruleo purpuraſcentes.

2. Creſcit ad vias et ſepes, et per varios anni menſes floret.

3. DIOSCORIDES refert, folia huius plantae cum ſale contuſa et vulneribus impoſita contra morſum canis rabidi valere, nec non ſuccum cum melle mixtum ad vlcera purganda adhibere iubet. Doctor BOWL vt ſingulare in hypochondriacis hyſtericisque adfectionibus remedium commendat.

1. Die Stengel werden zwey Fuß hoch, die Blätter ſind dunkelgrün, die Blumen blau purpurfärbig.

2. Es wächſet an Landſtraſſen und Hecken, wo es verſchiedne Monathe des Jahres blühet.

3. DIOSCORIDES ſchreibt, man könne den wütenden Hundsbiß curiren, wenn man ſeine Blätter mit Salz zerſtöſſet, und über die Wunde legt; ingleichen befiehlt er den Safft davon mit Honig zur Reinigung alter Schäden zu gebrauchen. Doctor BOWL rühmt es, als ein beſonders Mittel, in hypochrondriſchen und Mutterzufällen.

4. NOM. GEN. Ballote *Raj. Meth.* 64. *Syn.* 244. *Tourn.* 184. *Boerh. I.* 175. *Knauth. Meth.* 112. *Kram.* 53. *Hall.* 648. *Ludvv. n.* 204. *Segu. I.* 288. *Morand. El.* 13. Ballota *Linn. Gen. n.* 580. *Roy.* 315. *Wachend.* 134. Marrubium nigrum *Raj. I.* 571. Marrubium nigrum ſ. Marrubiaſtrum vel Ballote *Riv. Mon. p.* 12. Marrubiaſtrum *Magn. Car.* 89. *Knauth. Hal.* 105. *Rupp.* 226.

5. NOM. SPEC. Marrubium *Dorſt.* 182. Marrubium vulgare *Cluſii XXXIV.* Marrubium nigrum *Ger.* 701. *Raj. I.* 571. Marrubium nigrum ſiue Ballote *J. B. III.* 318. Marrubium nigrum foetidum *C. B. Pin.* 230. *H. Ox. III.* 377. *S. XI. Tab* 9. *f.* 14. *Knauth. Hal.* 105. Marrubium nigrum foetidum Ballote dictum *Parck.* 1230. Marrubiaſtrum *Tab.* 926. *Magn. Car.* 89. *Riv. Mon. Tab.* 65. *Rupp.* 226. Ballote *Ruell.* 552. *Lugd.* 1253. *Caeſ.* 445. *Matth.* 601. *Cam. Epit.* 572. *Raj. Syn.* 244. *Tourn.* 185. *Vaill.* 20 *Boerh. I.* 175. *Zanich.* 34. *ic.* 182. *Kram.* 53. *Hall.* 648. *Morand.* 46. *Segu. I.* 288. *Berg. Fl. Francf.* 98. *Boehm. Fl. Lipſ. n.* 122. Ballote ſiue Marrubium nigrum *Dod.* 90. *Lob. Hiſt.* 279. *ic. I.* 518 Ballote flore rubro *Heiſt. I.* 6. Ballota *Linn. H. Cliff.* 311. *Roy.* 315. *Guett. I.* 245. Ballota foliis cordatis indiuiſis ſerratis *Linn. Fl. Suec. n.* 484. *Wachend.* 134. *Dalib.* 182.

Nota. Imperfectae illius Blackvvellianae delineationis nonniſi aliquam partem adiecimus, nempe *Fig. I* 1. 8. 11. Naturae vero magis conuenientes et totius plantae et floris inprimis icones dedimus ipſi. Itaque ramulus *Fig. II.* pilis raris obſitus, folia habet petiolata, oppoſita, ouata et margine dentata; praeterea villoſa ſunt et obſcuriore viridi colore praedita: male ergo dilute viridia *Fig. I* inſigniuntur. Ex foliorum ſuperiorum alis egrediuntur pedunculi, ex quacumque ala ſimplex, qui vero mox ramificatur et minoribus hiſce pedunculis, vid. inprimis *Fig. I.* inſiſtunt flores verticilli in modum caulem cingentes. Flos ex calyce campaniformi *Fig.* 8. et *a. Fig.* 2. 4. 9. 10. componitur, cuius laciniae quinque aequa-

Anm. Von der unvollkommnen Blackwelliſchen Abbildung haben wir nur etwas beygefüget, nämlich Fig. I. 1. 8. 11. Andre aber, welche mit der Natur der Pflanze beſſer übereinkommen, und zwar ſowohl von der ganzen Pflanze, als von der Blume, haben wir von neuen hinzugeſetzt. Mit dem Aſte Fig. II. welcher ganz ſparſam mit Haaren beſetzt iſt, werden einander gegenüber durch einen Stiehl, ouale, am Rande eingekerbte und rauhe Blätter verbunden. Dieſe haben eine dunkelgrüne Farbe, und iſt alſo falſch, daß ſie in der Fig. I. hellgrüne gemalt ſind. Aus den Winkeln der obern Blätter kommen kleine einzelne Stielgen, welche aber bald hernach in Aeſte getheilet werden, auf welchen die Blumen ſitzen Fig. I. ſo in einem Cirkel den Stengel umgeben.

quales in totidem quasi spinulas abeunt: Hoc ipso complectitur corolla, quae ex tubo, calyci aequali, in duo labia finditur *Fig* 1., cuius superius labium integrum est, tamen crenatum siue minima quadam fissura diuisum *Fig.* 2. 4. 5. *b.* prout recte nuper admodum WACHENDORFFIVS l. c. adnotauit, inferius vero trifidum laciniis lateralibus leuiter emarginatis *Fig* 4. 5. 6. *c c* media maxime pene cordata, profundius incisa *Fig* 4. 5. 6. *d* Stamina obtinet quatuor, et, vt in eiusmodi floribus solemne est, magnitudine diuersa. Labio itaque superiori *Fig* 7. *f. f* adhaerent illa duo quae breuiora, inferiori vero *Fig.* 6. *e e* longiora, ipsumque florem superantia. Dissecto calyce *Fig.* 10. *a.* videmus ouarium ex quatuor ouulis conflatum *i.* et ab hoc egredientem stylum *Fig* 9. 10. *g* stigmate duplici terminatum. Ipsa stigmata breuioribus staminibus intercipiuntur et quasi amplexibus continentur *Fig.* 3. *h.* Calyx immutatus persistens continet semina quatuor nuda ouata *Fig* 11. et 12. Adductae nunc icones praeter *Fig.* 3. 10. naturali magnitudine exhibentur. Quae nunc de flore diximus, facile nos docent, Ballotem hybridam quasi plantam esse, et ex Stachyde forte et Marrubio progenitam: calyx enim Marrubio, et corolla Stachydi propria est.

Die Blume bestehet aus einem glockenförmigen Kelche Fig. 8. und a. Fig. 2. 4. 9. 10. dessen Rand in fünff gleiche Einschnitte getheilet wird, welche sich gleichsam mit einem Stachel endigen. Dieser Kelch umgiebt die Blumendecke, welche mit einem Trichter, so an Länge dem Kelch ziemlich gleichkommt, anfängt, und hernach in zwey Lippen getheilet wird Fig. 1.; die oberste davon ist zwar ganz, aber etwas eingekerbt, oder mit einer sehr kleinen Spalte versehen Fig. 2 4. 5. b. wie neulich erst WACHENDORFF l. c. angemerkt; die unterste bestehet aus drey Theilen, davon die seitwärts stehenden ganz wenig eingekerbt sind Fig. 4. 5. 6. c. c. Die mittelste als die gröste ist herzförmig und mit einem tiefen Einschnitte gespalten Fig. 4. 5. 6 d. Ferner sind in der Blume vier Staubfäden, und, wie es in dergleichen Blumen meistentheils angetroffen wird, von verschiedner Grösse. Mit der obern Lippe sind also die zwey kleinern Fig. 7. f. f. mit der untern aber die zwey grössern und über die Blume herausragenden Fig. 6. e. e. vereiniget. In dem zerschnittnen Kelche Fig. 10. a. siehet man vier Eyzen i. mit dem Staubwege und desselben doppelten Spitze Fig. 9. 10. g. Diese beyde Spitzen werden von den zwey kürzern Staubfäden eingeschlossen, und gleichsam umarmet Fig. 3. h. Der Kelch bleibet unverändert stehen, und enthält vier länglichte nackende Saamen Fig. 11. und 12. Alle jetzt erwehnte Abbildungen sind, ausser Fig. 3. 10., nach der natürlichen Grösse vorgestellet worden. Was wir jetzund von der Blume dieser Pflanze gesagt haben, lehret uns, daß Ballote gleichsam aus zwey andrer Pflanzen Veränderungen, und vielleicht aus der Stachys und den Marrubium erzeuget sey: denn der Kelch kommt mit der letztern, die Blumendecke aber mit der ersten vollkommen überein.

TAB. 137. *Lat.* Cydonea, Cotonea. *Germ.* Quitten. *Græc.* Κυδωνία μηλέα. *Angl.* Quinces. *Hisp.* Membrillhos. ⊙ *Ital.* Mele Cotogne. *Gall.* Pomes de Coignes, Coignier. *Belg.* Quee Boom, Quee Appellen.

1. Haec arbor raro eamdem, ac malus, crassitiem acquirit, plerumque tortuosum caulem, multis tenuibusque ramis instructum obtinens. Folia cum mali foliis conueniunt, neque, nisi rotundiori figura et superficie inferiori tomentosa, discrepant. Flores etiam ex albo purpurascunt, fructus ex luteo viridescens tomento obducitur.

2. Ad fossas et lacus plerumque plantatur, Maio mense floret; fructus vero Septembri et Octobri demum perficit.

3 Fructus ad remedia cardiaca stomachicaque refertur; digestionem iuuat, vomitus et singultus sistit, nec non ad defluxiones omnis generis commendatur. Semini vis balsamica et emolliens inest, temperat humorum acrimoniam, et exulcerationes oris fauciumque sanat, in primis in aphthis infantum conuenit, ad quas mucilago ex iis parata adhibetur. Externe vsurpatur in sanandis dolorosis fissuris eschararum.

1. Dieser Baum wächst selten so dick, als ein Apffelbaum, und hat insgemein einen krummen Stamm mit vielen dünnen Zweigen. Die Blätter kommen den Apffelblättern gleich, ausser daß sie runder und an der untern Fläche wollicht sind; die Blumen sind weißlicht purpurfarb; die Frucht ist gelblicht grün, mit Wolle bedeckt.

2. Insgemein wird er an Teichen und Gräben gepflanzt; Er blüht im May; Seine Frucht aber ist zeitig oder reiff im September und October.

3. Die Frucht wird den Herz- und Magen-stärkenden Mitteln beygezählet, hilfft zur Verdauung, und stillet das Erbrechen und den Schlucken. Man rühmt sie auch in allen Arten der Durchfälle. Der Saame ist balsamisch und erweichend, er lindert die Schärffe derer Feuchtigkeiten, und ist dienlich bey schmerzhafften Geschwüren des Mundes, und der Kehle, besonders in den sogenannten Schwämmen bey Kindern, als wo der Schleim davon öffters gebraucht wird. Aeusserlich wird er zur Abheilung schmerzhaffter aufgerissnen Blattern verordnet.

Nota. Huius etiam plantae Blackvvellianae delineationi, ad quam praeter caulem *fig. 1. 7. 8.* pertinet, florum partes nitidiores a nobis funt appofitae. Monemus autem, nos ex fpecimine, in horto culto, florem adduxiffe, quare idem, prae natiua eius indole, quae ex foli, in quo crefcit, natura minor eft, paullo amplior confpicitur. Ex foliorum oppofitorum, ouatorum, obtufo apice definentium alis, pedunculi florum oriuntur, inferioribus in locis paucioribus in fuperioribus vero copiofioribus onufti floribus. Corolla monopetala, infra tubulofa eft *fig. 1.* in calice continetur monophyllo *fig. 2. a.* Dum ex eodem emergit, tubus in duo labia fecedit, quorum inferius ex tribus conftat laciniis, earum media *b.* maxima eft, medio leuiter emarginata, laterales tenuiores et fubrotundae *c. c.*, fuperius contra labium integrum exiftit *d.* A latere easdem proponit partes fig. 3. ita tamen, vt inferioris labii, quod et barba dicitur, media lacinia deorfum flexa, melius appareat. Ab anteriori parte retrorfum difciffa eft corolla in *fig.* 4, leuatum labium fuberius *d.* inferiori adhaerere monftrat ftamina quatuor, in duas feries difpofita, quarum pofterior duo breuiora *e. e*, anterior duo longiora *f f.* continet, antherae his adcrefcunt fubrotundae. Calix porro, qui marcefcente corolla, fed parum, augetur, fuperius, vt illa, in duo diuiditur labia, fed inuerfo modo, vt fuperius trifidum, inferius bifidum fit *fig.* 5, cylindraceus eft *fig. 7.* in cuius fundo deteguntur femina conftituta effe *fig. 6.* minora, numero quatuor *fig. 8.* Haec, dum cohaerent, quadratum corpufculum efformant, linea cruciata diuifum *fig. 9.* feparata autem, licet minora, oblongam habent formam *fig.* 10. et per maturitatem ex viridi fufcum poftmodum contrahunt colorem.

Anm. Der Blackwelliſchen Zeichnung dieſer Pflanze, zu welcher auſſer dem Stengel fig. 1. 7. 8. gehöret, ſind auch hier die zarten Theile der Blüthe beygefüget worden. Wir erinnern nur, daß wir von einem Exemplar, ſo in dem Garten gezogen worden, die Blüthe vorgeſtellet, daher dieſelbe etwas gröſſer, als natürlich, erſcheinet, indem ſie in Anſehung der Beſchaffenheit des Ortes, worinnen ſie wächſet, kleiner. Aus dem Zwiſchenraum der einander gegen über ſtehenden, länglichten, und fornen ſtumpff zugeſpitzten Blätter kommen die Stengel der Blüthen hervor, welche an dem unterſten Theile wenige, oben aber mehrere Blumen tragen. Die einblätterichte Blume hat von unten eine Röhre fig. 1. und iſt in einem einblätterichten Kelche enthalten fig. 2. a. Dieſe Röhre theilet ſich, wo ſie aus dem Kelche heraus kommt, in zwey Lefſzen, davon die unterſte derſelben b. die gröſte, und in der Mitte ein wenig eingeſchnitten iſt, die Seiteneinſchnitte ſind ſchmäler und rundlich c. c, die oberſte Lefſze hingegen iſt ganz d. Von der Seite ſtellet dieſe Theile vor fig. 3. doch alſo, daß der mittlere Einſchnitt der untern Lefſze, welche auch barba genennt wird, und unterwerts gebeuget iſt, beſſer zum Vorſchein kömmt. Die Blume iſt von forne hinterwärts zerſchnitten in fig. 4; die oberſte Lippe, welche in die Höhe gehoben d, zeiget die vier Staubfäden, welche an der unterſten hangen, und in zwey Reihen geſetzet ſind, davon die hinterſte zween kürtzere e. e, die vorderſte zween längere Staubfäden f. f. enthält, an welchen die rundlichen Staubſpitzen befindlich. Der Kelch, welcher, nachdem die Blume verwelcket, aber wenig vergröſſert wird, wird, wie dieſelbe, oben in zwey Lefſzen getheilet, aber nur auf umgekehrte Art, daß nämlich die oberſte drey, und die unterſte zween Einſchnitte habe fig. 5. Er iſt übrigens cylindriſch fig. 7. und auf dem Grunde entdecket man die Saamen fig. 6. welche klein, und an Anzahl viere ſind fig. 8. Indem dieſe noch zuſammen hängen, machen ſie einen viereckigten Körper aus, welcher durch Kreutzſtriche getheilet iſt fig. 9. Theilet man ſie von einander, ſo ſind ſie zwar klein, doch länglicht fig. 10. und erlangen bey ihrer Reiffe aus der grünen eine braune Farbe.

TAB. 167. *Lat.* Calamintha officinalis. *Germ.* Gemeine Ackermünze, wilder Poley. *Graec.* Καλαμίνθη *Angl.* The common Calamint of the Shops, Spotted Calamint. *Hisp.* Neveda. *Ital.* Calamenta. *Gall.* Pouliot sauvage. *Belg.* Calament.

1. Haec calamintha antecedenti fere similis est, sed humi magis repit, et angustiora habet folia, de reliquo illius aeque ac huius folia et flores colore non discrepant.

2. In iisdem occurit locis, ac antecedens, Iulio vero et Augusto floret.

3. Iisdem fere ac altera aperiendi viribus pollet, eiusque loco saepe adhibetur; copiosa enim in quantitate occurrit, atque in officinas facile induci potest.

1. Diese Ackermünze sieht meistens der vorigen gleich, blos daß sie mehr auf der Erde kriecht, und etwas schmälere Blätter hat, übrigens sind dieselben, wie auch die Blumen an der Farbe einander völlig gleich.

2. Man findet sie an eben dergleichen Orten, wie die vorige, sie blüht aber im July und August.

3. Sie hat meistens eben die eröffnende Kräffte, wie die andre, und wird daher offtmals statt derselben gebraucht, weil man sie in grösserer Menge hat, und sich damit die Apothecker am ersten versehen können.

4. NOM. GENER. conf. Tab. 166.

5. NOM. SPEC: Pulegium sylvestre seu Calamintha altera *Dod.* 98. Calamintha angustifolia *Hort. Eystett. Aest. O.* 7 *F.* 8 *f.* 2. Calamintha aruensis secunda *Tab.* 736. Calamintha altera odore pulegii foliis maculosis *Park.* 36. *Lob. Jc a.* 513. Calamintha flore minore, odore pulegii *J. B. III. b.* 229. Calamintha pulegii odore seu Nepeta *C. B. pin.* 228. *Raj. Syn. I.* 243. *Hist. I.* 569. *Magn. Car.* 93. *Tourn.* 194. *Ger.* 687. *Rupp.* 232. *Zanich.* 46. *t.* 187. *Mich. H. Flor.* 19. *Manett. Virid. Spicil.* 9. Calamintha pulegii odore, foliis latioribus *Boerh. I.* 175. Calamintha italica pulegii odore, acris *Gesn. Hort.* 251. *et* 260. *b.* Calamintha montana *Mattb.* 77. *Camer. epit.* 482. Calamintha folio incano *Riv. mon. t.* 47. Calamintha foliis ouatis, obtusis, caule procumbente *Hall.* 651. Melissa floribus ex alis superioribus, pedunculo dichotomo, caule procumbente *Linn. H. Cliff.* 308. *Roy.* 321. *Wachend.* 136 *Segv. Ver. I.* 304. *Guett. II.* 257. *Dalib.* 175.

Nota. Huius plantae, in qua solam retinuimus Blackvvellianam iconem, corolla *fig.* 1. calix cum fructu *fig.* 2. seminaque *fig.* 3. cum antecedenti ita conueniunt, vt ibi dicta huc referri debeant. Diuersitatem faciunt foliorum magnitudo minor, obtusus eorum apex, et habitus pro differentia culturae magis vel minus villosus.

Anm. Von dieser Pflanze, wovon wir nur die Blackwellische Abbildung beybehalten, kömmt die Blume fig. 1. der Kelch, nebst der Frucht fig. 2. und die Saamen fig. 3. mit der vorhergehenden also überein, daß alles, was von dieser gesaget worden, hieher gehöret. Den Unterschied machen die Blätter aus, welche kleiner sind, und deren stumpfes Ende, wie auch das rauhe Wesen der Pflanze, welches nach Unterschied der Wartung derselben mehr oder weniger merklich ist.

TAB. 168. *Lat.* Gallium album latifolium. *Germ.* Megerkraut, Waldstroh, unsrer Frauen Bettstroh. *Graec.* Γάλλιον, Γάλιον, Γαλάτιον, Γαλέριον. *Angl.* Wite Ladies, Bed-Stravv, great bastart Madter. *Hisp.* Coaia Leche Yerva. *Ital.* Galio. *Gall.* Petit Muguet. *Belg.* Walstroo.

1. Ad duo pedes vsque excrescit, folia pallide viridem, flores album referunt colorem.

2. Ad semitas viarum et sicciora steriliaque loca crescit, Iunio Iulioque mensibus floret.

3. Exsiccans inspissansque huic plantae adscribitur virtus, et in omnibus excretionibus et haemorrhagiis praeter naturam contingentibus laudatur, nec non in curandis vulneribus. Nonnulli decoctum eius in podagra commendant, et pediluuium inde paratum, si motum corporis magna subsequatur pedum lassitudo. In regionibus septentrionalibus hac planta vtuntur in conficiendis caseis, cuius ope lac nimirum coagulatur.

1. Es steiget bis zwey Fus hoch, die Blätter sind grasgrün, die Blumen weis.

2. Es wächst an Angern und dürren unfruchtbaren Plätzen, es blüht im July und Juny.

3. Diese Pflanze hält man für trocknend und verdickend, und daher dienlich bey allen Arten unordentlicher Blutflüße und Verblutungen, ingleichen Wunden zu heilen. Einige rühmen den abgesottenen Trank im Zipperlein, ingleichen ein davon bereitetes Fusbad bey der von vielen Gehen entstandenen Müdigkeit. In denen Nordlichen Gegenden bedient man sich dieser Pflanze, die Milch zum Käse gerinnend zu machen.

4. NOM. GEN: Gallium *Magn. Car* 154. *Tourn.* 114. *Boerh. I.* 148. *Rupp.* 4. *Vaill.* 77. *Ludvv.* 11. *Kram.* 2. *Segv. Ver. I.* 189 *Heist. Syst.* 6. Galium *Linn. Gen. no.* 97. *Roy.* 256. *Hall.* 458. *Wachend.* 22. *Guett. II.* 46. *Dalib.* 47. Mollugo *Raj. meth.* 54. *Syn.* 223. *hist. I.* 481. *Knaut. Hal.* 94.

5. NOM: SPEC: Galion *Cord. in Diosc.* 69. *b.* Gallion album 3. *Trag.* 493. Galion candido flore *Caes:* 315. Gallium *Lonic.* 270. *a.* Gallium album vulgare *Tourn* 115. *Vaill.* 77. *Dill.* 82. *Segv. Veron. I.* 189. *Weinm. t.* 530. *f. a. Mich. H. Florent.* 40. *Manett. Virid* 33. Gallium latifolium syluaticum *Kram.* 2. Gallium vulgare flore albo *Heist. II.* 13. Galium foliis plurimis acutis, caule flaccido, ramis patentissimis *Linn. H. Cliff.* 34. *Fl. Suec.* 117. *Roy.* 257. *Dalib.* 47 *Guett. II.* 46. Galium caule quadrangulo, foliis octonis, glabris, acuminatis *Hall.* 461. *Boehmer.* 11. Rubia syluestris *Mattb.* 659. *Ger.* 1118. Rubia angulosa aspera *J. B. III. b.* 715. Mollugo *Dod.* 354. *Clus. II.* 176. *I. Tab.* 434. Mollugo vulgatior *Raj. Hist. I.* 481. *Park.* 565. *Mor. III. p.* 330. *S. IX.* 22. *f.* 1. Mollugo vulgatior herbariorum, Galion album quorumdam *Lob. Hist.* 495. *Jc. a.* 802. *Dalech.* 1088. Mollugo montana angustifolia vel Gallium album latifolium *Magn. Car.* 154. *C. B. Pin.* 334.

Nota Totius quidem plantae modum crescendi florendique ex Blackvvellianis iconibus *fig. I.* 1. 8. discimus, in flore tamen minores partes delitescunt, quae consideratione omnino dignae, in reliquis, a nobis additis proponuntur. Folia angusta, acuminata verticillatim caulem tenerum cingunt, ex quibus exire conspicimus ramos, floribus in summitate ornatos. Numerus foliorum cum ipsis ramis minuitur, & laxius alias dispositi flores nonnumquam densius colliguntur *fig. II.* Singuli flores, quales integros *fig. 1. et 2.* offerunt, calici

Anm. Die Art und Weise zu wachsen und zu blühen, der ganzen Pflanze lernet man aus den Blackwellischen Abzeichnungen fig. I. 1. 8, es liegen aber noch in der Blüthe einige kleinere Theilchen verborgen, welche allerdings der Betrachtung würdig, und von uns in den übrigen Figuren vorgestellet worden sind. Es umgeben den Stengel enge und spitzige Blätter, welche rund herum stehen, zwischen welchen wir die Aeste entspringen sehen, welche oben die Blüthen tragen. Die Anzahl der Blätter verringert sich an den Aesten, und die Blüthen, welche weitläufftig ausinan-

lici minori quadridentato inhaerent, ipſi ſunt monopetali, aucta magnitudine ab anteriori parte *fig.* 3. eos proponit, in qua quatuor planas et acutas corollae lacinias obſeruamus, quibus interſunt et fructus rudimentum et quatuor ſtamina, filamentis ſat longis inſtructa, ac antheras ſubrotundas ſuſtinentibus. A latere florem ſi intuemur *fig.* 4, non easdem ſolum partes, ſed etiam ſtylum inferius craſſum, ſuperius ad dimidiam fere partem diuiſum detegimus. Si inuertatur flos, vt in *fig.* 5. tandem calix in conſpectum venit, ab inferna parte hemiſphaericus. Ex quo reſoluta et a reliquis partibus liberata corolla inſtruitur *fig.* 6. inferius adeo anguſto breuique tubo, vt pro nullo habendus ſit. Fructus capſulam oblongam, ex duabus, media parte ſibi appoſitis, conflatam ſiſtit *fig.* 7. cui ſemina inſunt reniformia *fig.* 8.

einander ſtehen, werden bisweilen dichter zuſammen geſetzt fig. 1. Jede Blüthe, welche man ganz fig. 1. und 2. bemercket, hänget an einem kleinen Kelche, der vier ſcharffe Einſchnitte hat; Sie ſind einblätterich; dieſe zeiget von forne fig. 3. Wir werden in ſelbiger vier flache und ſpitzige Einſchnitte gewahr, zwiſchen welchen der Anſatz der Frucht, und vier Staubfäden, mit langen Faſern und rundlichen Staubſpitzen befindlich ſind. Wenn man die Blume von der Seite betrachtet fig. 4, ſo entdecket man nicht nur eben dieſe Theile, ſondern auch den Griffel, welcher unten dicke, oben aber faſt auf die Helffte getheilet iſt. Drehet man die Blume um, wie in fig. 5, ſo erſcheinet endlich der halbrunde Kelch von unten. Die von den übrigen Theilen loßgemachte Blumendecke fig. 6. hat von unten eine kleine und enge Röhre, welche bey nahe vor nichts zu achten iſt. Die Frucht iſt eine länglichte Kapſel, und beſtehet aus zween Theilen, welche in der Mitte mit einander verbunden ſind fig. 7. in welcher ſich Nierenförmige Saamen befinden fig. 8.

TAB. 169. *Lat:* Virga aurea anguſtifolia, minus ſerrata. *Germ.* Gülden Wundkraut, heydniſch Wundkraut. *Angl.* Golden Rod. *Ital.* Virga aurea *Gall.* Verge dorée. *Belg.* Gulden Roede.

1. Caulis altitudinis eſt duorum vel trium pedum, folia virent, flores luteo inſigniuntur colore.

2. In ſyluis ſepibusque creſcit, et menſe Julio floret.

3. Folia et ſummitates inter vulnerarias referuntur herbas, et interdum decoctis vulnerariis admiſcentur, externe fomentis et cataplaſmatibus. Nonnulli hanc plantam in haemoptyſi extollunt, vel aliis ſanguinis profuſionibus, in primis in calculo multum laudatur.

1. Der Stengel ſteiget zwey oder drey Fus hoch, die Blätter ſind licht grasgrün, die Blumen gelb.

2. Es wächſet in Wäldern und Hecken, und blüht im July.

3. Man braucht die Blätter und Gipffel, als eines unſerer beſten Wundkräuter, man nimmt ſie insgemein innerlich unter die Wundtränke, und äuſſerlich zu den Uberſchlägen und Bähungen. Einige rühmen es im Blutauswerffen und anderer unordentlicher Entgehung deſſelben, beſonders hält man es für ſehr dienlich im Steine.

4. NOM: GEN: Virga aurea *Raj. meth.* 33. *Syn.* 176. *Hiſt. I.* 278. *Magn. Car.* 123. *Tourn* 483. *Boerh. I.* 96. *Rupp.* 181 *Heuch.* 48. *Knaut. meth.* 144. *Knaut. Hal.* 127. *Vaill.* 204. *Kram.* 82. *Segu. Ver. II.* 213. *Guett. II.* 253. *Morand. El.* 8. *Heiſt.* 7. Solidago *Linn. Gen. no.* 785. *Roy.* 161. *Ludvv.* 353. *Hall.* 729. *Wachend.* 231. *Dalib.* 256.

5. NOM: SPEC: Virga aurea *Raj. Hiſt. I.* 278. *Caeſ.* 503. *Cam. Epit.* 748. *Morand.* 27. Virga aurea Arnoldi Villanouani *Ger.* 430. Virga aurea foliis ſerratis *Matth.* 712. *Tab.* 1260. *Park.* 542. Virga aurea altera *Lugd.* 1273. Virga aurea altera folio ſerrato *Lob. Hiſt.* 159. *Ic. a.* 299. Virga aurea. latifolia ſerrata *C. B. pin* 268. *Tourn.* 484. *Moriſ. III.* 124. *ſect. VII. t.* 23. *f.* 4. *Knaut. Hal.* 127. *Zanich.* 278. *ic.* 271. Virga aurea margine crenato *Dod.* 142. Virga aurea vulgaris latifolia *J. B. II.* 1068. *Magn. Car.* 123. *Vaill.* 204. *Manett. Virid* 100. *Mich. H. Florent.* 100. Virga aurea vulgaris folio ſerrato *Kram.* 82 Virga aurea folio ampliſſimo dentato *Boerh. I.* 96. Solidago floribus per caulem ſimplicem vndique ſparſis, foliis lanceolatis *Linn. Fl. Lappon.* 306. Solidago caule erecto, racemis alternis erectis *Linn. Hort. Cliff.* 409. *Fl. Suec.* 685. *Roy.* 161. *Hall.* 729. *Dalib.* 256. *Guett. II.* 353. *Boehmer.* 236.

Nota. Planta, quae hic proponitur, quoad exteriorem, potiſſimum foliorum, conformationem ſaepiſſime variare ſolet. Non autem hic tantum notamus, folia inferiora ſuperioribus ſemper latiora eſſe, immo marginem eorumdem crenatum vel integerrimum in his apparere, quod haec conditio in permultis obſeruari ſoleat aliis, ſed totius nonnumquam plantae folia ab imis ad ſuperna anguſta, margine integro praedita, aliquando omnia ſerrata deprehendi. Idque eam ob rationem hic adducendum eſſe putavimus, vt partim nominis Blackvvelliani ratio habeatur, partim pateat, quapropter ſynonyma botanicorum ea eligerimus, quae folia in hac planta ſerrata deſcribunt. Delineationes autem omnes Blackvvellianae ſunt: folium conſpicimus radicale, magnum, latum, ſerratum et petiolatum; in caule ea fiunt anguſtiora, nec non petiolis vel breuiſſimis vel nullis eidem adhaerent. Ex alis rami erecti, ſuperius floribus inſtructi, prodeunt, quorum plures in capitulum colliguntur oblongum; duplicis autem ſunt formae, alii in ambitu, quem radium vocant, conſtituti, ex minori et perbreui tubulo in latiorem limbum expanduntur, et lingulati nominantur, ex quorum medio ſurgit ſtylus in ſummitate diuiſus *fig.* 1. Alii in medio ſeu diſco collocati manifeſtum et longiorem habent tubulum, intus in iis conſtituta ſtamina antheris ſuis in canalem concreſcunt, qui medium ſtylum, vaginae inſtar, circumit. Omnes in calice ponuntur oblongo *fig.* 2, ex diuerſis ſquamarum ſtratis compoſito. Semen tandem poſt harum partium marceſcentiam ſupereſt oblongum, a latere compreſſum, ſuperius papposum *fig.* 3 vnumquodque eorum in fundo calicis ſeu thalamo haeret.

Anm. Die hier vorgeſtellte Pflanze pfleget vornämlich nach Beſchaffenheit der äuſſerlichen Bildung der Blätter ſehr öffters verſchieden zu ſeyn. Wir bemercken daher nicht nur, daß die unterſten Blätter jederzeit breiter ſind, als die obern, und daß der Rand derſelben entweder ausgezackt oder völlig ganz ſey, weil wir dieſes auch in vielen andern Pflanzen finden, ſondern auch, daß bisweilen die ſämmtlichen Blätter dieſer Pflanze, die obern und untern, enge und am Rande ganz befunden werden, bisweilen aber allerſeits eingekerbt ſind. Dieſes glaubten wir deswegen hier anzuführen berechtiget zu ſeyn, damit theils der Blackwelliſche Name erläutert werde, theils erhellen möge, warum wir diejenigen Beynamen der Kräuterkenner vor andern erwählet, welche dieſer Pflanze eingekerbte Blätter zueignen. Die Abzeichnungen ſind alle Blackwelliſch. Wir ſehen ein groſſes, breites, eingekerbtes Blatt nebſt ſeinem Stiele, wie ſie um die Wurzel befindlich, an dem Stengel ſind ſie enger, und haben entweder ganz kleine oder gar keine Stiele. Aus dem Zwiſchenraum derſelben erheben ſich die gerade aufſteigende, und an ihrer Spitze mit Blüthen verſehenen Aeſte. Die Blüthen ſind in einem länglichten Knopff zuſammen geſetzt, und haben zweyerley Geſtalt. Andere, ſo am Rande, welchen man radium nennet, herum ſtehen, dehnen ſich aus einem kleinen und kurzen Röhrchen in ein breites Bändgen aus, und werden daher lingulati genennet, aus deren Mitte erhebet ſich der oben geſpaltene Griffel fig. 1. Andere, welche in der Mitten oder dem ſogenannten diſco befindlich, haben eine deutlichere und längere Röhre, die in ſelbiger enthaltenen Staubfäden wachſen mit ihren Staubſpitzen zuſammen, welche als eine Scheide den Griffel umgeben. Alle dieſe befinden ſich in einem länglichten Kelche fig. 2., der aus verſchiedenen Schichten von Schuppen zuſammen geſetzt iſt. Wenn dieſe Theile verwelket, iſt noch der Saamen übrig, ſo länglicht, von der Seiten eingedrükt, und oben mit einem Bürſtgen verſehen iſt fig. 3. Jedes derſelben hänget an dem Grunde des Kelches oder dem thalamo an.

TAB.

TAB. 170. *Lat.* Elatine, Veronica femina. *Germ.* Ehrenpreis, Grundheil, Erdwinde. *Graec.* Ἐλατίνη. *Angl.* ♃ A Fluellin, Female Speedwell. *Ital.* Elatina. *Gall.* de la Veronique. *Belg.* Eerenprys.

1. Haec planta humi serpit, cauliculis instructa est paruis et villosis, octo pollicum longitudine; folia profunde sunt viridia, flores purpurei luteique.

2. In agris crescit, et fine floret aestatis.

3. Vulneraria herba est, in vlceribus commendatur antiquis et cancrosis, et in haemorrhagiis aliisque fluxionibus, nec non in oculorum inflammationibus.

1. Dieses Kraut kriecht auf der Erden, und hat kleine haarichte Stengel bey acht Zoll lang; die Blätter sind dunckelgrün, die Blumen purpurfärbig und gelb.

2. Es wächst in Kornfeldern, und blühet gegen das Ende des Sommers.

3. Es ist ein Wundkraut; man hält es für gut in alten Schäden, und freßenden krebshafften Geschwüren, in Blut- und andern Flüßen, wie auch bey entzündeten Augen.

4. NOM. GEN. Elatine *Riv. mon. p. 26. Rupp.* 242. *Knauth. meth.* 107. *Dill. Gen.* 116. *Vaill.* 48. Linaria *Raj. meth* 90. *Hist. I.* 759 *Tourn.* 168. *Boerh. I.* 231. *Kram* 46. *Segv. Verm. I.* 262. *Mor. El.* 17. Antirrhinum *Linn. Gen. n.* 589. *Roy* 294. *Hall.* 613. *Ludvv.* 247. *Wachend.* 147. *Dalib.* 184. *Guett. II.* 212.

5. NOM. SPEC. Elatine *Matth.* 716. *Lugd.* 1238. *Cam Epit.* 754. *Riv. mon. t.* 86. *Dill. Giss.* 157. Elatine altera *Dod.* 42. *Lob Ic. I.* 470. *Tab.* 1091. *Ger.* 625. Elatine femina folio anguloso *I. B. III.* 372. Elatine folio acuminato *Park.* 553. Elatine folio acuminato, in basi auriculato, flore luteo *C. B. pin.* 253. *Rupp.* 243. *Vaill* 48. *Manett.* 26 Elatine folio anguloso *Weinm t.* 476. *fig b.* Linaria elatine dicta, folio acuminato *Raj. Hist I.* 759. Linaria hirsuto folio acuminato, in basi auriculato *H. Ox. II.* 503. *S. V. t.* 14. *f.* 28. Linaria segetum, nummulariae folio aurito et villoso, flore luteo *Tourn.* 169. *Garid* 287. *Zanich.* 167. *Segv. Ver. I.* 264. Linaria folio aurito *Kram.* 46. Antirrhinum foliis hastatis *Linn H Cliff.* 323. *Roy* 290. caule flaccido *Linn. H. Vps.* 175. *Dalib.* 187. *Guett. II.* 212. Antirrhinum foliis imis coniugatis, superioribus alternis, ad basin hamatis *Hall.* 613. *Boehm. Fl. Lips.* 147.

Not. a. Blackvvellianam iconem hic immutatam sistimus, ex qua totius plantae habitus cognosci potest. Radix nimirum tenera et fibrosa de se spargit cauliculos flexiles, incuruos, humi prorepentes, quibus folia adhaerent circa radicem, id, quod nostra tamen figura non exprimit, opposita, in ipsis iisdem deinde magis alterna esse conspiciuntur petiolata et hastata. Ex alis horum flores protruduntur, vel ramuli procedunt. Flores in calice continentur quinquepartito; corolla monopetala, irregularis est, inferius calcare longiore instructa. *Fig.* 1. Post marcescentem florem fructus conspicitur *fig.* 2., qui in hac planta in duas laterales partes dehiscit, integra remanente basi, in quo permulta minora obueniunt semina *fig.* 3. Opus non est, vt de floris partibus aeque ac de genere plura moneamus, quum omnia iis sint similia, quae de Linaria iam supra Tab. 115. proposuimus, cum qua ob conuenientiam a recentioribus botanicis ad Antirrhinum refertur. Nec a Linaria discrepare, sed cum eadem coniungi debere, iam RAII fuit in Method. p. 91. sententia. Ita etiam patet, eas, quas pro nouo constituendo genere sufficere credit MANETTI l. c. p. 26. notas, caules scilicet procumbentes et foliorum figuram, quum floris essentiam diuersam non esse doceant, meliori iure in speciebus determinandis valere posse.

Anm. Wir liefern hier die Blackwellische Zeichnung unverändert, aus welcher die Gestalt der ganzen Pflanze zu erkennen ist. Die zarte und zaserigte Wurzel nämlich treibet biegsame, krumme und auf der Erde kriechende Aeste hervor, an welchen die Blätter nahe bey der Wurzel, welcher Umstand zwar in unsrer Abbildung nicht bemercket worden, einander gegen über stehen, an den Aesten selbst sind sie mehr wechselsweise gesetzt, haben ihre Stiele, und von unten Fortsätze, die wie Spieße gestaltet sind. Aus den Zwischenräumen derselben kommen Blumen oder Aeste. Die Blumen sind in einem fünffmal eingeschnittnen Kelche enthalten. Die Blumendecke bestehet aus einem Stücke, ist irregulär von Figur, und mit einem langem Fortsatz versehen, fig. 1. Wenn die Blume verwelket, so erblicket man die Frucht fig. 2. welche in dieser Pflanze in zween Theile zerspringet, so daß der Grund davon ganz bleibet, in derselben sind viele kleine Saamen enthalten fig. 3. Es ist unnöthig von den theilen der Blume sowohl, als dem Geschlechte ein mehrers zu erwähnen, weil diese denjenigen gleich sind, so wir oben Tab. 115. von dem Leinkraut beygebracht haben, mit welchem unsre Pflanze zugleich von den neuesten Kräuterkennern, zu dem Antirrhino gerechnet wird. So ist auch schon RAII in Method. p. 91. Meinung, daß sie von der Linaria nicht unterschieden sey, sondern mit derselben verbunden werden müsse. Ingleichen ist hieraus klar, daß diejenigen Kennzeichen, welche MANETTI l. c. p. 26. zureichend zu seyn glaubet, ein neues Geschlecht daraus zu machen, nämlich die auf der Erde liegenden Stengel und die Figur der Blätter, weil sie nicht zeigen, daß das Wesen der Blume unterschieden sey, beßer zum Unterscheid der Arten können angewendet werden.

TAB. 171. *Lat.* Cardiaca. *Germ.* Hertzgespan. *Graec.* Πράσιον, *Angl.* Matherwort, Marrubium call'd Cardiaca. ⊙ *Hisp.* Maroio. *Ital.* Cardiaca. *Gall.* Agripaume. *Belg.* Hertsgespan.

1. Ad octodecim pollicum altitudinem excrescit, folia profunde sunt viridia superius, inferius vero pallent, flores purpurei.

2. In desertis locis, et angustis viis reperitur, iunioque floret mense.

3. Nomen haec planta Cardiacae recepit, quod in cordis adfectionibus, prout in eius palpitatione et lipothymiis, vtilis esse creditur. Laudat nimirum D. BOWLES decoctum, ex illa paratum, cum saccharo in dictis his morbis, nec non in hypochondriaco hystericoque malo. Pulueris drachma, cum vino sumta, certum ad promouendum partum remedium esse perhibetur.

1. Es wird bis achtzehen Zoll hoch; die Blätter sind dunckelgrün an der obern Fläche, an der untern aber bleichgrün, die Blumen purpurrot.

2. Man findet es an öden Plätzen und engen Straßen, es blühet im Juny.

3. Diese Pflanze führt ihren Namen, Cardiaca, und Hertzgespan, von dem Glauben, daß sie in den Zufällen des Hertzens, als dem Klopffen deßelben und der Ohnmacht, Hülffe gebe. Dr. BOWLES rühmt den abgesottenen Tranck davon, mit Zucker versüßt, bey erstgenannten Zufällen, wie ingleichen in Milz, und Mutter-Beschwerungen. Das Pulver zu einem Quintlein in Wein gegeben, soll als ein gewißes Mittel die Geburt befördern.

4. NOM. GEN. Cardiaca *Raj. meth.* 64. *Syn. I.* 239. *Hist. I.* 571. *Tourn.* 186. *Magn. Car.* 84. *Knauth. meth.* 92. *Riv. mon. p.* 19. *Heuch. Ind.* 24. *Boerh. I.* 180. *Rupp.* 228. *Kram.* 50. *Hall.* 639. *Ludvv.* 199. *Heist. Ind. I.* 8. *Mor. El.* 13. Leonurus *Linn. Gen. no.* 583. *Roy.* 312. *Wachend.* 133. *Guett. II.* 237.

5. NOM.

5. NOM. SPEC. Cardiaca *Dod.* 94. *Fuchs.* 395. *Dorst.* 65. *a. Caes.* 445. *Lob. Hist.* 278. *Ic. I.* 516. *Lugd.* 1249. *Matth.* 790. *Camer. Epit.* 864. *Tab.* 935. *I. B. III. b.* 320. *Raj. Syn. I.* 239. *Hist. I.* 571. *Ger.* 705. *Park.* 42. *Lonic.* 216. *Tourn* 146. *Riv. mon. t.* 20. *Boerh. I.* 180. *Rupp.* 228. *Dill. Giss.* 122. *Zannich.* 49. *f.* 109. *Boehm. Fl. Lips.* 115. *Bergen. Fl. Francof.* 99. *Morand. H.* 50. Marrubium Cardiaca dictum *C. B. pin.* 230. *H. Oxon. III.* 378. *S. XI. t.* 9. *f.* 18. *Knauth Hal.* 106. Marrubium folio herbido serratiori *Brunf. I.* 158. Cardiaca flore rubro *Heist. Ind. I.* 8. Cardiaca Agripaume *Weinm. t.* 307. *f. a.* Cardiaca barbae laciniis mucronatis, flore vncia minore, folio dentato et serrato *Kram.* 50. Cardiaca foliis trilobatis *Hall.* 639. Leonurus foliis caulinis lanceolato-trilobis *Linn. H. Cliff.* 313. *Fl. Suec.* 496. *Mat. med.* 308. *Roy.* 312. *Wachend.* 133. *Guett. II.* 237.

Nota. Plantae figuram, quam dederat, BLACKWELLIA, ita auximus, vt floris partes in *fig.* 2. 3. 4. 6. foliorum vero structuram *fig.* 8. 9. exhiberemus. Caulis quadragonus per intervalla adhaerentia habet folia opposita, petiolata, in tres lobos diuisa, quorum loborum quilibet, in inferioribus certe, incisuras iterum varias obtinet: superiora enim folia tantum laciniata apparent, et laciniae ipsae integrae sunt. Quum praeter ea in foliorum expansione reticulata sit vasorum distributio, in iuniori foliolo eam *fig.* 8. docet, in paullo latiori eamdem aeque ac petioli cum caule cohaesionem *fig.* 9. declarat. Flores ad caulem verticillatim ponuntur; corolla monopetala est, inferius tubulosa, superius in duo diuisa labia, latiorque *fig.* 1. Hanc totam, calici inhaerentem, ab anteriori parte conspicimus *fig.* 2., a laterali *fig.* 3., in quibus calicem *a.*, corollam in duplex labium diuisam, et quidem in inferius *b.* et superius *c*, cum staminibus *d*, et medio pistillo *e*, distinguere licet. Labium superius scilicet integrum est, obtusum et antrorsum concauum, inferius autem in tres acutas lacinias dissectum, quarum media fere reliquis paullo maior est. In aperta per medium corolla *fig* 4. praeter labia *b. c.* stamina *d. d.* interius eidem inhaerentia et cum ea concreta, detegimus quatuor, ex quibus superiora inferioribus paullo longiora sunt. Remotis deinde ex calice his partibus, pistillum adhuc ei inhaeret, stilo instructum tenui, longo *fig.* 6. *e*, ita, vt etiam per corollam ipsam transiens, stamina superemineat, et in duo stigmata diuidatur. Calix autem *fig.* 5. inferius breui tubo instructus *fig.* 6. *a.* superius pariter in duo labia secedit, quorum alterum superius ex tribus, inferius ex duobus acutis segmentis constat, et in sinu suo quatuor semina angulosa fouet *fig.* 7. A Leonuro itaque, cum quo LINNAEUS hanc plantam coniungit, corollae et calicis structura recedit.

Anm. Die Abzeichnung der Pflanze, welche die BLACKWELL geliefert, haben wir dergestalt vermehret, daß wir die Theile der Blume in fig. 2. 3. 4. 6. die Bildung der Blätter in fig. 8. 9. beygefüget. Der viereckichte Stengel hat in gewißen Zwischenräumen einander gegenüberstehende und mit Stielen versehene Blätter; diese sind in drey Theile geschnitten, davon jeder, wenigstens in den untersten, verschiedene kleinere Einschnitte hat: denn die obersten Blätter sind nur eingeschnitten, und jeder Einschnitt ist ganz. Da auch in dem ausgebreiteten Blatte die Gefäße eine netzförmige Vertheilung machen, so zeiget dieselben in einem jungen Blättchen fig. 8, in einem etwas breitern Blatte nebst dem Anhang des Stieles mit dem Stengel fig. 9. Die Blumen stehen rund um den Stengel herum. Die Blumendecke bestehet aus einem Stücke, sie hat unten eine Röhre, und von oben ist sie in zween Theile gespalten, und breit fig. 1. Diese ganze Blumendecke in ihrem Kelche siehet man von fornen fig. 2. von der Seiten fig. 3. In diesen kan man den Kelch a., die in zween Lippen gespaltene Blumendecke, und zwar die unterste b., die oberste c., nebst den Staubfäden d., und dem Griffel e., unterscheiden. Die oberste Lippe nämlich ist ganz, stumpff zugespitzt, von forne hol, die untere aber in drey spitzige Einschnitte getheilet, davon der mitlere der gröste ist. Wenn man die Blumendecke mitten durchschneidet fig. 4, so wird man die darinnen befindlichen, und in derselben verwachsenen Staubfäden d. d gewahr, von welchen die obern länger sind, als die untern. Nimmt man aber diese Theile aus dem Kelche heraus, so hänget noch das pistillum darinnen, auf welchem ein dünner und langer Griffel befindlich fig. 6. e., so gar, daß er, wenn er durch die Blumendecke hindurch gegangen, über die Staubfäden hervorraget, und in zween Spitzen getheilet wird. Der Kelch fig. 5, welcher unten ebenfals eine kleine Röhre hat fig. 6. a, theilet sich oben auch in zween Lippen, davon die obere aus dreyen, die untere aus zween spitzigen Einschnitten bestehet, mitten in demselben sind vier eckichte Saamen enthalten fig. 7. LINNAEUS hat diese Pflanze mit dem Leonuro verbunden, von welchem sie aber in Ansehung der Blumendecke und des Kelches unterschieden ist.

TAB. 172. *Lat.* Petroselinum vulgare, Apium hortense. *Germ.* Peterlein, Petersilge, Garten Eppich. *Graec.* ☉ Σέλινον κηπαῖον *Angl.* Garden Parsly. *Hisp.* Perescil, Perexil. *Ital.* Petroselino. *Gall.* Persil des iardins. *Belg.* Gemeine Peterselie, Perselie.

1. Haec planta duorum pedum altitudinem consequitur; folia dilute gramineo colore virent, flores albi sunt.

2. In hortis seritur, vbi per varios aestatis menses floret, prouti serius vel maturius sata fuerit.

3. Tota planta aperit, attenuat, et vrinam pellit, in obstructione hepatis et lienis vsurpatur, nec non in ictero. Vrinae profluuium dum adiuuat, in calculo, arena et stranguria conducit. In officinis aquam inde destillant.

1. Diese Pflanze wächst bis zwey Fus hoch, die Blätter sind hell gras grün, die Blumen weis.

2. Man säet sie in Gärten, da sie verschiedene Monate des Sommers blühet, nachdem sie früh oder spät gesäet worden.

3. Die ganze Pflanze öffnet, verdünnet, und treibet den Urin, man bedient sich ihrer in Verstopffungen der Leber und des Milzes, wie inngleichen bey der Gelbsucht. Indem sie den Urin befördert, hilfft sie im Stein, Sand und der Harnwinde. In Apothecken wird ein Wasser davon destillirt.

4. NOM. GENER. Apium *Raj. Meth.* 52. *Hist. I.* 447. *Tourn.* 305. *Magn. Car.* 161. *Riv. pent. p.* 24. *Knauth. meth.* 207. *Heuch. Ind.* 40. *Rupp.* 284. *Boerh. I.* 57. *Linn. Gen. no.* 285. *Roy.* 116. *Wachend.* 13. *Ludw.* 695. *Heist. Syst.* 6. *Kram.* 63. *Morand. El.* 5.

5. NOM. SPEC. Petroselinum *Trag.* 459. *Dorst.* 219. *b. Gesn. Hort.* 271. *b. Park.* 923. Petroselinum vulgare seu satiuum *Lonic.* 265. Selinum siue Apium hortense *Lob. Hist.* 405. Apium hortense *Dod.* 694. *Matth.* 562. *Camer. Epit.* 526. *Lugd.* 700. *Lob. Ic. I.* 706. Apium hortense siue Petroselinum vulgo *I. B. III. b.* 97. *C. B. pin.* 153. *Raj. Hist. I.* 448. *Tourn.* 305. *Magn. Car.* 161. *H. Ox. III.* 292. *S. IX. t.* 8. *f.* 2. *Boerh. I.* 58. *Ger.* 1013. *Rupp.* 284. *Siegesb.* 12. *Morand. H.* 17. *Bergen. Fl. Francof.* 178. Apium domesticum vulgo Petroselinum *Caes.* 297. Apium satiuum *Cord. in Diosc.* 55. *Hist.* 168. *b. Tab.* 264. *Riv. pent. t.* 88. *Kram.* 65. Apium satiuum vulgare siue Petroselinum *Col. ecphr. I.* 115. Apium Petroselinum dictum vulgare *Heist. Ind. II.* 3. Apium foliis caulinis linearibus *Linn. H. Cliff.* 108. *H. Vps.* 67. *Mat. med.* 127. *Roy.* 116. *Wachend.* 13. *Boehmer. Fl. Lips.* 508.

Nota. Externam totius plantae faciem, et aliquam floris seminumque sciagraphiam proposuit Blackvvellianum exemplar,

Anm. Die äußerliche Gestalt dieser Pflanze, und einige Vorstellung der Blumen und der Saamen giebet die Blackwellische Zeich-

plar, cui omnes ad florem pertinentes partes, vtpote curiosiores et attentione dignissimas, in *fig.* 2. 3. 4 5 6. 6. 7. 9. 10. 12. 13. addidimus. Ex crassiori, fibrosa tamen, radice folia propullulant pinnata, pinnis iterum subdiuisis, foliola illarum integra, profundius dentata esse obseruantur. Ex medio eorum caulis surgit ramosus, cuius folia eodem quidem comparata sunt modo, sed quo altius ponuntur, eo angustiora fiunt. In summitatibus horum vmbellata florum capitula expanduntur, quorum singulus flos circulum sua corolla efformat *fig.* 1, quae subtus visa in naturali magnitudine *fig.* 2, in aucta vero ab inferna parte *fig* 3. apparet. Corolla ex quinque constat petalis, quae minori et dentato adnascuntur calici, magnitudine sibi sunt aequalia, et expanso in flore reflectuntur. Horum interstitiis inseruntur stamina quinque *fig.* 4. magnitudine sibi respondentia, rotundis instructa antheris, quarum situm in aucta magnitudine exhibet *fig* 5. Ab anteriori parte consideratus flos praeter stamina et inferius adhaerentia petala fructum ostendit *fig.* 6. 6. tum in naturali tum in aucta magnitudine. Qui superius duos monstrat stylos *fig.* 7. stigmatibus globosis praeditos, seminibus adhaerentes. Haec semina ante maturitatem coniuncta *fig.* 8. 9, aucta *fig.* 10, ouatum referunt fructum, post maturitatem secedunt, et *fig.* 11. 12. duo sistunt semina, in quibus maioribus exsculptis *fig.* 13. altera superficies striata conuexa, altera plana, paullulumque concaua cernitur.

Zeichnung, welcher wir alle besondere Theile der Blume, sintemal sie der Aufmerksamkeit allerdings werth sind, in fig. 2. 3. 4. 5. 6. 6. 7. 9. 10. 12. 13. beygefüget haben. Aus einer dicken, doch noch zaserigten Wurzel kommen die bis an die mittlere Rippe paarweise getheilte Blätter hervor, davon ieder Theil wieder aus kleinern Blättergen bestehet, welche ganz, und nur am Rande eingekerbt erscheinen. Aus der Mitten derselben erhebet sich der ästige Stengel, deßen Blätter zwar auf eben die Art beschaffen sind, doch allso, daß sie, je höher sie stehen, auch desto enger werden. An den Enden derselben befinden sich die in so genannten Umbellen stehenden Blumen, deren iede einen Zirkel ausmachet fig. 1, welche wir von unten in natürlicher Größe fig. 2, vergrößert aber fig. 3. bemerken. Die Blumendecke bestehet aus fünf Blättgen, welche an einem kleinen, eingezackten Kelche hängen, von Größe einander gleich sind, und wenn die Blume sich aufschließet, zurückgebogen werden. Zwischen denselben hangen fünff Staubfäden fig. 4, welche von gleicher Größe, und rundliche Staubspitzen haben, wie man deren Lage vergrößert fig. 5. siehet Betrachtet man die Blumen von forne, so zeiget sich, außer den Staubfäden und unten anhängenden Blumenblättern, die Frucht fig. 6. 6. sowohl natürlich, als in der Vergrößerung. An derselben bemercket man von oben zween Griffel fig. 7. mit rundlichen Spitzen, und diese hängen an den Saamen. Die Saamen, so vor ihrer Reiffe zusammen verbunden sind fig 8. 9. und vergrößert zu sehen fig. 10, stellen eine runde Frucht vor, nachdem sie aber reif worden, geben sie sich von einander, und machen in fig. 11. 12. zween Saamen aus, deren eine Fläche, wie aus derselben vergrößert abgezeichneten fig. 13. erhellet, gestreifft und erhaben, die andere aber etwas ausgehölt erscheinet.

TAB. 173. *Lat.* Sorbus torminalis. *Germ.* Der wilde Sperberbaum, Vogel Beer-Baum. *Graec.* οἴη, οὔη. ✠ ⊙ *Angl.* The common Service tree. *Hisp.* Sorbas. *Ital.* Sorbo syluatico. *Gall.* Sorbes sauvages. *Belg.* Sorbenboom.

1. Ad satis magnam haec arbor deuenit altitudinem, folia dilute sunt viridia, flores pallide lutei, et baccae rubicundae.

2. In syluis et sepibus crescit, maio floret mense, fructus vero non nisi octobri vel nouembri mensibus maturescunt.

3. Fructus ad adstringentia refertur remedia, et commendatur in omnibus, contra naturam contingentibus, sanguinis aliorumque succorum excretionibus; illi maturi facti digestionem promouent, et celerem nimis alimentorum progressum in intestinis cohibent, nonnulli iis vtuntur in febribus, quibus diarrhoea accedit.

1. Dieser Baum wird ziemlich gros, die Blätter sind hell gras grün, die Blumen sehr bleich gelb, und die Beeren rot.

2. Er wächst in Wäldern und Hecken, und blüht im May, die Frucht aber wird nicht eher, als im October oder November reif.

3. Die Frucht wird unter die anhaltenden und zusammen ziehenden Mittel gezählet, und bey allen widernatürlichen Ausflüssen des Geblütes und andrer Feuchtigkeiten geruhmet; wenn sie reif ist, dienet sie die Dauung zu befördern, und den allzuschnellen Fortgang der Speisen in den Gedärmen zu verhindern; einige gebrauchen sie bey Fiebern, so mit einem Durchfall verbunden sind.

4. NOM. GEN. Sorbus *Raj. Meth.* 143. *Syn. II.* 452. *Hist. II.* 1456. *Magn. Car.* 323. *Knauth. meth.* 227. *Tourn.* 633. *Boerh. II.* 248. *Vaill.* 189. *Kram.* 137. *Linn. Gen. no.* 478. *Hall.* 350 *Roy.* 272. *Ludvv.* 609. *Wachend.* 93. *Segv. Ver. II.* 309. *Dalib.* 142. *Guett. I.* 299. *Heist. Syst.* 15 Aucuparia *Heuch. I.* 18. *Rupp.* 140.

5. NOM. SPEC. Fraxinea arbor *Trag.* 1008. Ornus *Dod.* 834. Aucuparia Riuini *Rupp.* 140. *Heuch. Ind.* 18. Sorbus *Ruell.* 253. *Gesn. Hort.* 282. Sorbus aucuparia *Clus. Hist.* 9. *Cord in Diosc.* 24. *b. I. B. I. a.* 62. *Tourn.* 634. *Boerh. II* 248. *Linn. Fl. Lapp.* 200. *Vaill.* 189. *Dill. Giess.* 65. *Bergen. Fl. Francf.* 172. *Segv. Ver. II.* 309. *Weinm. t.* 941. *f. b.* Sorbus syluestris *Matth.* 215. *Camer. Epit.* 116. *Tab.* 1426. *Lugd.* 332. *Park.* 1421. *Ger.* 1473. Sorbus syluestris alpina *Lob. Hist.* 544. *Icon. II.* 107. Sorbus syluestris in alpibus *Caes.* 145. Sorbus sylvestris, foliis domesticae similis *C. B. Pin.* 415. *Raj. Hist. II.* 1457. *Syn. II.* 452. *Tab.* 1426. *Knauth. Hal.* 179. Sorbus folio pinnato *Kram.* 137. Sorbus foliis pinnatis *Linn. H. Cliff* 188. *Fl. Suec.* 400. *Mat. med.* 235. *Roy.* 272. *Wachend.* 93. *Dalib.* 142. *Guett. I.* 299. Sorbus foliis pinnatis glabris, fructu minimo *Hall.* 350. *Boehmer. Fl. Lips.* 405.

Nota Arboris huius ramum Blackvvelliana sistit icon, fructibus iam onustum *fig. I.* in flore *fig. II.* cum ramo et reliquis minoribus *fig.* 2. 3. 4. 5. 6. ea adiecimus momenta, quae distinguendae huic plantae sufficiunt. Fusco cortice tegitur haec arbor, ex cuius ramis alternatim folia proueniunt pinnata, foliolis in ambitu leniter crenatis, supremo impari terminatis, quod plerumque antecedentibus paullo latius est. Flores ipsi in corymbo dispositi sunt copiosi *fig II*, in quibus singulis expansis petala quinque conspiciuntur *fig.* 1. 2. numerosaque intus posita stamina. A latere consideratus flos *fig.* 3. ostendit, haec stamina ex medio produci loco. Ab inferiori parte *fig.* 4. si eum contemplamur, minorem deprehendimus calicem, exterius conuexum, superius in quinque acutas lacinias dissectum. Ipsa, quae huius interiori margini adcrescunt, petala subrotunda sunt, inferius angusta *fig.* 5. quibus demum ab interiori latere stamina adstant, in calicem inserta.

Solent

Anm. Die Blackwellische Vorstellung zeiget einen Ast dieses Baumes mit seinen Früchten fig. I. zu der Blume haben wir nebst dem Aste fig. II. und den übrigen kleinern, als fig. 2. 3. 4. 5. 6. diejenigen Stücke beygesetzt, welche diese Pflanze von andern zur Gnüge unterscheiden können. Dieser Baum hat eine braune Rinde; die Aeste treiben bis an die mittlern Rippen paar weise getheilte Blätter wechselsweise hervor, davon die Blättergen in ihrem Umfang eingekerbt sind, und sich mit einem einzelnen endigen, welches meistens breiter ist, als die übrigen. Die Blumen selbst stehen in einer Krone häuffig beysammen fig. II. jede davon, wenn sie ausgebreitet ist, giebt fünff Blätter zu erkennen fig. 1. 2, und eine grosse Menge innen befindlicher Staubfäden. Von der Seite bemerkt man fig. 3. daß diese Staubfäden aus der Mitten heraus kommen. Betrachtet man die Blume von unten fig. 4. so finden wir einen kleinen Kelch, welcher von außen erhaben, und oben in fünf spitzige Einschnitte getheilet ist. Die Blumenblättgen, wel-

che

Solent plerumque ad viginti numerari. Ex medio deinde floris centro fructus rudimentum eminet, tribus stylis coronatum *fig.* 6, quibus obtusa stigmata imponuntur. Fructus autem increscens bacca fit, per maturitatem russa *fig.* 7. exterius carnosa, intus plerumque tria continens semina oblonga, aliquando autem duo tantum *fig* 8. intus inueniuntur. Sed quod in locis syluestribus, vel ob succi nutritii accedentis copiam deficientem, vel ob elaborationem minus conuenientem, baccae hae minores, nec adeo succulentae euadant, haec Sorbi species in vsus humanos non cedit, ac subsequens.

che an deßen innern Rande anwachsen, sind rund, unten enge fig. 5, an deren innern Seite die Staubfäden, so in dem Kelche hängen, stehen. Man zählet deren gemeiniglich zwanzig. Aus dem mittlern Theile der Blume raget der Ansatz der Frucht hervor, mit dreyen Griffeln fig. 6, die sich in stumpffe Spitzen endigen. Wenn die Frucht zu mehrerer Größe gelanget, wird sie eine Beere, welche nach erlangter Reife fig. 7. rot, von außen fleischigt ist, und von innen meistens drey Saamen enthält, so länglicht sind. Bisweilen findet man auch nur zween fig. 8. darinne. Weil aber diese Beeren, wenn diese Bäume wild wachsen, entweder wegen Mangel des notwendigen Nahrungssafftes, oder weil derselbe nicht sattsam ausgearbeitet wird, klein bleiben, und wenig Safft enthalten, so wird diese Art von dem Sperberbaum nicht gebrauchet, wie die folgende.

TAB. 174. Lat: Sorbus satiua. *Germ.* Der Gartensperber- oder Speyerlingbaum. *Graec*: οὐη, οὖον. *Angl.* the ✝ manur'd Service tree. *Hisp.* Sorbas. *Ital.* Sorbo. *Gall.* Cornuer. *Belg.* Tame Qualster, Sorbenboom.

1. Eamdem, ac praecedens, plerumque haec arbor consequitur altitudinem, iisdemque superbit floribus, folia superius dilute viridia, inferius albicantia sunt, vel grisea, fructus maturus ex rubicundo fuscus fit.

2. In Anglia sponte prouenit, in comitatu Straffordiensi et Cornubiensi, vbi mense floret maio, et nouembri maturos perficit fructus.

3. Immaturi fructus vehementer adstringunt, et in omnibus, praeter naturam quae fiunt, excretionibus vsurpantur; Londini raro venum prostant, quare plerumque fructus syluestres eiusdem loco adhiberi debent.

1. Dieser Baum wird meistens so gros, als der vorige, und hat eben dergleichen Blüthe, seine Blätter sind hell grün auf der obern Fläche, an der untern aber etwas weislicht grau; die Frucht wird rötlicht braun.

2. Er wächst in Engeland wild, in der Graffschafft Strafford und Cornwall, da er im May blühet, und im November reife Früchte träget.

3. Wenn die Frucht noch unzeitig ist, ziehet sie hefftig zusammen, und wird bey allen Arten unnatürlicher Ausflüße gebraucht; in Londen wird sie selten zum Verkauff angetroffen, und daher ist man meistens gezwungen, die Früchte des wilden Sperberbaumes statt dieser zu nehmen.

4. NOM. SPEC. conf. TAB: 173. eam distinguunt *Heuch. Ind.* 18. *Rupp.* 140.

5. NOM. SPEC. Sorba *Cord. in Diosc.* 24. *b. Camer. epit.* 160. Sorbus *Dod.* 803. *I. B. I.* 59. *Raj. Syn. II.* 452. *Hist. II.* 1456. *Trag.* 1012. *Lugd.* 330. *Ger.* 1471. *Tab.* 1426. Sorbus domestica *Matth.* 215. *Lob. Hist.* 544. *Ic. II.* 106. Sorbus legitima *Clus. hist. I.* 10. *Park.* 1420. Sorbus satiua *C. B. pin.* 415. *Tourn.* 633. *Magn. Car.* 323. *Boerh. II.* 248. *Vaill.* 189. *Rupp.* 140. *Bergen. Fl. Francf.* 172. Sorbus vulgo esculenta vel domestica *Heuch. Ind.* 18. Sorbus foliis pinnatis, inferne tomentosis, fructu maiori *Hall.* 351.

Nota. Conuenit haec arbor cum praecedenti, non genere tantum, vt hic quoque omnia valeant, quae de illa adduximus, sed, ex plurimorum etiam auctorum sententia, specie non discrepat. Distinxit tamen eamdem HALLERUS, quod in hortum illa delata, quae glabra in sponte prouenienti erant folia, ab inferna superficie ostendit hirsuta et tomentosa, fructum etiam maiorem, immo quod ex nostra innotescit delineatione, parciorem fert. His autem conditionibus per culturam dotata, edules fiunt fructus.

Anm. Dieser Baum kommt mit dem vorhergehenden nicht nur dem Geschlechte nach überein, daß von demselben alles gilt, was wir von jenem allbereits angemerkt, sondern ist auch, nach der Meinung der meisten Schrifftsteller, der Art nach, von selbigem nicht unterschieden. Dennoch hat ihn HALLER von dem erstern getrennet, weil die Blätter, wenn er im Garten gezogen wird, da sie an der wilden Art glatt sind, von unten rauch werden, und eine größere Frucht hervorbringen, wie auch derselben, welches an unserer Abzeichnung zu sehen, weniger träget. Durch diese Veränderung, welche von dem Wachstum abhanget, werden die Früchte zum Eßen geschickt gemacht.

TAB. 175. *Lat.* Laurus. *Germ.* Lorbeerbaum *Gr.* Δαφνη. *Angl.* Bay-tree, Laurel-tree. *Hisp.* Lauret. *Ital.* Lauro, Lauriero. *Gall.* Laurier. *Belg.* Lauries, Laurus-boom.

1. Laurus penes nos raro alta fit, folia superne virent, inferne dilute virescunt, flores lutei, baccae nigrae sunt.

2. In Hispania, Italia, Galliaque sponte crescit, maio mense floret et octobri fructus maturescunt.

3. Folia et fructus calidam vim exercent, exsiccant, et discutiunt, contra flatulentias ventriculi et intestinorum vsurpantur, colicae medentur, caput et neruos confortant, prophylacticum sunt in contagiosis morbis remedium, vrinam pellunt, nec non catamenia et secundinas; externe in cataplasmatibus et vnguentis calefacientibus roborantibusque adhibentur. In officinis exstat electuarium de baccis lauri, emplastrum de baccis lauri et oleum laurinum.

1. Der Lorbeerbaum wird hier selten gros, seine Blätter sind oberhalb dunckel- unterhalb aber bleichgrün, die Blumen gelblicht, die Beeren schwarz.

2. Er wächst in Spanien, Italien und Franckreich wild, blüht im May, und hat reife Früchte im October.

3. Die Blätter und Früchte sind hitzig, trocknend und zertheilend; man giebt sie wider die Winde im Magen und Gedärmen, sie dienen im Leibreißen, stärcken das Haubt und die Nerven, praeserviren bey ansteckenden Seuchen, treiben den Urin, die monatliche Reinigung, und die Nachgeburt; äußerlich braucht man sie in erwärmenden und stärckenden Ueberschlägen und Salben. In Apothecken findet man das Electuarium de baccis lauri, emplastrum de baccis lauri und das oleum laurinum.

4. NOM. GENER. Laurus *Raj. Meth.* 157. *Hist. II.* 1688. *Tourn.* 597. *Magn. Car.* 315. *Boerh. II.* 215. *Rupp.* 93. *Heuch. Ind.* 14. *Linn. Gen. no.* 400. *Roy.* 226. *Wachend.* 259. *Ludvv.* 133. *Knauth. meth.* 57. *Kramer.* 141. *Heister. Syst.* 15.

5. NOM. SPECIF. Laurus *Dod.* 849. *Lugd.* 351. *I. B. I.* 409. *Trag.* 1063. *Matth.* 125. *Camer. epit* 60. *Dorst.* 164. *Ger.* 1407. *Lonic.* 37. *b. Cord. in Diosc.* 17. *b. Ruell.* 182. *Lob. Ic. II.* 141. *Raj. Hist. II.* 1688. *Hort. Eystett.*

venr.

vern. o. F. 6. *f.* 2. Laurus femina *Tab.* 1361. Laurus offic. *Heuch Ind.* 14. Laurus baccalis *Caes.* 52. Laurus latifolia maior et minor *Park.* 1483. Laurus vulgaris *C. B. pin.* 460. *Tourn.* 597. *Rupp.* 93. *Boerh. II.* 216. *Heist. ind. I.* 19. Laurus latifolia πλατυφύλλα Dioscoridis *Bergen. Fl. Francof.* 45. Laurus media baccifera *Weinm.* 634. *f. c.* Laurus foliis lanceolatis, venosis, perennantibus, corollis quadrifidis *Linn. H. Cliff* 155. *Hort. Vpsal.* 98. *Roy.* 226. *Wachend.* 259. floribus dioicis *Linn. Mat. med.* 194.

2. Sie wachſen auf Feldern und Wieſen, und blühen im Merz, April und May.

3. Man zählet ſie unter die Wundkräuter, weil ſie zu dergleichen Tränken gebraucht wird; die Blätter nimmt man das ſtehende und geronnene Geblüte zu zertheilen; man bedient ſich derſelben im Seitenſtechen und Entzündungen der Lunge. Einige rühmen ihr Decoctum innerlich, und zugleich einen feuchten Ueberſchlag der Blätter äuſſerlich wider die Kröpffe.

4. NOM. GEN. Bellis *Raj. Meth.* 37. *Syn.* 184. *Hiſt. I.* 349. *Magn. Car.* 127. *Tourn.* 490. *Rupp.* 172. *Boerh. I.* 108. *Vaill.* 20. *Knaut. meth.* 147. *Hal.* 121. *Kram.* 79. *Heuch.* 48. *Linn. Gen. no.* 795. *Roy.* 177. *Hall.* 722. *Ludvv.* 347. *Wach.* 238. *Segu. Ver. II.* 220. *Guett. II.* 302. *Dalib.* 264. *Mor. El.* 9. *Bergen. Fl. Francf.* 274.

5. NOM. SPEC. Solidago *Brunf. II.* 29. Primula veris *Dorſt.* 234. *b. Trag.* 161. *Caeſ.* 493. Bellis *Lonic.* 159. *a.* Bellis minor *Matth.* 654. *Cam. Epit.* 655. *Ruell.* 441. *Geſn. Hort.* 250. *Lugd.* 854. Bellis minor ſylueſtris ſpontanea *J. B. III.* 111. Bellis minor, pratenſis ſeu vulgaris *Moriſ. H. Ox. III.* 31. *S. VI. t.* 8. *f.* 29. Bellis ſylueſtris *Dod.* 265. Bellis ſylueſtris maior *Lob. Jc. I.* 476. *Hiſt.* 252. Bellis ſylueſtris minor *Fuchſ.* 147. *Tab.* 708. *C. B. pin.* 261. *Raj. Hiſt. I.* 349. *Syn.* 184. *Ger.* 636. *Park.* 530. *Magn. Car.* 127. *Tourn.* 491. *Ponted.* 276. *Vaill. Act. Pariſ.* 1720. *p.* 359. *Bot. Par.* 20. *Boerh. I.* 108. *Knauth. Hal.* 121. *Kram.* 79. *Heuch. ind.* 48. *Rupp.* 172. *Zanich.* 35. *Tab.* 206. *f.* 1. *et* 197. *f.* 2. *Dill. Giſſ.* 46. *Segu. Ver. II.* 221. *Mor. H.* 29. *Bergen. Fl. Francf.* 274. Bellis ſylueſtris minor, caule carens, Margarites *Weinm. t.* 236. *fig. a.* Bellis ſcapo nudo, vnifloro *Linn. H. Cliff.* 418. *Fl. Suec.* 707. *Mat. med.* 405. *Roy.* 177. *Hall.* 722. *Wach.* 238. *Guett. II.* 352. *Boehmer. Fl. Lipſ.* 226. Bellis ſcapo nudo *Linn. Spec.* 886.

Nota. Duplex hic ſiſtitur plantae vnius delineatio, quarum alteram, ſcilicet *fig. I.* 1. 5. 12. 13. iam exhibuit BLAKWELLIA, alteram cum diſſecto flore et ſeparatis eius partibus nos adiunximus. Licet autem vtraque ſingularia quaedam offerat momenta, quae, in primis ſi foliorum figuram reſpicimus, poſſit ſpeciei differentiam indicare, ab initio tamen monemus, vtramque ea tantum ratione diſcrepantem videri, quod altera ſponte, altera vero in horto culta proueniat. Quae conditio, quum in vna eademque planta diuerſitatem effecerit, varietatem tantum ſpeciei, non veras ſpecies conſtituit. Magnum earum numerum deprehendimus à TOVRNEFORTIO l. c. et LINNAEO in H. Cliff. l. c. adnotatas. Teneriori et fibroſa ex radice folia plura ouata, per marginem integra, quandoque dentata, procedunt, ex quorum medio poſt ea caulis longus, foliorum longitudinem multum exſuperans, ſurgit, ſummo in loco flore vnico compoſito inſtructus. Cingitur ille inferius calice *fig.* 2. *c.* ex foliolis pluribus, in varias ſeries locatis, conſtante; breuiora autem illa ſunt ipſis floſculis. Quam primum enim illi expandi incipiunt, iam eminent. Florum horum alii in margine collocantur longiores *fig.* 3. *a. a*, intus in medio diſco ſedent breuiores *b*. Exteriorum numerus aliquando augetur ſic, vt duplex ſeries eorum exiſtat *fig.* 4, aliquando omnes et interiores eorum figuram adſumunt, quales deinde flores hortulani plenos appellant. Flos radii *fig.* 5. 6. lingulatus, ab anteriori parte magnitudine aucta viſus *fig.* 7, a latere *fig.* 8, praeter extrorſum patentem latiorem partem *e*, ſtylum *f.* ſuperius leuiter diuiſum, breuiſſimum tubum *g*, et ſemen adnexum *h* continet. Flos diſci vero in naturali magnitudine *fig.* 9, per lentem auctus *fig.* 10, tubuloſus eſt, et cylindricus *i*, in quo ſtamina quinque latent, quorum antherae in vaginam coaleſcunt, per quam ſtylus exit *k*, ſtigmate craſſiore coronatus, et huic etiam ſemen adnaſcitur *l*. Limbus corollae in quinque denticulos diſſectus *fig.* 11. conſpicitur, ſatis acutos. Poſtquam flores ſeceſſerint, thalamum obſeruamus medium eminentem *fig.* 12. *d*, veſtigia tot, quot ſemina inhaerent, monſtrantem. Semina ipſa parua ſunt *fig.* 13. 14. ouata et compreſſa a latere, ſuperius emarginata *fig.* 15. Rarius contingit, vt caulis ramoſus fiat, et plures pedunculos accipiat, capitulis florum ſuperbientes. Semen etiam, tenue adhuc exiſtens, pappum habet, quod et noſtrae et TOVRNEFORTII icones comprobant.

Anm. Wir ſtellen hier eine doppelte Abbildung einer einzigen Pflanze vor, wovon eine, nemlich die fig. I. 1. 5. 12. 13, bereits durch die BLACKWELL gezeichnet worden, die andere aber, nebſt der zerſchnittenen Blüthe und ihren Theilen beſonders, uns zuzuſchreiben iſt. Ob nun gleich an beyden verſchiedene beſondere Stücke zu bemerken wären, welche, inſonderheit in Abſicht auf die Geſtalt der Blätter, einen Unterſcheid der Arten anzuzeigen ſcheinen, ſo rühret doch, wie wir gleich Anfangs zu erinnern für nöthig erachten, dieſer Unterſcheid blos daher, daß die erſtere wild wächſet, die andere aber im Garten gezogen worden. Allein da dieſer Umſtand in eben derſelben Pflanze den Unterſcheid verurſachet, ſo kan er nur eine Abänderung der Art, nicht aber würklich verſchiedene Arten, deren wir von dem TOURNEFORT l. c. und vom LINNAEUS in H. Cliff. l. c. eine groſſe Zahl angeführet finden, beſtimmen. Aus der zarten und zaſerigten Wurzel treiben die länglicht-runden, am Rande ungetheilten, manchmal aber etwas gekerbten Blätter häuffig hervor, aus deren Mitten hernach der Stengel, welcher die Blätter an Länge weit übertrifft, und eine einzige, zuſammen geſetzte Blüthe, an ſeinem obern Ende träget, in die Höhe ſchieſſet. Dieſe Blüthe wird unten von dem Kelche umhüllet fig. 2. c, welcher aus ſehr vielen, Reihenweiſe ſtehenden Blättchen, ſo aber doch kleiner, als die Blumen ſelbſt, ſind, zuſammen geſetzt iſt. Denn ſobald ſich dieſe Blumen auszubreiten anfangen, ſo ragen ſie bereits über den Kelch hervor. Einige derſelben ſind länger, und ſtehen am Rande fig. 3. a. a, einige ſind kleiner b, und ſitzen in der Mitten. Bisweilen vermehret ſich die Anzahl der äuſſern Blumen dergeſtalt, daß ſie eine doppelte Reihe ausmachen fig. 4, bisweilen aber verdoppeln ſie ſich insgeſammt, und die in der Mitte befindlichen nehmen der äuſſern Geſtalt an; dergleichen Blumen die Gärtner alsdenn gefüllte Blumen nennen. Man ſiehet demnach eine zungenförmige Blume des Randes fig. 5. 6. von vornen, vergröſſert fig. 7, von der Seite fig. 8. ihren auswärts gebognen breitern Theil e, den oben etwas getheilten Griffel f, das ſehr kurze Röhrgen g. und den daran hängenden Saamen h. Eine Blume aus der Mitten aber zeiget in natürlicher Gröſſe fig. 9, vergröſſert fig. 10, ihr cylindriſches Röhrgen i, in welchem fünff Staubfäden liegen, deren Staubſpitzen zuſammen wachſen, und eine Scheide vorſtellen, wodurch der mit einer dickern Spitze verſehene Griffel hervorragt k. Dieſer aber iſt mit dem Saamen l, verbunden. Der breitere Theil der Blume wird in fünff ziemlich ſpitzige Einſchnitte fig. 11. getheilet. Wenn die Blumen abgefallen ſind, ſo kommt in der Mitten das Blumenbette fig. 12. d. zum Vorſchein, welches eben ſo viele Vertieffungen zeiget, als vorher Saamen angehangen haben. Die Saamen ſelbſt ſind klein fig. 13. 14. länglicht rund, auf der Seite etwas eingedrückt, und oben ausgekerbt fig. 15. Es geſchiehet ſehr ſelten, daß ſich der Stengel in Zweige theilet, und mehrere Stiele, worauf die Blumenknöpffgen ſtehen, zu treiben pfleget. Der annoch ſehr zarte Saame iſt auch mit kleinen Häärgen verſehen, wie ſowol unſere, als TOURNEFORTS Zeichnungen vorſtellen.

Finis Centuriae ſecundae.

INDEX

INDEX NOMINVM LATINORVM CENTVRIAE II.

Nomina, quae Medicis et Pharmacopoeis familiaria ſunt, litteris grandiuſculis erectis ſiſtuntur; illa, quibus planta in hoc opere contenta indicatur, quae quidem non ipſa, alia tamen vel eiusdem vel alius generis ſpecies, eo nomine in Germaniae officinis pharmaceuticis nota eſt, litteris paribus, ſed obliquis, diſtinguuntur. Quae ex his nominibus officinalibus a ſyſtematicis Botanicis citatis vel penitus obſoleta cenſentur, vel ſaltem plantae a ſuperioris aevi auctoribus ita appellatae nunc denegantur, praefixo * notantur. Reliqua ſyſtematicorum nomina litteris minoribus erectis, cetera, et eiusdem et alius generis ſpeciei, litteris ſimilibus, ſed iterum obliquis, deſignantur.

Numerus indicat Tabulam.

* TA-

INDEX NOMINVM GERMANICORVM.

INDEX NOMINVM ANGLICORVM.

Saffran

INDEX NOMINVM GRAECORVM.


INDEX NOMINVM HISPANICORVM.

INDEX NOMINVM ITALICORVM.

INDEX NOMIMVM GALLICORVM.

INDEX NOMINVM BATAVICORVM SEV BELGICORVM.

FINIS.


ELISABETHAE. BLACKWELL
HERBARIVM. SELECTVM
EMENDATVM.
ET.
AVCTVM.
CENTVRIA.
II.



Persica malus. { 1-4. Blüthe. 5-7. Frücht. 8. 9. Nüß. 10. Kern. } Pfersich-Baum.



Baccharis Monspe-liensium. { 1-4. Blüthe. 5. Frücht. 6-8. Saame. } Gemeine Dürwurtz.



Conyza & Pulicaria.

Dürrwurtz Ruhr Kraut.



Basilicon Ocimum.

1–6. Blüthe.
7–12. Frücht.
13.14. Saame.

Basilien Kraut.



Amygdalus. | 1-6. Blüthe. 7. Frucht. 8. Stein. 9. Kern. | Mandel-Baum.



Calendula. { 1–13. Blume. 14. Frucht. 15–19. Saame. } Ringelblume.



Solanum hortense. { 1–5. Blüthe. 6–10. Frucht. 11–13. Saame. } Nachtschatten.



Cucumis agrestis asininus.

1-12. Blüthe.
13-16. Frücht.
17.18. Saame.

Esels-Gurcken.



Aſter Atticus ſeu Inguinalis.

1–3. Blume.
4–11. theile der Blume.
12–14. Saame.

Stern Kraut mit blauen Blumen.



Eupatorium Avicennæ.

1-11. Blüthe.
12-14. Saame.
15. 16. Blätter.

Wasser Doste
Kunigunden Kraut.



Hyoscyamus albus.

1–8. Blume.
9–15. Frucht.
16. 17. Saame.

Weiß-Bilsen Kraut.



Anchusa.

1. Blume.
2. Becher.
3. Saame.

Rothe Ochsenzunge.



Saponaria vulgaris.

1-5. Blüme.
6-9. Frücht.
10.11. Saame.

Seiffen Kraut.



Myrtus Boetica sylvestris.

1. 2. Blüthe.
3. 4. Frücht.
5. Saame.

Breitblätterichter Myrten-Baum.



Linaria lutea vulgaris.

1–7. Blühe.
8–11. Frücht.
12.13. Saame.

Lein-Kraut.



Dracunculus hortensis. { 1-4. Blüthe. 5. Frucht. 6.7. Saame. } Draban.



Bardana maior.
Lappa maior.

1–7. Blüthe.
8–9. Saame.
10. Würtzel.

Gemeine Klette.



Persicaria maculata vel maculosa.

1–5. Blüthe.
6–8. Saame.
9. Würtzel.

Flöh-Kraut.



Hydropiper.

1. Blüthe.
2.–4. Saame.
5. Würtzel.

Wasser Pfeffer.



Coronopus Ruellii. { 1. Blüthe. 2. Frucht. 3. Saame. } Zweins-Kreß.



Cornus mas.

1–11. Blüthe.
12–14. Frucht.
15–19. Kern.
20. Saame.

Cornellen, Zieſerlein.



Horminum hortense Sclarea.

1. Blüthe.
2. Frucht.
3. Saame.

Scharlach Kraut
Muscateller Kraut.



Cataputia minor, Lathyris.

1–5. Blüthe.
6–9. Frucht.
10–12. Saame.

Spring-Kraut.



Virga Pastoris.

1–9. Blüthe.
10. Frucht.
11–13. Saame.

Kleine Karten-Distel.



Ficus.

1. Unreife Frücht.
2–4. reife Frücht.
5–7. Saame.

Feigenbaum.



Morus nigra vulgaris.

1. 2. mänliche Blüthe.
3. weibliche Blüthe.
4. 5. Frucht.
6. Saame.

Maulbeer Baum.



Cupressus mas. { 1. Frucht. 2. Saame. } Cypressen Baum das Mänlein.



Hippoglossum Bislingua.

{ 1. Blüthe. 2. 3. Beer. }

Zäpflein-Kraut.



Piper indicum. { 1-10. Blüthe. 11-15. Frucht. 16.17. Saame. } Spanischer Pfeffer.



Sonchus lævis. 1–9. Blüthe. 10–12. Frucht. 13–15. Saame. Glatte Gänß Distel.



Calamentha aquatica.

1. abgesonderte Blüthe.
2. Calix.
3. Saame.

Wasser Müntz. Wilder Poley.



Erigéron Senecio

1-6. Blüthe
7. Frücht
8-10. Saame

Grimm-Kraut. Kreütz-Würtz.



Amoris Pomum { 1-6. Blüthe 7-10. Frücht 11. Saame } Liebs-Aepfel.



Marum vulgare. { 1. Blume. 2. Becher. 3. abgesonderte Blume. 4. Saame. } Mastich-Kraut.



Rhamnus catharticus, Spina cervina.

1–16. Blüthe
17–19. Frucht
20. 21. Saame

Creütz-Beer.



Marrubium nigrum *Ballote.* { 1–7. Blüthe 8–10. Frucht 11.12. Saame } Schwarzer Andorn.



Cydonea
Mala cotonea majora

1-5. Blüthe.
6. 7. Frucht
8. Saame

Birn-Quitten.



Lingua cervina. Phyllitis. | 1. Saame. | Hirsch-Zunge.



Vitex Agnus castus.

1. Blüthe.
2. Becher.
3. Frücht.
4. Saame.

Keüschheits-Baum.



Ligustrum — 1–10. Blüthe / 11–13. Frucht / 14. 15. Saame — Hartriegel.



Malus sativa — 1.2. Blüthe, 3.4. Frucht, 5-7. Saame — Zahmer Apfel Baum.



Morsus Diaboli Succisa.

1. Blüthe.
2. Becher.
3. Saame.

Teüffels Abbiß.



Veronica mas. 1–6. Blüthe 7–10. Frucht 11.12. Saame **Ehrenpreiß. Männlein.**



Crocus

1–12. Blume
13.14. Frücht
15. Saame

Saffran.



Granata. Punica mala.

1. Blüme.
2. 3. Früchte.
4. Beer.
5. Keern.

Granaten-Baüm.



Petum Tabaccum

1–6. Blüthe
7–9. Frucht
10.11. Saame

Taback.



Artanita. Cyclamen { 1–7. Blume 8–12. Frucht 13.14. Saame } Schweinsbrodt.



Cataputia major et Ricinus

1–5. Blüthe
6–10. Frucht
11–13. Saame

Wunderbaum.



Spina alba { 1–7. Blüthe 8. 9. Frucht 10–12. Saame } Hagedorn.



Geranium moschatum { 1.2. Blüthe 3. Frücht 4. Saame } Storch-Schnabel mit Bisam Gerüch.



Sambucus { 1-9. Blüthe 10. Beer 11.12. Saame } Holler, Hollunder.



Alnus nigra

1. Blüthe
2–5. Beer
6. Saame

Faul-Baum
Zapfen-Holtz.



Vitis vinifera { 1-11. Blüthe / 12. Frucht / 13.14. Saame } Wein-Stock.



Mespilus | 1–8. Blüthe, 9–12. Frucht, 13. 14. Kerne | Mespel-Baum.



Bruſcus vel Ruſcus { 1–6. Blüthe 7–10. Frucht 11. Saame } Mäusdorn.



Parietaria.
Helxine.

1–9. Blüthe
10. Saame

St. Peters Kraut.



Citrullus.
Anguria.

1. Blüthe
2. Frucht
3. 4. Saame

Wasser Melonen.



Iris silvestris
Spatula foetida

1. Blume
2. Frucht
3. Saame

Welsch-Schwertel.



Rosmarinus | 1-4. Blüthe
5. 6. Becher
7. 8. Saame | Roßmarin.



Linum

1-7. Blüthe
8-13. Frücht
14.15. Saame

Lein. Flachs.



Alkekengi. Halicacabum

1-8. Blüthe
9-16. Frücht
17.18. Saame

Juden Kirschen
Juden Deckel.



Mercurialis mas et foemina

1–9. mänliche Blüthe
10–13. Frucht
14. Saame

Bingel Kraut
Mänlein u: Weiblein.



Esula minor Pityusa

1-4. Blüthe
5-7. Frucht
8. Saame

Wolffs-Milch.



Alsine | 1-8. Blüthe 9. Frücht 10. 11. Saame | Hühner-Salbe.



Berberis Oxyacantha

1-11. Blüthe
12.13. Frucht
14.15. Saame

Weinnagelein.



Calamentha montana

1–6. Blüthe
7. Frucht
8–10. Saame

Berg-Münze.



Calamentha officinalis

1. Blüthe
2. Frucht
3. Saame

Wilder Poley.



Gallium album latifolium
Mollugo alba latifolia

1-7. Blüthe
8. Saame

Weisses-Meyer-Kraut.



Virga aurea — 1.2. Blüthe 3. Saame — Gülden Wund Kraut.



Elatine
Veronica foemina

1. Blüthe
2. Frucht
3. Saame

Erd-Winde.



Cardiaca

1-5. Blüthe
6. Frücht
7. Saame

Hertz gespann.



Apium hortense
Petroselinum

1-7. Blüthe
8-10. Frucht
11-13. Saame

Petersilien.



Sorbus torminalis { 1–6. Blüthe 7. Frucht 8. Saame } Vogelbeer-Baum.



Sorbus sativa

1. Blüthe
2. Frucht

Speyerling.



Laurus

1. Blüthe
2. Frucht
3. 4. Kerne

Lorbeer-Baum.



Coriandrum { 1-10. Blüthe 11. 15. Frucht 16. 17. Saame } Coriander.



Cichorium sativum vel Seris

1–12. Blüthe
13.14. Saame
15. Blat
16. Würtzel

Garten-Wegwarte.



Malus sylvestris { 1–5. Blüthe / 6. Frücht } Wilder Apfelbaum.



Keiri, Cheiri | 1–9. Blume
10–16. Frucht
17. 18. Saame | Gelber Veil.



Chamædrys. Trissago.

1-7. Blüthe
8-11. Saame

Berg-Gamanderlein.



Leucojum album { 1–8. Blume 9. Schotte 10. 11. Saame } Weiser Veil.



Lamium rubrum { 1–8. Blüthe / 9. Saame } Rote Taube-Nessel.



Cichorium sylvestre { 1–10. Blüthe / 11. Saame } Wilde Wegwarte.



Viscum
Viscus quercinus { 1.2. Beer / 3–5. Kern } Eichen-Mistell.



Scabiosa sylvestris { 1-9. Blüthe
10. 11. Saame } Wild-Apostem-Kraut.



Ilex coccigera

1. 2. Blüthe
3–6. Frucht
7. Scharlach Beer

Stein-Eiche mit Scharlach Beeren.



Juniperus

1–3. mänliche Blüthe
4–6. Frucht
7. 8. Saame


Wacholder.



Hedera arborea

1-4. Blüthe
5-12. Beer
13. 14. Saame
15-19. Blätter

Epheu
Baum-Winde.



Pinus.
Pinus sativa

1. Blüthe
2. Frucht
3-10. Saame

Pinien-Nüsse-Baum.



Pinus sylvestris 1-5. mänliche Blüthe 6-11. Frucht 12-16. Saame Fören-Baum.



Crassula. Fabaria.

1–8. Blüthe
9.10. Frücht
11.12. Saame

Knaben Kraut.



Matricaria

1-9. Blume
10-12. Saame

Metterich.
Mutter Kraut.



Suber

1. Frucht
2. Hülse
3. Eichel
4. Kern

Pantoffelbaum.
Korckbaum.



Laurus Alexandrina { 1.2. Blüthe 3. Frucht } Hals Kraut.



Lentiscus { 1. Blüthe 2. Frucht } Mastixbaum.



Buxus

1. Blüthe
2. Frucht
3. Saame

Bux-Baum.



Cistus ladanifera Cretica vera.

{ 1. die Blume.
2. Frucht.
3. geöfnete Frucht.
4. Saamen. }

Cistenröslein.



Picea

1-3. Mänliche Blüthe
4. Frücht
5-9. Saame

Rothe Tanne.
Fichten.



Olea
Olea Sativa

1–9. Blüthe
10.11. Frucht
12–15. Nüß
16.17. Kern

Oehl-Baum
Oliven-Baum.



Bellis sylvestris minor

1–12. Blume
13–15. Saame

Wilde Maßlieben
Margareten Blümlein.

Vermehrtes und verbessertes

Blackwellisches Kräuter-Buch

das ist

Elisabeth Blackwell Sammlung der Gewächse

die zum Arzney-Gebrauch in den Apothecken aufbehalten werden

deren Beschreibung und Kräfften

aus dem Englischen übersetzt angezeiget

die Abbildung grossen Theils nach der Natur verbessert

mit Beyfügung

der Theile der Blume und Frucht

wie auch

des äuserlichen Ansehens eigenen Kennzeichen vermehret

und alle Arten

mit bewährten Nahmen der Kräuter-Lehrer erläutert werden

Drittes Hundert

Mit einer Vorrede

Tit. Pl.

Herrn D. Christoph Jacob Trews

Verlegt gemahlet und in Kupfer gestochen

von

Nicolaus Friederich Eisenberger

Hochfürstl. Sachsen-Hildburghausischen Hof-Mahler in Nürnberg

Nürnberg gedruckt bey Christian de LAUNOY ANNO 1757.

HERBARIVM BLACKWELLIANVM
EMENDATVM ET AVCTVM
ID EST
ELISABETHAE BLACKWELL
COLLECTIO STIRPIVM
QVAE
IN PHARMACOPOLIIS AD MEDICVM VSVM ASSERVANTVR
QVARVM
DESCRIPTIO ET VIRES
EX ANGLICO IDIOMATE IN LATINVM CONVERSAE SISTVNTVR
FIGVRAE MAXIMAM PARTEM AD NATVRALE EXEMPLAR EMENDANTVR
FLORIS FRVCTVSQVE PARTIVM REPRAESENTATIONE AVGENTVR
HABITVS EXTERNI NOTAE PROPRIAE ADDVNTVR
ET OMNES SPECIES
PROBATIS BOTANICORVM NOMINIBVS
ILLVSTRANTVR
CENTVRIA III.

CVM PRAEFATIONE
TIT. PL.
D.D. CHRISTOPH. IACOBI TREW

EXCVDIT FIGVRAS PINXIT ATQVE IN AES INCIDIT
NICOLAVS FRIDERICVS EISENBERGERVS
SERENISS. DVCIS SAXO-HILDBVRG. PICTOR AVLICVS
NORIMBERGAE DEGENS

NORIMBERGAE
TYPIS CHRISTIANI DE LAVNOY ANNO MDCCLVII.

PRAEFATIO.

Hanc TERTIAM OPERIS BLACKWELLIANI CENTVRIAM absque vllo praeloquio dimittere potuissem, quum momenta praecipua, quae de emendati auctique huius operis editione monenda erant, in praefatione primae atque secundae centuriae praefixa satis iam exposui, nec illis plura, saltem nunc, addenda habeo, siquidem haec tertia centuria eadem ratione iisdemque auxiliis, quorum in praefatione secundae centuriae praecipue mentio facta est, nunc absoluta in publicum prodit: nisi alia quaedam momenta hanc praefationem extorsissent.

Quum enim centuriae quartae tabulae omnes quintaeque earum dimidia pars iis, qui praenumerationis lege hoc opus sibi comparant, iam traditae sunt, earundem vero expositio hucusque nondum accessit: nonnulli hanc moram iterum iterumque conquesti animique sui impatientiam ore litterisque testati sunt. Etsi autem indicio peculiari, sectioni seu fasciculo vigesimo quarto d. II. Iunii a. cIɔIɔCCLV. addito, caussae, quae hanc moram nectunt, quaeque sine detrimento praecipuae emendationis illustrationisque huius operis euitari nequeunt, satis expositae fuerunt, sub spe, eiusmodi que-

Vorrede.

Dieses dritte Hundert des Blackwellischen Kräuter-Buchs könnte ich ohne einige Vorrede lassen, weil die wichtigste Umstände, welche von dieses verbesserten und vermehrten Werkes Ausgabe zu bemerken waren, ich in der Vorrede, die dem ersten und zweyten Hundert vorgesezt worden ist, schon genugsam angezeiget und denselben, dermalen wenigstens, nichts beyzusezen habe, indeme dieses dritte Hundert auf eben die Weise und mit eben der Beyhilfe, dessen vornehmlich in der Vorrede des zweyten Hunderts Meldung geschehen ist, nun vollendet zum Vorschein kommet; es haben aber einige andere Umstände mich zu dieser Vorrede genöthiget.

Dann weil alle Kupfertafeln des vierten Hunderts, auch die Helfte des fünften Hunderts, denenjenigen, welche durch Vorschuß sich dieses Werk anschaffen, schon eingehändiget sind, derselben Erklärung aber bisher noch nicht beygefüget ist, so haben einige sich wegen dieser Verzögerung öfters beklaget und ihre Ungedult sowohl mündlich als schriftlich bezeuget. Ob nun aber schon in einer besondern Nachricht, welche der vier und zwanzigsten Abtheilung den 2. Junii 1755. beygeleget worden, die Ursachen, welche an dieser Verzögerung schuld haben, und die, ohne der vornehmsten Verbesserung und Erläuterung dieses Werks einen Abbruch zu thun, nicht zu vermeiden sind,

querelis finem fore: nihilo tamen minus contrarium euenit, manifesto indicio, vel caussarum allegatarum declarationem debita accuratione haud fuisse animaduersam, vel earum auctorem infra meritum grauem censuram experiri. Necesse hinc est, vt praecipua citati indicii momenta breuibus repetantur.

Prima promulgatio propositi de opere hoc edendo d. XI. Martii a. cIↄ Iↄ CC XLVII. facta plura haud promisit, quam eius editionem secundum exemplar Blackvvellianum praenumerationis ope recudendam, hac tamen mutatione, vt textus seu commentarius tabularum anglico sermone conscriptus germanice reddatur, nomenque singularum stirpium depictarum specificum seu proprium ex probato quodam auctore, itemque ipsius figurae atque inprimis characterum suorum genericorum, quoties fieri potest, ad naturae ductum emendatio addatur. Prima autem iam sectione, praeter textum non solum in germanicam sed etiam latinam in linguam traductum, ea notabilis emandatio procurata est, qua singulis stirpium speciebus repraesentatis non vnicum tantum sed plura ipsi propria nomina ex probatissimis auctoribus iuncta sunt eum in finem magnumque vsum, vt vnusquisque sciat, quo nomine eandem speciem omniaque, quae de illa annotata sunt, apud alios reperire queat. His specierum nominibus propriis praefixum praeterea est nomen eius genericum, quo hodie apud celeberrimos auctores systematicos occurrit, quoniam idem saepius variat. Tandem maioris vtilitatis gratia notae quaedam, cognitionem stirpium facilitantes, subiunctae sunt. Hac itaque ratione hoc opus continuatum et singularum specie-

sind, genugsam erkläret wurden, in der Hofnung, daß künftighin dergleichen Klagen unterbleiben würden; so ist doch das Gegentheil erfolget zu einem klaren Merkmal, daß entweder gedachter Ursachen Erklärung nicht mit gehöriger Ueberlegung betrachtet worden ist, oder gegen dem Urheber derselben unbillig verfahren wird. Es ist derohalben nöthig, das vornehmste davon hier kürzlich zu wiederholen.

Die allererste Nachricht vom 11ten Merz 1747 von dem Vorhaben dieses Werk auszugeben, hat weiter nichts versprochen, als eine neue Auflage nach dem Blackwellischen Muster durch Beyhilfe eines Vorschusses zu veranstalten, doch mit dieser Veränderung, daß der Englische Text in das Teutsche soll übersetzet und jedem abgebildeten Gewächse sein eigenthümlicher Name aus einem bewährten Schriftsteller, auch, so oft es möglich, eine Verbesserung der Figur, vornehmlich aber seiner Geschlechts-Kennzeichen, nach der Natur selbst beygefüget werden. Es ist aber schon bey der ersten Abtheilung nebst deme, daß der Text nicht nur Teutsch, sondern auch Lateinisch ist übersetzet worden, die merkwürdige Verbesserung geschehen, daß bey einer jeden vorgestellten Art der Gewächse nicht nur ein einiger ihme eigener Name, sondern mehrere aus den bewährtesten Schriftstellern beygefüget worden sind, zu dem Ende und grossen Nutzen, daß ein jeder wisse, unter welchem Namen er diese Art und was davon angemerket worden ist, bey andern finden kan. Diesem der Art eigenen Namen ist überdas sein Geschlechts-Name vorgesetzet worden, wie er heutiges Tages bey den berühmtesten systematischen Schriftstellern vorkommt, weil dieser oft gar sehr unterschieden ist. Endlich ist auch für nützlich befunden worden, einige Anmerkungen, welche die Erkänntnus der Gewächse erleichtern, anzuhängen. Auf diese Weise nun ist beständig fortgefahren und mehr und mehr die Erklärung einer jeden Art vollständiger gemachet worden, so, daß in dem zwey-

specierum expositio magis magisque perfectior reddita est, ita, vt in notis secundae et tertiae centuriae structura et conformatio omnium totius stirpis partium clarius et perfectius, quam in exemplari Blackvvelliano, describeretur. Facile ergo ex his patet, singulis tabularum expositionibus quartum ac quintum articulum aeque, ac notam, recens accessisse in Anglico commentario plane dificientes. Hunc laborem exposcere studium temporisque dispendium insigne, is tantum agnoscit, qui in his concinnandis ipse periculum fecit; tales autem amplificationes vtiles esse ac necessarias illis, qui certam atque indubiam stirpium cognitionem obtinendam cupiunt, hasque eos tantum suppeditare valere, qui ipsi non solum accurata stirpium cognitione, verum etiam sufficienti auctorum botanicorum apparatu instructi sunt, nulla probatione indiget.

Probe ergo animaduertendum est, 1) has amplificationes ab initio neutiquam, et multo minus earundem elaborationes certo et definito tempore, quo exscriptae sistantur, fuisse promissas; 2) hunc laborem in se suscepisse viros, qui aliis grauioribus officiis publicis funguntur, propterea vero paucas horas suas vacantes certis terminis circumscribere nequeunt; 3) eosdem nullo stipendio conductos, sed solo erga vtilitatem publicam promouendam amore commotos, has subiisse occupationes; 4) Editorem hoc opus tam vili pretio exhibere minime potuisse, si memoratas emendationes aequa mercede redimere debuisset. Qui haec omnia, prouti fas est, rectius perpendit, quam huc usque contigit, eum neque moram aliquam interdum interuenientem tam sinistre interpretaturum neque flagitaturum esse, vt saepius citatae emendatio-

zweyten und dritten Hundert in diesen Anmerkungen auch die Bildung aller Theile des ganzen Gewächses deutlicher und vollkommener beschrieben wird, als in dem Blackwellischen Muster geschehen ist. Es ist also aus diesem leicht zu erkennen, daß bey der Erklärung einer jeden Kupfertafel der 4te und 5te Artickel so wohl als die Anmerkung ganz neu und in dem Englischen Muster gar nicht zu finden seyn. Daß dergleichen Arbeit einen grossen Fleiß, Mühe und Zeit erfordere, erkennet nur derjenige, der selbst einen Versuch damit gemachet hat; daß aber diese Vermehrung denen besonders nöthig und nützlich seye, die eine gründliche und gewisse Erkänntniß der Gewächse zu haben verlangen, und dergleichen zuverläßiger Bericht nur von denen könne gegeben werden, die selbst nicht nur alleine eine genaue Erkänntniß der Gewächse haben, sondern auch mit einem genugsamen Vorrath der Botanischen Schriftsteller versehen sind, hat keines Beweises nöthig.

Deßwegen ist nun also wohl zu bedenken, daß 1) diese Vermehrung anfangs nicht ist versprochen, vielweniger die Auslieferung davon auf eine gewisse Zeit bedungen worden; 2) daß dieselbe solche Männer unternommen haben, die in andern wichtigen und öfentlichen Aemtern stehen, mithin ihre wenige müßige Zeit nicht können einschränken lassen; 3) daß sie die Bemühung nur alleine aus Liebe für die Beförderung des allgemeinen Nutzens über sich genommen und keine Bezahlung dafür haben; 4) Daß, wann solche der Verleger leisten sollte, er dieses Werk um einen so geringen Preiß nicht hätte ausliefern können. Wer dieses alles der Billigkeit gemäs besser, als bisher geschehen, überleget, wird hoffentlich weder eine zu weilen unterlauffende Verzögerung so übel beurtheilen, noch auch verlangen, daß um deß willen die öfters bemeldte Verbesserungen gar solten weggelassen werden, zumalen nicht nur das zweyte

dationes propterea desinant, confido, praecipue quum non solum secunda tertiaque centuria interea temporis perfecte absoluta est, verum etiam explicationis ad quartam pertinentis initium nunc accedit, hincque non solum declarat, auctorem eodem studio hunc laborem improbum (cuius plusquam qarta pars iam ad manus est) continuare, verum etiam nullum dubium facere, reliqua, quam primum fieri potest, pariter sequutura esse.

Ceterum, quum primae atque secundae centuriae non solum catalogum omnium auctorum citatorum, verum etiam recensionem suorum operum horumque variarum editionum, quousque mea supellex libraria succurrit, adieci atque comperi, hanc appendicem multis gratam atque acceptam fuisse: talem nunc etiam addere haud neglexissem, nisi una ex parte officia mea publica eidem conficiendo impedimentum struxissent et altera exparte metuendum fuisset, vlteriorem in absoluenda hac centuria moram nouis querelis occasionem praebituram esse. Quum praeterea numerus auctorum iam citatis iungendus pedetentim iminuitur, et hi et illi, qui in quarta centuria accedent, D. V. facile coniungi et simul explicari poterunt. Dabam Norimbergae IV Nonas Ianuarias A. O. R. cIɔ Iɔ C C LVIII.

und dritte Hundert indessen völlig zu Stand gebracht worden ist, sondern auch mit der Erklärung des vierten Hunderts nun der Anfang gemachet wird und zu erkennen giebet, daß der Herr Author mit eben dem Fleiß in dieser mühsamen Arbeit (davon schon mehr als der 4te Theil bey Handen ist) fortfahre, sondern auch keinen Zweifel übrig lasse, daß das rückständige ebenfalls so bald es möglich folgen werde.

Im übrigen, weil ich dem ersten und zweyten Hundert nicht nur ein Verzeichnis aller Schriftsteller, die angeführet worden sind, sondern auch eine Nachricht von ihren Werken und derselben unterschiedlichen selbst in Handen habenden Auflagen beygefüget und erfahren habe, daß dieser Anhang vielen angenehm gewesen ist, hätte ich dieses auch dermalen nicht unterlassen, wann nicht eines Theils meine öffentliche Amts-Verrichtungen die Vollendung dessen verhindert hätten, andern Theils ich nicht hätte beförchten müssen, daß eine längere Verweilung des Schlusses des dritten Hunderts neue Klagen verursachen würde. Weil über dieses die Zahl der Schriftsteller, die den schon angeführten noch beygesetzet werden, mehr und mehr geringer wird, werden diese und jene, welche in dem vierten Hundert dazu kommen, gel. GOtt leicht vereiniget und zugleich vorgestellet werden können. Nürnberg den 2. Jenner 1758.

D. CHRISTOPHORVS IACOBVS TREW.

CENT. III.

CENTVRIA III.

TABVLARVM EXPLICATIO — Erklärung der Kupfer-Platten.

TAB. 201. *Lat.* Tamarindus. *Germ.* Tamarindenbaum. *Graec.* ὀξυφοινιξ. *Angl.* the Tamarind tree. *Ital.* Tamarindo. *Gall.* Tamarin.

1. Haec Tamarindum Indiae occidentalis sistit, delineatio rami illius est, qui in hybernaculo horti medici Londinensis exstat, fructus vero, ex collectione RANDII desumtus, secundum naturale exemplar depictus est. Haec arbor in India admodum procera fit, folia gramineo virore superbiunt, flores, ex albo et luteo mixti, purpureas venas habent, siliqua vero seu fructus ex fusco luteus passim rubris maculis insignitur. Pulpa siliquae ab initio rubet, post nigricantem in colorem mutatur; Semina osseae duritiei splendent ex rubro fuscoque colore.

1. Dieses ist der Westindische Tamarindenbaum; die Zeichnung des Zweiges ist von demjenigen Baum genommen, welcher in dem Treibhause des medicinischen Gartens bey Londen zu finden ist; die Frucht aber ist aus des Herrn RANDS Sammlung nach dem Leben verfertiget. Dieser Baum wird in West-Indien sehr gros, die Blätter sind hell-grasgrün, die Blumen weis und gelb mit purpurfarbenen Adern; die Schote oder Hülse ist bräunlicht-gelb, mit roth hier und dar gefärbet; das Mark in der Schote ist zuerst gelb, verändert sich aber hernach in schwarzbraun; die Saamen sind fast so hart, wie Stein, an Farbe aber glänzend röthlich-braun.

2. In India crescit occidentali, et aestate floret.

2. Er wächset in Westindien, und blühet im Sommer.

3. Tamarindi plerumque per se, sine aliis additis remediis, adhibentur, et cum emolumento quidem, ad eliminandum ex corpore biliosum serum, vt exinde proueniens in ventriculo et intestinis calor temperetur.

3. Diese Tamarinden werden insgemein allein, und ohne Beymischung anderer Arzeneyen genossen, man bedient sich ihrer mit Nutzen die gallichte Feuchtigkeiten abzuführen, und die daher im Magen und den Gedärmen entstehende Hitze zu vertreiben.

4. NOM. GEN. Tamarindus *Raj. Meth.* 161. *Hist. II.* 1748. *Tourn.* 660. *Boerh. II.* 59. *Kram.* 135. *Heist. Syst.* 10. *Linn. Gen. no.* 42. *Roy.* 465. *Ludvv.* 373. *Wach.* 59.

5. NOM. SPEC. Tamarindus Bisnagaricus siliqua productiore, dispermos, seminibus veluti isthmo interceptis *Pluk. Tab.* 64. *fig.* 4.

Nota. In proponendis iconibus huius plantae eas retinuimus, quas BLACKWELLIA dederat, in addendis autem synonymis eo parciores fuimus, quod ab illa specie, quae in medicos adhibetur vsus, non videtur nisi fructuum diuersitate paullum discrepare, quippe quum in hac, notante nomine Pluknetiano, seminum tantum magnitudo exteriorem superficiem siliquae in eo, in quo illa posita sunt, loco intumescere faciat. Florem separatum, luteo colore insignitum *fig.* 1, fructum integrum, eiusque inaequalem superficiem externam *fig.* 2, semen osseae fere duritiei, ex pulpa extractum, *fig.* 3. exhibet. Plura de hoc genere inferius adducemus TAB. 221, quae itaque conferri debet.

Anm. Von den Abbildungen dieser Pflanze haben wir diejenigen beybehalten, welche die BLACKWELL gegeben hat, in Anführung der Benahmen aber sind wir sparsamer gewesen, weil sie sich von der zur Arzeney aufbehaltenen Art nur in Ansehung der Frucht zu unterscheiden scheinet. Denn in dieser Art verursacht die Grösse der Saamen, daß die Schoten, wie der Name des PLUKENETS anzeiget, an dem Orte, wo die Saamen anhängen, von aussen aufschwellen. Fig. 1 stellet uns eine gelbe Blume besonders, fig. 2. die ganze Frucht nebst ihrer äussern ungleichen Oberfläche, fig. 3. aber den aus seinem schwammichten Wesen herausgenommenen und fast beinernen Saamen. Wir verweisen indessen unsre Leser auf TAB. 221. wo wir von diesem Geschlechte ein mehreres anzuführen Gelegenheit haben werden.

TAB. 202. *Lat.* Palma dactylifera, Dactylus. *Germ.* Palmbaum, Dattelbaum. *Graec.* Φοινιξ ἐλαξη. *Angl.* The Palm-or Date-tree, Dacts-tree. *Hisp.* Palmera. *Ital.* Palma, Dattoli. *Gall.* Palmier, Dattier. *Belg.* Dadel-boom, Daxe-boom.

1. Haec arbor procera est, cortice scabro in trunco instructa. Folia in cacumine arboris eo modo posita sunt, prout rami ventilabris applicantur, flores albi sunt, fructus vero lutei et rubicundi.

1. Dieses ist ein grosser Baum mit einer rauhen schaalichten Rinde an dem Haubtstamm, die Blätter wachsen an dem Gipffel des Baumes, und stehen auf die Art, wie die Stiele oder Beine an einem Windfächer, die Blumen sind weis, die Früchte gelb und roth.

2. In Barbaria, Aegypto Syriaque crescit.

2. Er wächst in der Barbarey, Egypten und Syrien.

3. Fructus, dactyli dicti, in iis, vbi sponte arbor prouenit, regionibus ad victum adhibentur. Creditur iis inesse vis exsiccandi et adstringendi; adhibentur in catarrhis et raucedine faucium, ad eam scilicet temperandam.

3. Die Datteln werden häuffig in den Ländern, wo sie wachsen, als eine ordentliche Speise genossen; man hält sie für trocknend und zusammenziehend; man bedient sich ihrer in Flüssen und die Rauhigkeit der Kehle zu mildern.

4. NOM. GEN. Palma *Raj Meth.* 135. *Hist. II.* 1352. *Kram.* 130. *Rupp.* 62. *Boerh. II.* 169. Phoenix *Linn. Gen. no.* 986. *Musae Cliff.* 12. *Roy.* 5. *Ludvv.* 908. *Wach.* 329. Dachel *Heist. Syst.* 15.

5. NOM. SPEC. Dactylus *Dorst.* 103. *b.* Palma *Caes.* 79. *Cord. in Diosc.* 22. *a. Ruell.* 215. *Lonic.* 33. *a. Dod.* 819. *Raj. Hist. II.* 1352. *Matth.* 189. *Cam. Epit.* 124. *Lob. Hist.* 637. *Ic. II.* 234. *J. B. I.* 351. *Ger.* 1517. *Tab.* 1372. Palma arbor *Lugd.* 362. Palma maior *C. B. pin.* 506. *Boerh. II.* 169. Palma Dachel *Alp. Aegypt.* 24. Palma Dachel sterilis et fertilis *Pont. Anth.* 154. Palma dactylifera *Weinm. Tab.* 783. *fig. f.* Palma dactylifera maior *Kram.* 130. *Volck Hesper. p.* 228. Palma hortensis mas *Kaempf. Amoenit. exot.* 668. 686. *t.* 1. 2. *fig.* 1. 3. Femina *Idem ibid. t.* 1. 2. *fig.* 2. 16. 11. Palma vulgaris et legitima *Park.* 1546. Phoenix frondibus pinnatis, foliolis alternis ensiformibus, basi complicatis, petiolis compressis, dorso rotundatis *Linn.*

H. Cliff. 483. *H. Zeyl.* 390. *Hort. Vpf.* 306. *Mat. med.* 501. *Roy.* 5. *Wach.* 329. Phoenix frondibus pinnatis, foliolis complicatis *Linn. Spec.* 1188.

Nota. Palmarum familia magna admodum eſt, et a recentioribus demum accuratius fuit diſtincta. Differunt autem illae, quod aliae florem et fructum ſimul, aliae vnam tantum ex his partibus ferant, ſed, quum hoc momentum generis diuerſitatem faciat, laudabili opera adeo diſcrepantes notae a LINNAEO in Muſa Cliffortiana rite ſeparatae fuerunt. Flores praecipue in planta duplici haerent. Noſtram quod attinet palmam, maſculini aeque ac feminini in ſpadice, ſeu vagina, reconduntur, quae ſenſim ſuccedente incremento aucta, ſeſe expandit, qualem, licet imperfecte, *fig.* 1. repraeſentat. Ex maſculinis autem floribus puluis antherarum femininis inſpergitur, id, quod vel natura vel ars praeſtat. De hoc foecundandi artificio fuſe differit KAEMPFFERVS in *Amoenit. Exot. l. c.* qui ſimul omnem huius arboris naturam ſollicite deſcripſit. Haec experimenta etiam penes nos, in alia tamen ſpecie palmae reperita fuerunt, in illa ſcilicet, quae folio flabelliformi inſtructa eſt, cuius rei illuſtrationem et experimentorum hiſtoriam ſubminiſtrauit celebris Berolini degens Botanicus, GLEDITSCHIVS in *Hiſt. de l' Academie Roy. des Sciences et belles lettres* année 1749. à Berlin 1751. p. 103. Fructus autem bacca eſt, oblonga, coriacea cute circumdata *fig.* 2, in qua ſemen vnicum deliteſcit, durum, oblongum, medio ſulco excauatum *fig.* 3.

Anm. Das Geſchlechte des Palmbaums iſt ſehr gros, und allererſt von den neuern Kräuterkennern genauer beſtimmt worden. Der Unterſcheid aber beſtehet beſonders darinne, daß etliche Blüthe und Frucht zugleich, andere aber nur einen von dieſen Theilen tragen. Da nun dieſer Umſtand einen würklichen Unterſcheid des Geſchlechtes verurſacht, ſo hat der ruhmwürdige Fleis des LINNAEUS in der Muſa Cliffortiana dieſe ſo ſehr verſchiedene Merkmale billig von einander abgeſondert. Die Blüthen ſind inſonderheit auf zwey verſchiednen Pflanzen anzutreffen. Unſre Palme trägt in einer Scheide oder Kolben ſowol männliche, als weibliche Blumen verborgen. Dieſe Scheide nimmt bey mehrerem Wachstum zu, und breitet ſich aus, wie wir fig. 1. obwohl unvollkommen, bemerken. Von den männlichen Blüthen wird der Staub derer Staubſpitzen auf die weiblichen Blüthen, von der Natur ſowol ſelbſt, als auch durch die Kunſt, ausgeſtreuet. Von dieſer Art den Palmbaum zu befruchten handelt KAEMPFFER in den Amoenit. Exot. l. c. weitläufftig, und beſchreibet ſorgfältig die vollkommene Natur dieſes Baumes. Dieſe Verſuche ſind, ob wohl in einer andern Art des Palmbaums, auch bey uns wiederholet worden, nämlich in derjenigen, welche mit dem Fächerförmigen Blatte verſehen iſt, wovon der berühmte Kräuterkenner in Berlin, GLEDITSCH in Hiſt. de l'Academie Royal des Sciences et belles lettres année 1749. à Berlin 1751. p. 103. eine weitläufftige Beſchreibung und Geſchichte der Verſuche mitgetheilet hat. Die Frucht des Palmbaums iſt eine länglichte Beere, welche mit einer harten Haut überzogen iſt fig. 2, und einen einzigen, harten, länglichten, und in der Mitte vertiefften Saamen fig. 3. in ſich faſſet.

TAB. 203. *Lat.* Abies mas ſeu alba. *Germ.* Tannenbaum, weiße Tanne. *Graec.* Ἐλάτη. *Angl.* The male Fir ⊙ or ſiluer Fir. *Hiſp.* Abeto. *Ital.* Abete, Abete ſappo. *Gall.* Sapin. *Belg.* Witte Dennenboom, Wüſken, Maeſt-boom.

1. Alta ſatis fit, folia anterius latiuſcula, inferius albicantia ſunt, ſtrobili ſurſum eriguntur.

1. Er wächſt ziemlich hoch, die Blätter oder Nadeln ſind an den Spitzen breit, und an der untern Fläche weislicht, die Zapffen ſtehen in die Höhe.

In Anglia nonnullis in locis ſponte prouenire dicitur: copioſius tamen in Germania et montoſis eius locis reperitur.

2. Man ſagt, daß dieſer Baum in Engeland an einigen Orten wild wachſe; allein in Teutſchland wird er in gebürgichten Gegenden ſehr häuffig gefunden.

3. Secundum praeſcriptionem diſpenſatorii, huius arboris partes in officinis adhibendae eſſent; verum, quod in Anglia rarius occurrit, illa, quae Abies rubra dicitur, in Tab 198. deſcripta, vtriusque autem virtutes inter ſe conueniunt, plerumque loco alterius vſurpatur.

3 Man ſollte ſich, nach dem Diſpenſatorio, in den Apothecken, derer Theile von dieſem Baume bedienen; da er aber in Engeland nicht ſo gemein iſt, als der rothe, ſiehe TAB. 198, die Kräffte und Tugenden von beyden aber ſehr übereinkommen, ſo mus dieſer insgemein die Stelle des andern vertreten.

4. NOM. GENER. vid. TAB. 198.

5. NOM. SPEC. Picea *H. Eyſtett. Vern O I. F* 4. *f.* 3. Abies *Geſn. Hort.* 243. *b Lonic.* 51. *b. Caeſ.* 133. *Matth.* 102. *Cam. Epit.* 48. 49. *Cluſ Hiſt I.* 34. *Dod.* 8′5. *Raj. Syn* 441. *Hiſt. II* 1394. *Lob. Jc. II.* 231. *Tab.* 1397. *Lugd.* 54. *Park.* 1539. Abies mas *Ger.* 1363. Abies candida *Trag.* 1117. Abies alba ſeu femina *Knaut. Hal.* 179. Abies femina ſeu ἐλάτη θήλεια *I. B. I. b.* 231. Abies conis ſurſum ſpectantibus ſiue mas *C. B. pin.* 505. *Segu. Ver. II.* 253. Abies taxi folio, fructu ſurſum ſpectante *Tourn.* 585. *Boerh. II.* 179. *Rupp.* 335. *Kram.* 147. Abies foliis ſolitariis, apice emarginatis *Linn. H. Cliff.* 449. *Roy.* 89. *Wach.* 279. Abies foliorum apice bifido *Hall.* 148. Pinus foliis ſolitariis emarginatis *Linn. Spec.* 1001.

Nota. Ea eſt huius abietis cum altera, in TAB. 198. propoſita, conuenientia, vt nullum fere inueniamus Botanicum, qui eas genere diuerſas eſſe voluerit. Pauca etiam eam ob rationem de differentiis ſpecificis tantum hic adducenda ſunt, quippe quae in eo conſiſtunt, vt folia ſint ſimplicia, et coni non, vt in priori, deorſum, ſed ſurſum ſpectent. LINNAEVS tamen in Specierum deſcriptionibus nuperrime Abietis nomen exulare iuſſit, et hanc aeque ac priorem ad Pinum reduxit. Sexus diſtinctus eſt, ſed in duplici planta; femininum ſeu fructus et partes eius aliquas iconibus ſuis expreſſit tantum BLACKWELLIA, hinc alterum maſculinum, et quae eum conſtituunt partes, nec non omne id, quod aliqua adhuc egebat explicatione, illuſtravimus *Fig. I.* 2. 3. 4. 5. 9. 11. 13. 14. Maſculi flores, in conum collecti, ex alis foliorum procedunt. Conus ſquamoſus eſt, in naturali magnitudine *fig.* 1. 2. in aucta conſpiciendus *fig.* 3, ſquamam ſeparatam *fig.* 4, eamdem per lentem auctam *fig.* 5. ſiſtit, Hae autem antheras in ſe continent. In ſimili, ſed ex durioribus ſquamis efformato, cono *fig.* 6. ſemina reconduntur; adhaerent illae mediae axi *fig.* 7. ouatae, inferius acutiores, ſuperius

Anm. Dieſe Tanne kommt mit der TAB 198. abgebildeten ſo genau überein, daß wir faſt keinen Kräuterkenner finden, welcher dieſelben dem Geſchlächte nach von einander getrennt hätte. Es wird demnach auch in Anſehung des Unterſchiedes der Art nur etwas weniges zu erinnern ſeyn, nämlich, daß unſre Tanne einfache Blätter hat, und ihre Zapffen nicht, wie in der obigen, niederwärts, ſondern aufrecht in die Höhe ſtehen. LINNEUS aber hat in den Beſchreibungen der Arten nur neulich den Namen der Tanne, Abies, verworffen, und unſre ſowohl, als die obige Tanne, zu der Fichte, Pinus, gerechnet Das Geſchlecht (Sexus) iſt würklich unterſchieden, befindet ſich aber in zwey beſonderen Pflanzen. Die weibliche, oder die Frucht nebſt ihren Theilen ſind nur von der BLACKWELL abgebildet worden; daher wir auch die männliche nebſt allen ihren weſentlichen Theilen zu mehrerer Erläuterung in den fig. II. 2. 3. 4. 5. 9. 11. 13. 14. zeichnen laßen. Die männlichen Blumen, welche an einem Zapffen beyſammen ſitzen, kommen aus den Zwiſchenräumen der Blätter hervor. Der Zapffen beſtehet aus Schuppen, und iſt in ſeiner natürlichen Größe fig. 1. 2, vergrößert fig. 3. zu ſehen; eine einzelne Schuppe zeiget fig. 4, eben dieſelbe aber ver-

rius latiores et margine crassiori instructae, media sui parte exterius eminent, latera depressiora sunt *fig.* 8, intus autem in duabus foueis posita sunt semina *fig* 9. *b. b.* quibus superius alae membranaceae adhaerent *a. a.* Semina vero illa inaequalis sunt superficiei *fig.* 10. 11. dura, quoad substantiam, nucleum molliorem cingentia, vt inde nuces dicantur LINNAEO. Quoniam autem folia hanc speciem distinguunt, ea adposuimus separatim *fig* 12, ab interiore superficie planiora sunt, ab exteriore linea eminent *fig.* 13. apice obtuso, leuiter exsecto et bifido *fig.* 14. instructa, vt magnitudo aucta clare docet.

vergrössert fig. 5. In diesen sind die Staubfäden befindlich. Die Saamen werden in einem ähnlichen Zapffen enthalten fig 6, nur daß dessen Schuppen etwas härter sind. Diese hängen in der Mitten, aneiner Achse fig. 7, sind länglicht, unten spitzig, oben etwas breiter, und am Rande dicker. Der mitlere Theil derselben raget etwas hervor; die Seiten sind eingedrückt fig. 8, in denen von innen befindlichen beyden Hölen liegen die Saamen fig. 9 b. b, welche oben mit häutigen Flügeln versehen sind a. a. Die Saamen selbst haben eine ungleiche Fläche fig. 10. 11, sind ihrem Wesen nach harte, und umschlüssen einen weichen Kern. Dieses ist die Ursache, weshalben sie LINNAEUS mit dem Namen der Nüsse beleget. Die Blätter unterscheiden diese Art; daher haben wir dieselben besonders beygefüget fig. 12. Sie sind von oben platt, von aussen ragen sie etwas hervor fig. 13, die Spitze ist stumpff, ein wenig ausgeschnitten, und getheilet fig. 14. wie die Vorstellung in ihrer Vergrösserung zeiget.

TAB. 204. *Lat.* Tussilago vulgaris, Farfara. *Germ.* Huflattig, Brandlattich, Roßhub, Eselshuf. *Graec.* ⊙ Βηχιον. *Angl.* Coolt's foot or Foles-foot, Horse-hout. *Hisp.* Vnha de Asno, Vngla cavalluca. *Ital.* Farfarella, Vnghia caballina. *Gall.* Toussilage, Pas d'Ane, Tuconnet, Herbe de pats. *Belg.* Hoefbladern, Peerts-Klaeuw.

1. Caules, in quibus flores proueniunt, quatuor digitos vix superant, folia sunt superius pallide viridia, subtus glauca, flores vero lutei.

1. Die Stengel, worauf die Blumen stehen, sind ohngefähr vier Zoll hoch, die Blätter sind gelbgrün oberhalb, unterhalb aber weislicht, die Blumen gelb.

2. Crescit in humidis et paludosis locis, februario atque martio mensibus florens.

2. Es wächst auf sumpffigen nassen Plätzen, und blüht im Hornung und Merz.

3. Folia floresque pectori dicantur: in morbis enim pulmonum conueniunt, in tussi, phthisi et asthmate; vtuntur etiam quidam siccatorum foliorum fumo, tabaci instar, in tussi et pulmonum aliis morbis.

3. Blätter und Blumen sind der Brust gewidmet; sie dienen in Krankheiten der Lungen, dem Husten, Schwindsucht und kurzen Othem; einige schmauchen die dürren Blätter unter dem Taback wider den Husten und Lungenbeschwerung.

4. NOM. GEN. Tussilago *Raj. Meth.* 33. *Syn.* 173. *Hist. I.* 259. *Magn. Car.* 124. *Tourn.* 487. *Boerh. I.* 101. *Rupp.* 176. *Knaut. Hal.* 129. *Meth.* 144. *Vaill.* 197. *Heuch.* 49. *Linn. Gen. no.* 783. *Roy.* 159. *Ludvv.* 301. *Kram.* 82. *Wach.* 221. *Segu. Ver. II.* 217. *Guett.* 360. *Dalib.* 256. *Heist. Syst.* 7. *Bergen. Fl. Francf.* 283. *Mor. El.* 8. Petasites *Hall.* 708.

5. NOM. SPEC. Vngula caballina *Brunf. I.* 41. *Trag.* 418. Bechium seu Farfara *Dod.* 596. Tussilago *Ruell.* 555. *Fuchs.* 140. *Cord. in Diosc.* 58. *b. Matth.* 614. *Cam. Epit.* 590. 591. *Lonic.* 154. *b. J. B. III.* 563. *Raj. Hist. I.* 259. *Ger.* 811. *Park.* 1220. *Lugd.* 1051. *H. Oxon. III* 130. *S. VII. t.* 12. *f.* 1. *Hort. Eystett. Hybern. O. F.* 6. *f.* 1. *Rupp.* 176. *Dill. Giss* 37. *Kram.* 82. Tussilago farfara *Lob. Hist.* 320. *Jc. II.* 589. *Weinm t* 999. *fig* 6. Tussilago, quae vulgo Farfara *Caes.* 490. Tussilago vulgaris *C. B. pin.* 197. *Tab.* 1316. *Mag. Car.* 124. *Tourn.* 487. *Boerh. I.* 101. *Pont. Anth.* 235. *Vaill. Act. Roy. d. Scienc.* 1720. *p.* 375. *Bot. Paris.* 197. *Zanich.* 267. *t.* 266. *Segu. Ver. II.* 217. *Bergen. Fl. Francf.* 283. *Mor. H.* 28. *Mich. H. Flor.* 97. Tussilago flore luteo officinarum *Heuch. Ind.* 49. Tussilago scapo imbricato, vnifloro, foliis subcordatis, angulatis, denticulatis *Linn. H. Cliff.* 411. *Fl. Suec.* 680. *Mat. med* 391. *Spec.* 865. *Roy.* 159. *Wacb.* 221. *Guett. II.* 360. *Dalib.* 256. *Gmel. II.* 140. Tussilago scapo squamoso, vnifloro, flosculis in radio lingulatis *Boehm. Fl. Lips.* 167. Petasites scapo vnifloro, flosculis in ambitu ligulatis *Hall.* 708.

Nota. Ad Blackvvellianas figuras, quae radicem, caulem cum floribus, folia et semina tantum exhibent, addere placuit alias *Fig. III.* 2. 3. 5. 6. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. Ex radice fibrosa huius plantae, primo vere, gemmae protruduntur, variae numero, aliae eorum, incremento celeriori auctae, scapum producunt floriferum, aliae vero, tardius increscentes, eo demum tempore, post quam scapus defloruit, vlterius propullulare incipiunt, et folia protrudunt. Scapus autem ille diuersae saepe est altitudinis, vt nostrae docent figurae, totus foliosis squamis obsitus. Superiori eius parti inhaeret capitulum, ex multis corollis compositum, ab anteriori parte *fig.* 1. 2, a latere, vt calix in conspectum veniat, *fig.* 3. 4. conspiendum. Calix, ex multis squamis constructus, quarum exteriores non numquam breuiores, interiores vero longiores sunt, plerumque aequales *fig.* 5. 3. a. Contegit ille diuersi generis flores, ex quibus in margine positi, ad lingulae formam accedunt *b*, interiores autem tubulosi sunt, quorum superior pars seu limbus varie diuiditur, inferior tubus *d.* autem calicis medio loco, quem thalamum vocant *e*, insident, vt dissectus ad longitudinem flos *fig.* 6. declarat. Vtriusque generis florum haec est conformatio. Lingulatus *fig.* 7. in se continet stylum vnicum *fig.* 8. 9, superius leuiter bifidum, a quo extrorsum recedit lingula *f.* cui inferius semen papposum *h.* adhaeret. A latere eum ostendit *fig* 9. Tubulosus autem flos *fig.* 10. 11. simul cum stylo, per medium eumdem transeunte, vaginam coalitarum antherarum superius eminentem *i*, monstrat, inferius autem pariter semini adhaeret *k*. Diuisiones limbi differunt, quatuor vel quinque plerumque adsunt, sex acutas lacinias tamen

Anm. Auf dieſer Kupffertafel werden zwar drey Pflanzen beſonders abgebildet, die auch einerley Benennung empfangen, daß aber dieſelben auch nach ihrem Geſchlechte unterſchieden ſind, zeigen nicht nur die Unterſcheidungs-Nahmen des Geſchlechtes und der Art, die wir hier beygefüget, ſondern es wie dieſes auch die nachfolgende Beſchreibung erläutern. Was die Griechen Ὄροβος genennet, wird von den Lateinern Eruum geheiſſen; nichts deſtoweniger haben die Kräuterkenner beiden Worten eine beſondere Bedeutung zugeeignet, und jedes Geſchlecht durch ihre beſondere Kennzeichen unterſchieden. Es erſcheinet alſo nach ihrer Beſcheibung die I. und II. Figur unter dem Namen des Orobi, die III. aber unter dem Namen des Erui. Die BLACKWELL hat die Figur I. III. 1. 11. 13. 15. vorgeſtellet; wir aber haben die II. und übrigen kleinern Abbildungen hinzugefüget. Was die Blume und die zur Befruchtung gehörigen Theile überhaupt betrift, ſo ſcheinen zwar alle dieſe Pflanzen mit einander überein zu kommen, und werden zu einer Claſſe gezählet; ſie unterſcheiden ſich aber hauptſächlich durch die Bildung der Schote. Das Eruum trägt nämlich eine aus vier ungleichen Blättgen beſtehende Blume und eine länglichte Schote, die wegen der innwendig enthaltenen Saamen aufgeſchwollen und knotigt erſcheint fig. 13. Dieſe Saamen ſind faſt rund fig. 15. Ueber dieſes beſtehen die Blätter aus mehrern Paar-weiſe geſetzten Blättergen, welche länglicht-rund und an der Spitze eingekerbet ſind. Die Theile des Orobi aber verhalten ſich folgender Geſtalt: Die Blätter, welche aus dem Stengel kommen, haben unterſchiedene, an der Rippe, die in der Mitte ſtehet, anhängende Paare von Blättgen, die länglicht-rund, am Rande völlig ganz und zugeſpitzet ſind, an dem Orte aber, wo die Blätter entſtehen, ſind keine Blättgen an dem Stengel befindlich, welche gleichfals ganz, an dem Stengel aber mit Pfeilförmigen Verlängerungen begabet ſind. Jeder Stengel enthält eine Aehre mit weitläuftig-geſetzten Blumen. Die ganze Blume ſtellet fig. 1. 2. für, woran man den Kelch a. und die Blumen-Blättgen b. c. unterſcheidet. Dieſer Blätter ſind viere, wovon das oberſte das Fähnchen genennt wird; es iſt breit, und bedecket die andern Blätter fig. 3. b, in der Mitte iſt es ausgeſchweifet fig. 4. und endiget ſich unten in eine ſchmale Spitze. Auf jeder Seite deſſelben ſtehet ein Blättgen fig. 3. c. welche man die Flügel nennt. Indem dieſe aus dem Kelche fig. 5. hervorkommen, ſo ſind ſie an Länge bey nahe dem Fähnchen gleich, in der Mitte aber ſind ſie ein wenig eingeſchnitten, biegen ſich vorwärts in die Höhe, und werden mit ihren hintern, ſchmälern Theile von dem Kelche umſchloſſen fig. 6. Den unterſten Ort nimmt die Carina ein; dieſe ſitzet unter den Staubfäden, iſt in zwey Theile getheilet, erweitert ſich, indem ſie fortgehet, und wird nach vornen zu bäuchicht, beuget ſich aber mit ihrem zugeſpitzten Ende in die Höhe. Die Staubfäden, welche von dieſen Blumenblättern umſchloſſen werden, wachſen mit ihren Fäden zuſammen, ſo, daß neune derſelben einen Körper ausmachen, welcher oberwärts in ſo viel Fäden, als Staubſpitzen ſind, getheilet wird. Die Anzahl derſelben weichet aber manchmal ab fig. 9. f. Der zehende Staubfaden, der oben auf dem Staubwege anhänget, iſt einfach und macht den andern Körper aus, welche Körper der LINNAEUS Brüder nennt, und daher dieſe Pflanze unter die Diadelphia rechnet. Der Staubweg, ſo unter dieſem lieget, iſt im Anfange ſehr dünne fig. 10. g. 11, oben mit einer krummgebognen Spitze verſehen, und wird endlich durch das Wachsthum zu einer langen, und aus zwey Klappen beſtehenden Schote fig. 12, in welcher rundliche Saamen fig. 14. enthalten ſind. Hieraus wird alſo erhellen, warum der Orobus von jenem Geſchlechte des Erui abgeſondert worden. Von der II. Figur müſſen wir aber noch anzeigen, daß, ob dieſe gleich LINNAEUS vor eine Abweichung der I. Figur gehalten, dennoch von andern wieder unterſchieden worden. Sie wird aber genennt: Orobus latifolius paruo flore purpureo *C. B. pin.* 351. *Tourn.* 393. *Weinm. t.* 775. *fig. b.* *Segu. Ver. II.* 79. Galegae nemorenſi vernae ſimilis, multiflorus, flore purpureo *J. B. II.* 344. Orobus venetus *Cluſ. Hiſt. II.* 232. *Rai. Hiſt. I.* 917. *Ger.* 1247. Orobus ſylvaticus venetus *Park.* 1081. Orobus latifolius repens, ſiliqua parua *Boerh. II.* 46. Sie unterſcheidet ſich aber nicht nur durch die Gröſſe der Blätter, als welches Kennzeichen niemals eine beſondere Art ausmachet, ſondern ſie ſondert ſich, wie es SEGUIER l. c. anmerket, darinne von andern ab, daß jedes Blatt drey oder auch vier Paar andere Blättgen habe, da hingegen der erſte Orobus mehrentheils nur zwey Paar enthalte. Weil aber dieſe Wahrnehmung durch das Wachsthum, leicht kan verändert werden, ſo ſetzet RAJUS l. c. hinzu, daß die Blätter hellgrün, nicht ſo ſpitzig, noch auch mit drey Adern, wie bey jenen, verſehen wären, daß ſie an den Stengeln mehr und kleinere Blumen hätte, welche von beiden Seiten anhiengen. Allein unſere Abbildung ſtellet dieſelben nur auf die eine Seite gerichtet vor.

TAB. 209. *Lat.* Carobe, Siliqua dulcis. *Germ.* Johannis Brod. *Graec.* Κεράτια, Κερατόνια. *Angl.* The Carob-tree, Silick-tree. *Hisp.* Alfarobus, Carrouges. *Ital.* Caraboli, Silique, Carobi. *Gall.* Carouglier, des Carouges. *Belg.* St. Jans-Broot.

⊙

1. Arbor haec in loco natali alte exsurgit, folia grate virent, flores rubri sunt, siliquae fuscae, fructus vero profunde rubro colore instructi.

2. Crescit in Syria et Creta, vere floret, autumno autem fructus perficit.

3. MALTHIOLUS fructus stomacho conuenire adserit, et conducere in doloribus colicis, vrinaeque profluuium promouere. Decoctum siliquarum laudat tamquam auxilium in tussi chronica atque phthisi.

1. Dieser Baum wird in seinem Vaterlande sehr gros, die Blätter sind schön grasgrün, die Blumen roth, die Schoten bräunlicht, die Früchte aber dunkel-roth.

2. Er wächst in Syrien und Creta, blühet im Frühling, und trägt im Herbste reiffe Früchte.

3. MATTHIOLUS schreibet, die Frucht diene dem Magen, sey auch gut im Leibreissen, und befördere den Urin. Den abgekochten Tranck der Schoten rühmet er als ein gutes Hülffs-Mittel in alten anhaltenden Husten und der Schwindsucht.

4. NOM. GEN. Ceratonia *Linn. Gen. no.* 899. *Roy.* 225. *Ludvv.* 923. *Wach.* 283. *Heist. Syst.* 10. 16. *Hall. Gott.* 15. Siliqua *Rai. Meth.* 160. *Hist. II.* 1718. *Tourn.* 578. *Boerh. II.* 58. *Kram.* 136.

5. Nom. SPEC. Siliqua *Ruell.* 252. *Caes.* 110. *Matth.* 199. *Cam. Epit.* 139. Siliquae arbor siue Ceratia *J. B. I. b.* 413. *Rai. Hist. II.* 1718. Siliqua dulcis su Ceratia *Weinm. t.* 922. *fig. a.* Siliqua dulcis vulgatior *Ger.* 236. Siliqua edulis *C. B. pin.* 402. *Tourn.* 578. *Boerh. II.* 58. Ceratia siliqua *Lob. ic. II.* 104. *Tab.* 1430. *Park.* 1429. Ceratonia *Dod.* 787. *Herm. Lugd. Bat.* 135. *Lugd.* 112. *Linn. H. Cliff.* 75. *H. Ups.* 296. *Mat. med.* 455. *Spec.* 1026. *Roy.* 225. *Wach.* 283. *Hall. Gott.* 15.

Nota. Huius exoticae arboris ramum cum foliis, florem, fructum et semina iconibus illustrauit BLACKWELLIA, sed necesse visum est, partes quasdam distinctiores facere in *fig.* 1. 3. 4. 5. 7. 9. Folia cauli alternatim adhaerent pinnata, singulum foliolum ouatum est, integrum, et obtuso apice terminatur. Flores in spica ex alis foliorum dependent *fig.* 1. sed duplicis generis esse inueniuntur, et in duplici planta constituuntur. Alii enim sunt staminibus, alii pistillis instructi. Omnes petalis destituuntur. Stamineus flos *fig.* 2. praeter calicem quinquepartitum et stamina quinque, longa, antheris magnis crassisque praedita, nihil ostendit. In pistillato *fig.* 3. calix, etiam in quinque lacinias divisus *a*, succulentum continet ouarium, crassiore stylo ornatum *b*; qui, si calix resecatur *fig.* 4, ex fundo exsurgit, et ob capitatum stigma *fig.* 5. per maturitatem dependet. Fructificatione peracta, legumen vlterius excrescit *fig.* 6. longum, compressum, obtuso apice terminatum, per maturitatem nigrum, quod intus, bene exprimente CAMERARIO l. c. septis transversis distinguitur, et in iis semina fouet subrotunda *fig.* 8. compressa, dura, nigricantia, inferius acuminata *fig* 9. non numquam albi coloris *fig.* 10. Crassities leguminis in transversum dissecto obseruanda *fig* 7, succos copiosos dulces continet. Miramur autem HEISTERVM in *Syst. l. c.* flores fructusque huius arboris in vno indiuiduo coniunctos vt plurimum crescere, adserere.

Anm. Die BLACKWELL hat von diesem ausländischen Baume einen Ast mit Blättern, nebst der Blume, Frucht und den Saamen abgebildet, es hat aber doch nöthig geschienen, einige Theile davon deutlicher zu machen in den Figuren 1. 3. 4. 5. 7. 9. Die Blätter, die aus Paarweise gesetzten Blättgen bestehen, hängen wächselsweise an dem Stengel an, jedes Blättgen davon ist länglicht-rund, am Rande ganz, und endiget sich in eine stumpfe Spitze. Die Blumen stehen in einer Aehre, und hangen an den Zwischenraumen der Blätter herunter fig. 1. Sie sind aber von zweyerley Art, und werden auch auf zwey Pflanzen gefunden. Einige haben nur Staubfäden, einige allein Griffel: alle haben keine Blumen-Blätter. Die mit Staubfäden versehene Blume fig. 2. enthält ausser dem fünffmal getheilten Kelch und den fünff langen Staubfäden, die mit grossen und dicken Staubspitzen versehen sind, weiter nichts. In der mit dem Staubwege versehenen Blume hingegen fig. 3. enthält der in fünff Einschnitte getheilte Kelch a, einen safftigen Ansatz zur Frucht, die einen dicken Griffel hat b, und, wenn der Kelch abgeschnitten worden, aus dem Grund hervorkömmt, auch wegen seiner dicken Spitze fig. 5, wenn sie reif worden, herunter hängt. Nach der vollbrachten Befruchtung wächset die Schote grösser fig. 6. wird lang, zusammen gedrückt, endiget sich in eine stumpfe Spitze, und wird, nachdem sie zu ihrer Reiffe gekommen, schwarz. Die inwendig quer durchgehenden Scheidewände, wie es der CAMERARIUS l. c. wohl ausdrücket, theilen dieselbe in Fächer, worinne rundliche fig. 8. zusammen gedrückte, harte, schwärzliche, nach unten zugespitzte fig. 9., bisweilen auch weisse Saamen fig. 10. enthalten sind. Die queer durchgeschnittene Schote fig. 7. zeiget uns die Dicke derselben, und ist mit vielem süssen Saffte erfüllet. Wir lesen aber nicht ohne Verwunderung, daß Herr HEJSTER in seinem Syst. l. c. zu behaupten suchet, es wüchsen die Blumen und Früchte dieses Baumes gemeiniglich beysammen.

TAB. 210. *Lat.* Arbor vitae *Germ.* Baum des Lebens. *Grac.* Κέδρος λυκία. *Angl.* The tree of life. *Jtal.* Cedro Lygio. *Gall.* Arbre de vie.

⊙ ✠

1. In Anglia raro ad proceritatem quandam deuenit, folia ad Cupressi folia multum accedunt, strobili dilute fusci sunt.

2. Sponte provenit in Canada.

3. Foliis calefaciendi uis tribuitur, et attenuandi humores. PARKINSONVS etiam adfirmat, illa saepe eam praestitisse opem, vt pulmones à viscida fuerint liberati pituita, praecipue si matutino tempore masticentur.

1. In Engelland bekommt er selten eine beträchtliche Größe, die Blätter sehen dem Kypressen Baum sehr ähnlich, seine Zapffen sind hell braun.

2. Sein Vaterland ist Canada.

3. Seine Blätter hält man für erwärmend und verdünnend. PARKINSON versichert, sie hätten schon offt gedienet, die Lungen von zähen Schleim zu befreyen, wenn man dieselben früh nüchtern gekauet.

4. NOM. GEN. Arbor vitae *Rai. Meth.* 138. *Hist. II.* 1408. Thya *Rupp.* 336. Thuia *Tourn.* 568. *Boerh. II.* 180. *Linn. Gen. no.* 882. *Roy.* 87. *Ludvv.* 876. *Wach.* 280. *Heist. Syst.* 17. *Hall. Gott.* 7.

5. NOM. SPEC. Cedrus Lycia *Lob. Hist.* 630. *Ic. II.* 224. Arbor vitae *Clus. Hist. I.* 36. *Dod.* 858. *Rai. Hist. II.* 1408. *Park.* 1369. *Tab.* 1357. *H. Eystett. Aest. Ord. Arb. et Frut. F.* 1. *f.* 1. *Weinm. t.* 166. *fig.* 6. Arbor vitae siue paradisiaca vulgo dicta odorata, ad Sabinam accedens *J. B. I. b.* 286. Thya *Ruell.* 142. Thuya *Caes.* 135. Thuya Theophrasti *C. B. pin.* 488. *Tourn.* 587. *Boerh. II.* 180. *Rupp.* 336. *Herm. Lugd. Bat.* 597. *Hall. Gott.* 7. Thuiae genus tertium, Arbor vitae gallis *Lugd.* 60. Thuia strobilis laeuibus, squamis obtusis *Linn. H. Cliff.* 449. *H. Ups.* 289. *Spec.* 1002. *Roy.* 87. *Wachend.* 280. *Gmel. Fl. Sibir. I.* 182.

Nota.

Nota. Fertiles in hac arbore sunt flores sterilesque, in diversis tamen vtrique locis constituuntur illi. Maiorem eius ramum *fig. I. et* 1. ex Blackvvelliano desumsimus exemplari, in quo foliorum ita congregatas series obseruamus, vt sese imbricum instar contegant. Ex ipsis autem ramis, eorumque summitatibus flores prorumpunt, et staminei quidem *fig.* 1. in amento continentur squamato, cui insunt flores, quatuor staminibus instructi. Pistillati vero, qui semina ferunt, in conum breuem itidem squamatum *fig.* 2. colliguntur. Dum ille, prout ex *fig. II.* a nobis addita videre est, evolui incipit, viridescentes, sibi incumbentes, acuminatas squamulas sistit, inter quas singulas duo flores, simplici stylo ornati, et semine vnico, in margine alato, instructi continentur. Post haec ad maturitatem deueniens conus obtusior fit *fig.* 3, squamae facilius a se inuicem recedunt, et semina decidunt.

Anm. Auf diesem Baume findet man fruchtbare und unfruchtbare Blumen, beide aber stehen an unterschiednen Orten. Der grössere Zweig fig I. und 1. ist aus dem Blackwellischen Muster genommen, auf welchem wir die Reihen der Blätter dergestalt zusammen gesetzt bemerken, daß sie einander, wie die Dachziegel bedecken. Aus den Zweigen aber und ihren Spitzen kommen die Blumen hervor, und zwar so, daß die mit Staubfäden versehene Blumen fig. 1. in einem schuppichten Kätzchen bey einander stehen, und jede vier Staubfäden enthält. Hingegen die mit Staubwegen versehenen Blumen, welche Saamen tragen, werden in einem kurzen, gleichfals schuppichten Zapffen fig. 2. zusammen gesetzt. Indem sich dieser, wie aus der von uns hinzugefügten II. Figur zu ersehen ist, zu entwickeln anfängt, so zeiget er grünliche, über einander liegende, und zugespitzte Schuppen, zwischen jeder derselben stehen zwey Blumen, die mit einem einfachen Griffel gezieret sind, und einen Saamen, der am Rande gleichsam geflügelt ist, in sich fassen. Wenn hierauf dieser Zapffen zu seiner Zeitigung gelangt, so wird er kolbigter fig. 3. die Schuppen gehen leichter von einander, und die Saamen fallen aus.

TAB. 211. *Lat.* Thymus. *Germ* Thymian, Römischer, oder Welscher Quendel. *Graec.* θύμος. *Angl.* Thyme. *Hisp.* Tomilho, Sallero. *Ital.* Timo. *Gall.* du Thym. *Belg.* Thymus.

1. Ad dimidii pedis altitudinem excrescit; folia profunde virent, flores pallide purpurascunt.

2. In Hispania sponte prouenit, apud nos floret Julio.

3. Thymus calefacere putatur et attenuare: Pulmonibus inhaerentem viscidam pituitam soluit, prodest in raucedine et asthmate. Adnumeratur herbis, quae capitis neruorumque medentur adfectionibus. In officinis destillatum inde oleum adservatur.

1. Dieses Kraut wächst einen halben Schuh hoch; die Blätter sind dunkel-grün, die Blumen bleich purpurfarbig.

2. In Spanien wächst es wild, hier blüht es im Julius.

3. Den Thymian hält man für erwärmend und verdünnend; Er befreyet die Lungen von zähen Schleim, und dienet in der Heischerkeit und kurzen Athem. Man rechnet ihn unter die Kräuter, welche wider die Haupt- und Nervenkrankheiten gewidmet sind. In den Apothecken hat man auch sein distillirtes Oel.

4. NOM. GEN. Thymus *Rai. Meth.* 60. *Hist. I.* 520. *Magn. Car.* 98. *Tourn.* 196. *Boerh. I.* 155. *Knauth. Meth.* 97. *Riv. mon. p.* 10. *Rupp.* 233. *Heuch.* 25. *Kram.* 52. *Linn. Gen. n.* 560. *Roy.* 328. *Ludvv.* 210. *Wach.* 142. *Mor. El.* 12. *Bergen.* 105. *Hall. Gott.* 341.

5. NOM. SPEC. Pepolina *Caes.* 466. Thymum *Ruell.* 510. *Cord. in Diosc.* 52. *b. Matth.* 530. *Camer.* 485. Thymus *Trag.* 43. *Lonic.* 150. *Riv. mon. t.* 41. *Kram.* 52. Thymum durius *Dod.* 276. *Ger.* 573. *Rai. Hist. I.* 521. *Parck.* 7. Thymum durius Plinii *Lob. Ic. I.* 425. Thymum vulgare durius *H. Oxon. III.* 401. *S. XI. t.* 18. *f.* 1. *Weinm. t.* 975. *fig. d.* Thymum vulgare seu durius Dodonaei *Lugd.* 901. Thymus niger *Tab.* 747. Thymus vulgaris *Clus. I.* 387. *Gesn. H.* 284. *a. Magn. Car.* 98. *H. Eyst. Aut. O.* 3. *F.* 1. *f.* 3. Thymum vulgare rigidius folio cinereo *I. B. III.* 263. *b.* Thymus vulgaris folio tenuiore *C. B. pin.* 219. *Tourn.* 196. *Boerh. I.* 155. *Herm. Lugd. Bat.* 592. *Mor. Hist.* 44. *Michel. H. Flor.* 94. Thymus erectus, foliis margine reflexis, ouatis, floribus verticillato-spicatis *Linn. H. Cliff.* 305. *H. Upf.* 160. *Mat. med.* 281. *Spec.* 591. *Roy.* 328. *Wach.* 142. *Hall. Gott.* 341.

Nota. Immutatam, et qualem BLACKWELLIA depinxit, plantam sistimus. Ex tenui fibrosa, quae tamen per annos durat, radice illa surgit et satis firmos cauliculos format, qui eam erectam seruare possint. Per interualla illi exornati deprehenduntur oppositis, ouatis, in fine acuminatis foliis; ex summorum foliorum alis pedunculi ramosi, floribus onusti, nec non ex summis ramis plures proueniunt. Hi irregularis formae, monopetali sunt *fig.* 2, ex tubo angustiore ampliantur, et in duo labia diuiduntur, quorum superius breue est, planum atque obtusum, inferius longius, in tres lacinias diuisum, quarum media maior est. Interiori eius superficiei adcrescunt stamina quatuor, longitudine disparia. Adhaeret autem haec corolla calici, qui etiam ex tubo procedens, superius diuiditur *fig.* 3 *a.* 5. in quinque acutos denticulos, sed ita positos, vt tres eorum in superiori, duo teneriores in inferiori loco haereant; ex hoc flore iam exemto stylus exit *b*, vnicus quidem, in summo vero loco diuisus. Calix porro complectitur semina quatuor, parua, et subrotunda *fig.* 4. In foliorum magnitudine non numquam discrepantia adnotatur, qua propter eadem est, ac nostra species, quam TOURNEFORTIUS l. c. vocat *Thymum folio latiore.*

Anm. Wir stellen diese Pflanze unverändert, und so, wie sie die BLACKWELL abgebildet hat, vor. Sie wächst aus einer zarten zaserigten, aber doch einige Jahre fortdaurenden Wurzel, und macht ziemlich starke Stengel, wodurch dieselbe aufrecht erhalten wird. Diese werden von länglichtrunden, am Ende zugespitzten und einander gegen überstehenden Blättern gezieret; aus den Zwischenräumen der obersten Blätter entstehen ästige Stiele, welche mit häuffigen Blumen versehen sind, ingleichen kommen auch aus den obersten Aesten viele Blumen. Diese bestehen aus einer ganzen, doch ungleichen Blumendecke fig. 2, welche aus einer engen Röhre nach oben zu erweitert, und in zwey Theile getheilet wird, wovon der oberste kurz, platt, und stumpff, der unterste aber länger und durch drey Einschnitte getheilet ist, davon der mittelste der gröste. An der inwendigen Seite wachsen vier ungleich-lange Staubfäden an. Diese Blumendecke aber hänget an dem Kelche, welcher gleichfals, nachdem er sich aus einer engen Röhre erhoben, nach oben zu fig. 3. a. in fünff spitzige Zähne getheilet wird, die aber also gesetzt sind, daß drey davon oben, zwey zärtere aber unten stehen. Aus der hier abgesonderten Blume kömmt der Griffel b, der zwar einfach, dennoch aber oben getheilet ist. Der Kelch faßt ferner vier kleine, und rundliche Saamen fig. 4. in sich. Die Grösse der Blätter ist bisweilen verschieden; daher gehöret auch die Art, welche der TOURNEFORT l. c. *Thymum folio latiore* nennet, mit zu unserer Pflanze.

TAB. 212. *Lat.* Paronychia, Ruta muraria, Saxifraga. *Germ.* Steinbrech mit Rautenblättern. *Graec.* ✠ Παρωνυχία. *Angl.* Rue leaved Whitlow Grass. *Ital.* Paronicchia.

1. Haec planta raro quatuor vel quinque digitos altitudine exsuperat. Folia ex viridi rufescunt, flores albi sunt.

2. In muris crescit, martio et aprili floret.

3. BOYLEVS tamquam specificum contra strumas hancce commendat plantam. JOAN. COLEBATCH Essay upon Acids and Alkalys exemplum refert puellae, in comitatu Worcester, quae abscessu glandularum laborans, ab huius plantae applicatione multum tulit opis.

1. Diese Pflanze wird selten über vier oder fünff Zoll hoch, die Blätter sind röthlich-grün, die Blumen weis.

2. Es wächst auf denen Mauern, und blühet im Merz und April.

3. Herr BOYLE rühmet diese Pflanze, als ein besonderes Mittel wider die Kröpffe. JOH. COLEBATCH in Essay upon Acids and Alkalys schreibet von einem Mägdlein in der Graffschaft Worcester, welche bey einem Geschwüre drüsigter Theile grosse Hülffe davon empfunden.

4. NOM. GEN. Saxifraga. conf. Tab. 56. et add. *Guett. II.* 102. *Dalib.* 127. *Morand. El.* 16. *Bergen* 140.

5. NOM. SPEC. Hendelkraut flore candido *Trag.* 401. 402. Paronychia altera *Dod.* 112. Paronychia altera rutaceo folio *Ger.* 624. *Lob. Hist.* 249. *Ic. I.* 469. *Lugd.* 1214. Paronychia altera rutaceo folio, foliis incisis *Park.* 556. Paronychia III. *Tab.* 1194. Sanicula aizoides, tridactylites murorum *Pluk. Alm.* 331. Tridactylites tectorum flore albo *J. B. III.* 754. Sedum tridactylites tectorum *C. B. pin.* 285. *Rai. Hist. II.* 1043. *Moris. H. Ox. III.* 479. *S. XII. t. 9. f.* 31. Saxifraga verna, annua, humilior *Rai. Syn.* 354. *Tourn.* 252. *Boerh. I.* 223. *Dill.* 50. *Vaill.* 176. *Rupp.* 123. *Kram.* 36. *Zannich.* 235. *ic.* 226. Saxifraga foliis omnibus trilobis, basi angustis, caule erecto *Linn. Fl. Lapp.* 173. *H. Cliff.* 168. *Roy.* 453. *Segu. Ver. I.* 448. *Morand. H.* 61. *Mich. H. Flor.* 85. *Bergen.* 140. Saxifraga foliis latius petiolatis trifidis, ad caulem palmatis *Hall.* 404. *Gott.* 137. Saxifraga foliis caulinis, cuneiformibus, trifidis, alternis, caule erecto, ramoso *Linn. Fl. Suec.* 353. *Spec.* 404. *Wach.* 79. *Guett. II.* 102. *Dalib.* 127. Saxifraga foliis inferioribus trifidis, superioribus integris *Boehm. Fl. Lips.* 372.

Nota. Ad imitationem exemplaris Blackvvelliani totam plantam immutatam exhibemus, ubi cum Ruta muraria (cui usus indicatus procul dubio adscribendus) male confunditur. Ex teneriori radice fibrosa cauliculos saepe ramosos producit, quibus folia alternatim et trifida adhaerent, a quibus autem superiora sic differunt, vt plerumque illa integra sint. Summo etiam trunco ramulisque flores insident *fig.* 1. pentapetali, ab anteriore facie *fig.* 2. visi, quorum characterem superius *Tab.* 56. distincte tradidimus. Nam et haec nostra cum illa in omnibus conuenit. Post florem sequitur fructus, in calice contentus *fig.* 3, cui insunt semina exigua, multa *fig.* 4. Foliis viscositatem, quae ex villis patulis, ex apice talem liquorem secernentibus, prouenit, adscribit LINN. *Fl. Suec. l. c.* quem etiam ex singularibus glandulis deducit GVETTARD *l. c.* nos tamen, prout foliorum diuisiones variant, ita totam glabram aliquando inuenimus.

Anm. Auf dieser Taffel stellen wir diese ganze Pflanze nach der Blackwellischen Abbildung unverändert vor, welche dasselbst mit der Mauerraute (welcher ohne Zweifel der angezeigte Nutzen zuzuschreiben) unrecht vermenget wird. Es treibet die selbe aus einer zarten und zaserigten Wurzel die Stengel hervor, welche öfters sich in Aeste theilen; An diesen Stengeln hangen die dreyfach getheilte Blätter wechselsweise an, von welchen sich aber die obersten also unterscheiden, daß sie mehrentheils ganz sind. An dem Gipffel der Stengel und Aeste sitzen fünffblätterigte Blumen fig. 1, und erscheinen von vornen fig. 2, deren Beschreibung wir schon oben Tab. 56. deutlich vorgetragen haben, indem diese mit jener völlig übereinkömmt. Nach der Blume folgt die in dem Kelche enthaltne Frucht fig. 3, welche viele kleine Saamen fig. 4. in sich fasset. Denen Blättern schreibet LINNAEUS in der Fl. Suec. l. c. eine Klebrichkeit zu, die aus den offenen Röhrgen, welche aus ihrer Spitze einen solchen klebrichten Safft absondern, herkömmt, welchen aber GUETTARD l. c. von besondern Drüsen herleitet. Wie wir aber bey den Einschnitten der Blätter eine Abweichung bemerket, so haben wir auch bisweilen die ganze Pflanze glatt gefunden.

TAB. 213. *Lat.* Olea sylvestris, Oleaster. *Germ.* Wilder Oelbaum. *Graec.* Ἀγριελαία. *Angl.* The wild Olive Tree. *Hisp.* Zebuche. *Ital.* Olivo salvatico. *Gall.* Olivier sauvage. *Belg.* Wilde Olyve Boom.
✝

1. Minoris staturae haec arbor est ac satiua. Folia gramineo virore sunt conspicua. Flores albicant, striis rubicundis intermixti. Fructus maturus nigrescit.

2. In Florentia copiose crescit, et aprili floret.

3. MATTHIOLVS foliis atque ligno adstringentem vim tribuit, nec non refrigerantem. DIOSCORIDES idem de oleo confirmat; quod nempe vehementer constringat, hinc folia fructusque in erysipelate laudat et contra serpiginosa commendat vlcera.

4. NOM. GEN. et SPEC. vid. Tab. 199.

Nota. De hac arbore, quae leuioribus momentis ab Olea satiua Tab. 199. discrepat, notamus, eam folia tantum paullo rigidiora habere et fructus minores producere, quas tamen conditiones solum et cultura emendat, vt supra dictum est. Blackvvelliana icon sine mutatione hic repetita conspicitur.

1. Dieser Baum ist kleiner, als der geheegte oder zahme Oelbaum, die Blätter sind gras-grün, die Blumen weis mit etwas röthliches vermischt, die Frucht wird schwarz, wenn sie reif ist.

2. Im Florentinischen findet man ihn in grosser Menge, und er blüht daselbst im April.

3. MATTHIOLUS lobet die Blätter und das Holz als zusammen ziehende und kühlende Mittel. DIOSCORIDES schreibet, das Oel ziehe gleichfals hefftig zusammen, und räth die Blätter und Früchte im Rotlauff und bey fressenden Geschwüren zu gebrauchen.

Anm. Von diesem Baume, welcher nur in einigen wenigen Stücken von der Olea satiua Tab. 199. unterschieden ist, müssen wir bemerken, daß er nur etwas steiffere Blätter habe, und kleinere Früchte trage: Diese Umstände aber hangen von der Verbesserung des Erdreichs und der Wartung ab, wie wir auch schon oben gezeiget haben. Die Blackwellische Abbildung haben wir hier ohne Veränderung wieder vorgestellet.

TAB. 214. *Lat.* Sabina. *Germ.* Sevenbaum, Siebenbaum, Segelbaum, Sadebaum. *Graec.* Βράθυς. *Angl.* The Savine tree. *Hisp.* Sabina. *Ital.* Savina. *Gall.* Sabine, Savinier. *Belg.* Savelboom.
⊙

1. In Anglia raro procera arbor fit, color foliorum herbidus, florum viridis, baccarum ex nigro purpureus est.

2. Penes

1. In Engelland wird er selten hoch; seine Blätter sind gras-grün, die Blumen grün, die Beeren schwärzlich-purperfarb.

2. Man

2. Penes nos in hortis colitur, sed raro fructus maturat, vt a non nullis sterilis dicta fuerit.

2. Man sieht ihn bey uns in Gärten, wo er selten Frucht bringt; Daher haben ihn einige für unfruchtbar gehalten.

3. Sabina exaestuare humores et exsiccare dicitur, attenuat, valde menses promouet, et partum accelerat. Laudatur contra vermes infantum, quos abigere creditur: hinc RAIUS succum eiusdem, cum lacte et sacchario mistum, in eo casu exhibendum esse suadet. Idem succus cum axungia porcina, tanquam cataplasma, in tinea capitis adhibetur. Ex hac arbore in officinis prostat oleum infusum, coctum et destillatum.

3. Der Sevenbaum wird für hitzig und trocken gehalten, er öffnet, verdünnet, und treibet die monatliche Reinigung und die Geburt sehr hefftig. Man hält es für dienlich die Würmer bey den Kindern zu vertreiben: Daher auch RAJUS desselben Safft, mit Milch, und Zucker vermischt, in diesem Falle zu geben anräth. Der Safft wird auch mit Schweinschmer zum Ueberschlage im Grind und bösen Köpffen der Kinder gebraucht. Man hat in den Apothecken ein infundirtes, ein gekochtes, ingleichen auch ein destillirtes Oel von diesem Baume.

4. NOM. GEN. Sabina *Rai. Meth.* 198. *Syn.* 444. *Hist. II.* 1415. *Rupp.* 336. *Kram.* 147. *Boerh. II.* 207. *Heist. Syst.* 11. Juniperus *Linn Gen. no* 917. *Roy.* 89. *Ludvv.* 919. *Wach.* 295. *Hall. Gott.* 7.

5. NOM. SPEC. Brathys siue Sabina herba *Ruell.* 132. Savina *Tab.* 1355. Sabina *Dod.* 854. *Trag.* 1071. *Cord. in Diosc.* 71. *Caes.* 136. *Dorst.* 255. *b. Lonic.* 39. *a. Lob. hist.* 625. *Jc. II.* 219. *Ger.* 1376. *Cam. Epit.* 55. Sabina vulgaris *Park* 1027. *Rai. Hist. II.* 1415. Sabina mas et femina *Boerh. II* 207. *Rupp.* 336. Sabina sterilis *J. B. I.* 288. et baccifera *Matth.* 120. *J. B. I. b.* 238. Sabina folio tamarisci Dioscoridis *C. B. pin.* 487. *Herm. Lugd. Bat.* 531. *Mich. H. Flor.* 83. et Sabina folio cupressi *C. B. pin.* 487. *Boeh. II.* 207. *Herm. Lugd. Bat.* 531. *Manet. Vir.* 78. *Weinm. t.* 876. *fig. a.* Sabina tamarisco similis et cupresso similis *Lugd.* 182. Sabina foliis squamosis *Kram.* 147. Juniperus foliis inferne adnatis; oppositionibus concatenatis, mas et femina *Linn H. Cliff.* 464. *H. Vps.* 299. *Mat. med.* 467. *Roy.* 90. *Wach.* 295. *Gmel. I.* 183. *Hall. Gott.* 7. Juniperus foliis oppositis, erectis, decurrentibus, oppositionibus pyxidatis *Linn. Spec.* 1039.

Nota. BLACKWELLIA fructiferum tantum huius plantae exemplar proposuit, cuius tamen duo indiuidua demum integram faciunt, quae producendis nouis fructibus sufficiat. Exinde in additis synonymis marem et feminam coniunximus, simul tamen notamus, partes florum ab iis Juniperi TAB. 186. descriptis parum discrepare. Folia tantum longe breuiora sunt, et imbricata magis, ac iuniperi, fructus porro exterius tuberculatus et verrucosus *fig.* 1., in quo delitescunt semina duo *fig.* 2. vel tria. Sistit autem ille baccam. Quae momenta, quibus non nulli singularem, qui ex planta spirat, odorem addunt, recte notantibus botanicis, ad noui generis efformationem haudquaquam sufficiunt.

Anm. Die BLACKWELL hat nur die fruchttragende Art von dieser Pflanze abgebildet, da doch zwoen derselben endlich die ganze Pflanze ausmachen, welche alle beyde um neue Früchte hervor zu bringen erfordert werden. Deßwegen haben wir auch in den hinzugefügten Beywörtern die männliche und weibliche zusammen gefüget, zugleich aber merken wir, daß die Theile der Blume von der Blume des Wacholderbaums, der auf der 186. Tafel beschrieben worden, wenig unterschieden sind. Nur die Blätter sind viel kürzer, und wie die Ziegel übereinander geleget, doch dichter, als in dem Wacholderbaum; die Frucht ist ferner äußerlich ungleich, und gleichsam mit Warzen besetzt fig. 1, in welcher zwey fig. 2. auch drey Saamen verborgen liegen. Es stellet aber dieselbe eine Beere vor. Diese Umstände, denen noch einige den besondern Geruch, den diese Pflanze von sich giebet, beyfügen, sind keineswegs hinlänglich, wie auch die Kräuterkenner wohl angemerket, ein neues Geschlecht zu bestimmen.

TAB. 215. *Lat.* Polypodium quercinum. *Germ.* Engelsüß, Roßfarn, Süßwurzel. *Graec.* Πολυπόδιον. *Angl.* Wallfern or Polypody of the Oak. *Hisp.* Polipodio, Filipodio. *Gall.* Du Polypode. *Belg.* Boom-Vaaren, Eicken-Vaaren.

1. Haec planta circiter ad octo vel decem digitos adscendit, inferiori foliorum superficiei insident flores, qui ex rubicundo fusco colore insigniuntur.

1. Diese Pflanze wächst ohngefähr acht bis zehen Zoll hoch, auf der hintern Fläche der Blätter wachsen die Blumen, welche eine röthlich braune Farbe haben.

2. In macerie et cariosis arboribus crescit, autumno florens.

2. Sie wächst aus altem Mauerwerk und Bäumen, und blühet im Herbste.

3. Radici aperiendi et biliosos humores euacuandi virtus tribuitur, eiusque usus est in hepatis obstructionibus, nec non in ictero, hydrope et urinae excretione iuuanda. Nonnulli eam, tamquam antiscorbuticum medicamentum, decoctis demulcentibus copiose admiscent.

3. Die Wurzel soll eröffnen, und gallichte Feuchtigkeiten ausführen; man bedient sich ihrer in Verstopffungen der Leber, in der Gelb- und Wassersucht, wie auch den Urin zu befördern. Einige nehmen dieselbe häuffig, als ein Mittel wider den Scharbock unter die Blut-versüssenden Tränke.

4. NOM. GEN. Polypodium *Rai. Meth.* 12. *Syn.* 117. *Hist. I.* 136. *Magn. Car.* 40. *Tourn.* 540. *Rupp.* 346. *Knaut. Hal.* 167. *Heuch.* 54. *Dill.* 55. *Boerh. I.* 24. *Vaill.* 163. *Kram.* 89. *Linn. Gen. n.* 945. *Roy.* 499. *Hall.* 137. *Ludvv.* 944. *Wach.* 350. *Segu. Ver. I.* 72. *Guett. I.* 68. *Bergen.* 335. *Mor. El.* 3. *Heist. Syst.* 13.

5. NOM. SPEC. Polypodium *Caes.* 593. *Brunf. III.* 110. *Trag.* 539. *Fuchs.* 588. *Cord. Hist.* 171. *a. Dorst.* 230. *a. Lonic.* 251. *a. Gesner. Hort.* 273. *b. Ruell.* 662. *Matth.* 887. *Ger.* 1132. *Rai. Hist. I.* 137. *Syn.* 117. *Dill.* 55. *J. B. III b.* 738. *Weinm t.* 825. *fig. b.* Filicula seu Polypodium *Cam. Epit.* 993. Polypodium Filicula, Herba radiola Apuleii *Lob. Hist.* 475. *Jc. I.* 814. Polypodium primum *Tab.* 1188. *Lugd.* 1229. Polypodium maius *Dod.* 464. Polypodium vulgare *C. B. pin.* 359. *Tourn.* 540. *Magn. Car.* 46. *Rupp.* 346. *Knauth. Hal* 167. *Boerh. I.* 24. *Vaill.* 163. *Moris. H. Ox. III.* 562. *S. XIV. t.* 2. *f.* 1. *Herm. Lugd. Bat.* 503. *Park.* 1039. *Plum. Fil. XXVII. t. A. f.* 2. *Segu Ver. I.* 72. *Mor. Hist.* 5. *Mich. H. Flor.* 75. Polypodium pinnatum, pinnis lanceolatis, integris *Linn. Fl. Lapp.* 380. *Hall.* 137. *Gott.* 3. *Boehm. Fl. Lips.* 717. *Bergen.* 335. Polypodium fronde pinnata, foliolis lanceolatis, integris, serrulatis, alternis, connato-sessilibus *Linn. H. Cliff.* 475. *Fl. Suec.* 845. *Mat. med.* 485. *Roy.* 499. *Wach.* 350. *Guett. I.* 68. *Dalib.* 311. Polypodium frondibus pinnatifidis, pinnis oblongis, subserratis, obtusis, radice squamata *Linn. Spec.* 1085.

Nota. Cum haec planta, cui praeter Blackvvellianum exemplar *fig.* 2. 3. addidimus, singularis generis sit, flores scilicet minus manifestos gerat, et hinc ad nuptias absconditas celebrantes seu cryptogamias a LINNAEO fuerit relata, omnes eius partes accurate quidem proponere nequiuimus, eas tamen, quae videri possunt, exhibuimus. Ex transuersa scilicet radice crassa, quae fibras spargit, folia, quae frondes vocat LINNAEUS, sensim euoluuntur, pinnatim diuisa, quae autem pinnae ad medium neruum siue costam non pertingunt. Auersae foliorum superficiei adsident tubercula, quae ad nerui longitudinem in una linea posita sunt et per maturitatem exsiccata dissiliunt, ut addita a nobis *fig.* 1. demonstrat, et minora semina *fig* 2. profundunt. Qui in his plantis disquirendis subtiliter versatus est GLEDITSCHIVS, notante BOEHMERO *Fl. Lips. l. c.* haec obseruauit: Fructificationes nimirum plures in unum conspicuum punctum colligi, et pedunculum communem capillarem constituere, in ramos autem iterum diuisum, exteriori inuolucro non tectum. Quaecunque fructificatio, sigillatim considerata, suo instruitur pedunculo et capitulo sphaerico, quod capsulam unilocularem efficit, et unicum semen rotundum seruat.

Anm. Da diese Pflanze, der wir ausser der Blackwellischen Zeichnung annoch fig. 2. 3. hinzugefügt, von einem ganz besondern Geschlechte ist, weil sie nämlich noch nicht gnug entdeckete Blumen träget, und daher zu denen sich heimlich befruchtenden oder sogenannten cryptogamiis von dem LINNAEUS gezählet wird, so haben wir zwar alle ihre Theile nicht genau vorstellen können, dennoch aber haben wir dieienigen, welche entdecket werden können, hier abgebildet. Es entwickeln sich nach und nach aus einer dicken und quer fort lauffenden Wurzel, die an den Seiten viele Zäserchen hat, die Paarweise getheilten Blätter, welche LINNAEUS Frondes nennt; diese Paarweise gesetzten Ausschnitte aber gehen nicht bis an die Mitten durchstreichende Rippe. Auf der untersten Seite der Blätter stehen kleine Erhebungen, welche nach der Länge ihrer Rippen in einer Linie gestellt sind; Sie werden, wenn sie zu ihrer Vollkommenheit gelangt sind, trocken, sie springen von einander, wie die von uns hinzugefügte fig. 1. zeiget, und streuen kleine Saamen fig. 2. aus. Herr GLEDITSCH, welcher, wie es Herr BOEHMER in Fl. Lipf. l. c. angemerket, in der genauen Untersuchung dieser Pflanzen sehr viele Mühe sich gegeben, hat folgendes davon bemerket: Es wird nämlich mehr als eine Frucht in einen besondern Punkt zusammen gesetzt, und machen einen gemeinschafftlichen dünnen Stengel aus, der aber wieder in kleinere Aestgen zertheilet, und mit einer äusserlichen Decke nicht umhüllet wird. Jede Frucht, wenn man sie besonders betrachtet, hat ihren eignen Stiel, auf welchem ein rundes Knöpffgen sitzet, welches ein einfächeriges Behältniß, so einen einzigen runden Saamen enthält, ausmachet.

TAB. 216. *Lat.* Asplenium, Ceterach, Scolopendria, Scolopendrium verum. *Germ.* Milzkraut. *Graec.* Ἀσπλήνιον, Ἀσπλήνιον, *Angl.* Spleen-wort, Ceterach, Miltwast. *Hisp.* Doradilha. *Ital.* Aspleno. *Gall.* Scolopendre, Cetrach. *Belg.* Oprecht Scolopendrium, Miltkruyt, Cetrach.

1. Quatuor circiter digitos alta euadit, foliaque producit, quorum superior superficies profunde viridis est, inferior rufescit, quae conditio a seminibus dependet illi inhaerentibus.

2. Muris et aedificiis antiquioribus inhaeret.

3. Haec ad quinque illas plantas pertinet, quae capillares in officinis vocantur, et splenetica dicitur ob singularem utilitatem, quam in percurandis lienis morbis praestat; fertur enim intumescentias eius et auctam imminuere magnitudinem. Aperit porro hepatis obstructiones, conuenit ictero et morbo infantum rhachitico, quem *the Rickets* vocant.

1. Es wächst ohngefähr vier Zoll hoch, und hat Blätter, welche an der obern Seite dunkel-grün, an der Rückseite aber bräunlicht sind; dieses aber kommt von dem Saamen her, welcher darauf befindlich ist.

2. Man findet es auf alten Mauren und Gebäuden.

3. Dieses ist eines von den fünff Kräutern, welche capillares in den Apotheken genennt werden, und hat seinen Namen Milzkraut von dem guten Nutzen, welchen es in Heilung der Milzkrankheiten erweiset, indem es desselben Aufschwellen und unmäßige Grösse verhindern soll. Es öffnet gleichfalls die Verstopffungen der Leber, dienet in der Gelbsucht, und der sogenannten Englischen Krankheit (the Rickets) der Kinder.

4. NOM. GEN. Asplenium *Rai. meth.* 18. *Hist. I.* 139. *Syn.* 118. *Tourn.* 544. *Magn. Car.* 39. *Rupp.* 347. *Heuch. Nov. prov.* 1713. *p.* 88. *Kram.* 89. *Boerh. l.* 25. *Vaill.* 17. *Linn. Gen. no.* 943. *Roy.* 498. *Hall.* 134. *Ludvv. n.* 943. *Wach.* 551. *Segu. I.* 74. *Guett. l.* 66. *Dalib.* 310. *Heist. Syst.* 13. *Mor. El.* 3. *Bergen.* 334.

5. NOM. SPEC. Scolopendria vera *Trag.* 551. *Tab.* 1191. Scolopendrium verum *Lonic.* 232. *a.* Scolopendrion f. Asplenon *Cord. Hist.* 171. *b.* Cetrach vulgo *Caes.* 595. Ceterach officinarum *C. B. pin.* 354. *Herm. Lugd. Bat.* 136. *Weinm. t.* 360. *fig. d.* Ceterach officinarum vulgare f. Asplenium Matthioli *Barrell. Jc.* 1051. Asplenus Ceterach vulgo *Gesn. Hort.* 245. Asplenum *Ruell.* 566. *Matth.* 646. *Cam. Epit.* 640. *Lugd.* 1215. Asplenium *Dod.* 468. *Lob. Hist.* 470. *Jc. I.* 807. Asplenium vulgare *Barr Jc.* 1043. Asplenium f. Ceterach. *Rai. Hist. I.* 139. *Syn.* 118. *Tourn.* 544. *Magn. Car.* 39. *Boerh. I.* 25. *Vaill.* 17. *J. B. III. b.* 741. *Ger.* 1140. *Park.* 1046. *H. Oxon. III.* 561. *S. XIV. t.* 2. *f.* 5. *Rupp.* 347. *Plum. Fil. XXXIII. t. B. f.* 3. *Kram.* 89. *Segu. Ver. I.* 74. *Mor. Hist.* 5. *Mich. H. Flor.* 11. Asplenium fronde pinnatifida, laciniis alternis, adnatis *Linn. H. Cliff.* 474. *Mat. med.* 482. *Roy* 498. *Hall.* 135. *Wach.* 352. *Guett. l.* 67. *Dalib.* 310. *Bergen.* 334. Asplenium frondibus pinnatifidis, lobis alternis confluentibus *Linn. Spec.* 1080.

Nota. Totam plantam cum tenera eius radice foliisque expressit Blackvvellianum exemplar. Haec, ut praecedens, in auersa superficie folii fructificationes positas, in glomerul s collectas, habet, ex qua massa puluerulenta dispellitur, quam semina sistere nunc per obseruationes botanicorum constat. Et ante notatus GLEDITSCHIVS, cuius sibi communicatas obseruationes BOEHMERVS Fl. Lips. l. c. refert, docet, partes fructificationis inuolucro uniuersali destitui, singulari petiolo inhaerere crasso, acuminato et inenruato, per maturitatem detegi capsulam unilocularem et uniualuem, acutam et rostro donatam, quae unicum foueat semen. Sic autem emendantur, quae HEVCHERVS l. c. aliique de sphaerica capsula, annulo elastico munita, scribunt, ex qua minutissima semina dissipantur. Ante euolutionem enim

Anm. Das Blackwellische Muster stellet die gänze Pflanze mit ihren zarten Wurzeln und Blättern vor. Diese hat, wie die vorhergehende, auf der untersten Seite der Blätter ihre Fruchttheile sitzen, die in kleine Kügelchen gleichsam zusammen gesammlet sind, aus welchen ein Staubförmiges Wesen ausgestossen wird; dieses aber machet den Saamen aus, wie die Bemerkungen der Kräuterkenner zeigen. Oben angeführter GLEDITSCH, wie BOEHMER Fl. Lipf. l. c. aus den ihm von demselben mitgetheilten Wahrnehmungen erzählet, lehret, daß die Fruchttheile keine allgemeine Decke haben, jeder Fruchttheil aber hange an einem dicken zugespitzten und gekrümmten Stiele; wenn diese zur Reife gelanget ist, so finde man eine einfächerigte, aus einer einzigen Schale bestehende spitzige und mit einem Schnabel versehene Kapsel, welche auch nur einen Saamen

enim omnia sub integra adhuc cuticula, folia obducente, haerent.

Saamen in sich fasse. Hieraus kan man also erkennen was HEUCHER l. c und andere mehr von einer runden Kapsel schreiben, welche mit einem elastischen Ringe besetzt sey und aus welcher sich die zartesten Sämgen ausstreueten. Denn vor der Entwickelung liegen alle diese Theile unter dem noch unversehrten Häutchen, welches die Blätter überziehet, verborgen.

TAB. 217. *Lat.* Equisetum, Cauda equina, Herba equina. *Germ.* Roßschwanz, Pferdeschwanz, Schafftenheu, Zinnkraut, Kannenkraut, Kandelkraut. *Graec.* Ἱππȣ̃ρις. *Angl.* Horsetail. *Hisp.* Coda de Mula. *Ital.* Coda di Cavallo. *Gall.* Queve de Cheval; Queve de chat; Prele. *Belg.* Peert - steert.

1. Caules seminiferi septem vel octo pollices altitudine consequuntur; illi vero; quibus folia tantum adhaerent, ad duos pedes usque adscendunt: folia herbidi coloris sunt; flores vero fusci.

1. Die Stengel, welche den Saamen tragen, wachsen sieben bis acht Zoll hoch; diejenigen aber, welche Blätter haben, steigen bis zwey Fuß in die Höhe: die Blätter sind schön grün, die Blumen braun.

2. In stagnis et paludosis locis crescit, martio mense florens.

2. Es wächset in Teichen und morastigen Gründen, und blühet im März.

3. Refertur ad remedia exsiccantia, adstringentiaque; conducit in vulneribus aeque ac aliis haemorrhagiis corporis sistendis. Eius porro usus est in nimio menstruorum feminarum et albo fluxu, in abscessibus et ulceribus renum et vesicae, et in variis herniarum et diruptionum partium generibus.

3. Man rechnet es unter die trocknende, zusammen ziehende, und anhaltende Mittel; es dienet sowohl in Wunden, als andern Verblutungen des Körpers zur Stillung. Man brauchet es auch in allzu starken monatlichen und dem weissen Flusse der Frauen, bey Geschwüren der Nieren und Blase, und in allen Arten der Brüche oder Zersprengungen.

4. NOM. GEN. Equisetum *Rai. Meth.* 20. *Syn.* 130. *Hist. I.* 127. *Magn. Car.* 58. *Tourn.* 532. *Rupp.* 348. *Kram.* 108. *Boerh. II.* 106. *Vaill.* 48. *Linn. Gen. no.* 937. *Roy.* 496. *Hall.* 142. *Ludvv.* 953. *Wach.* 347. *Segu. Ver. I.* 104. *Dalib.* 307. *Mor. El.* 30. *Bergen.* 338. *Heist. Syst.* 13.

5. NOM. SPEC. Hippuris minor *Trag.* 694. Hippuris minor cum flore *Dod.* 73. Hippuris aruensis seu sagittalis maior *Tab.* 568. Minor fontalis hippuris *Lob. Adv.* 355. Equisetum alterum *Matth.* 775. *Lob. Jc. I.* 795. *Lugd.* 1070. Equisetum minus terrestre *J. B. III.* 723.*b.* Equisetum minus *Fuchs.* 323. *Lonic.* 212.*a.* Equisetum aruense *Linn. Fl. Lapp.* 390. *H. Cliff.* 471. Equisetum aruense longioribus setis *C. B. pin.* 16. *Theatr.* 247. *Rai Hist. I.* 128. *Park.* 1202. *Tourn.* 533. *H. Oxon. III.* 621. *Herm.* 233. Equisetum caulibus floriferis a foliosis diuersis *Hall.* 144. *Boehm. Fl. Lips.* 730. Equisetum scapo fructificante nudo, caule sterili, ramis compositis *Linn. Fl. Suec.* 833. *Mat. med.* 479. *Dalib.* 308. Equisetum setis simplicibus; internodio multoties longioribus *Roy.* 496. Equisetum setis quadrangularibus, internodio longioribus, caulibus reptantibus *Guett. I.* 201. Equisetum scapo fructificante nudo; sterili frondoso *Linn. Spec.* 1061.

Nota. Duo sunt, quae in hac tabula occurrunt; scapus cum flore et folium separatim. *Fig. I. II.* 1. 2. 9. ex Blackvvelliano exemplari hic repetuntur; reliquae secundum naturae ductum a nobis adiunctae fuerunt. De iis autem prius, quam dicamus, monendum esse arbitramur, scapum atque folium non ex una eademque planta desumtas esse partes. Et id quidem animaduersione HALLERI l. c. confirmatum esse laetamur; reliquos tamen consulentes auctores, inuenimus; saepe confusionem in veris distinguendis huius plantae speciebus fuisse enatam, nec denegamus, ea, quae adposuimus, nomina omni prorsus dubitatione non destitui. Adduximus autem nomina quae ad scapum eiusque plantam pertinere videntur. Nam illa, cuius folia hic proponuntur, longitudine foliorum facile ab aliis sese distinguit, eamdem vero exprimunt sequentes diuersorum auctorum denominationes:

Anm. Auf dieser Tafel findet man zwey Stücke, den Stengel mit der Blume und die Blätter besonders. Fig. I. II. 1. 2. 9. werden nach der Blackwellischen Abbildung vorgestellet, die übrigen sind nach dem Muster der Natur verfertiget; und von uns hinzugefüget worden. Ehe wir aber hievon handeln, scheinet es nöthig zu erinnern, daß der Stengel und die Blätter nicht aus einerley Pflanze genommen worden. Dieses bekräfftiget auch zu unserm Vergnügen die Anmerkung Herrn HALLERS l. c. Da wir aber auch die andern Schrifftsteller hiebey zu Rathe gezogen, so finden wir, daß öffters eine grosse Unordnung bey den wahren Bestimmungen der Arten von dieser Pflanze herrsche, und bekennen, daß die von uns hinzugefügten Namen nicht von allem Zweiffel befreyet sind. Wir haben aber die Namen, die zum Stengel und dessen Pflanze zu gehören scheinen, angeführet; Denn diejenige Pflanze, wovon die Blätter hier abgebildet werden, läßt sich leicht von andern wegen der Länge der Blätter unterscheiden: Folgende Benennungen aber verschiedener Schrifftsteller bestimmen sie also:

Hippuris maior seu Equisetum maius *Dod.* 73. Hippuris Caucon Plinii Anguillarae *Lob. Jc. II.* 793. Equisetum I. *Matth.* 725. *Cam. Epit.* 770. *Caes.* 598. *Ruell.* 599. *Lugd.* 1099. *Cord. in Diosc.* 65. *a. II. Tab.* 568. Equisetum maius *Rai. Hist. I.* 128. *Syn.* 130. *Ger.* 1113. Equisetum maius aquaticum *J. B. III.* 723. *b.* Equisetum maius palustre *Park.* 1200. Equisetum fluuiatile *Linn. Fl. Lapp.* 393. Equisetum palustre longioribus setis *C. B. pin.* 15. *Tourn.* 533. *Boerh. II.* 106. *Vaill.* 48. *Rupp.* 348. *Kram.* 108. *Dill. Giss.* 50. *Segu. Ver. I.* 104. *Bergen.* 338. *Morand. H.* 128. Equisetum caule non sulcato, latissimo, verticillis densissimis *Hall.* 144. *Linn. Fl. Suec.* 836. *Wach.* 347. *Boehm. Fl. Lips.* 727. *Dalib.* 307. Equisetum caule striato, frondibus subsimplicibus *Linn. Spec.* 1062.

In *Fig. II.* itaque et addita *Fig. III.* radicem obseruamus fibrosam, ex qua etiam plerumque fibrae verticillatim exeunt; quae deinde caulem protrudunt, per interualla membranis siccis ornatum. In summitate eiusdem capitula seu spica florum procedit, quae ab initio admodum compacta est *fig.* 1, sensim aucto incremento laxior fit *fig.* 2, et scuta distincta ostendit *fig.* 3. Quae scuta mediae spongiosae substantiae seu axi adhaerent, vt in spica dissecta *fig.* 4. videre est. Quodlibet scutum suum habet pediculum, superius autem sexangularis figurae est *fig.* 5, quae figura compactiori et firmiori cohaesioni fauet. Ab anteriori loco *fig.* 5. 6, a

latere

Die Fig. II. aber und beygefügte Fig III. zeigen eine zaserigte Wurzel, aus welcher auch mehrentheils die Zäserchen rund um den Stengel, als aus einem Ringe, entstehen. Diese treiben hernach den Stengel hervor, der in entfernten Zwischenräumen mit einer trocknen Haut umgeben ist. An der Spitze desselben entstehen Knöpffgen oder die Blumenähre, welche anfänglich sehr zusammen gepreßt ist fig. 1, wenn aber das Wachsthum der Pflanze nach und nach zunimmt, so wird selbige weitläufftiger fig. 2. und zeiget die besondern Schildchen fig. 3. Diese Schildchen hängen an dem mitlern schwammigten Wesen oder der Achse an, wie aus der zerschnittenen Aehre

fig. 4.

latere *fig* 7. conſpicitur capſula ſeminalis, quae cylindraceae figurae eſt, et elaſtica, hinc matura facta, vno impetu diſpellit puluerem *fig.* 9, qui ſemina ſiſtit minuta. villoſa.

fig. 4. zu erſehen iſt. Jedes Schildchen hat ſeinen beſondern Stiel, oben aber macht es eine ſechseckichte Figur fig. 5. Dieſe Figur aber iſt ſehr geſchickt, einen dichtern und feſtern Zuſammenhang zu machen. Die Saamenkapſel ſtellet von vornen fig. 5. 6, von der Seite fig. 7. vor; dieſe Kapſel iſt wälzenförmig, und ſehr elaſtiſch: daher ſie auch, wenn ſie zur Reiffe gekommen, auf einmal zerſpringet, und einen Staub fig. 9, welcher kleine rauche Saamen vorſtellet, ausſtreuet.

TAB. 218. *Lat.* Cochlearia Britannica marina. *Germ.* Engliſches Seelöffelkraut, Seeſcharbockskraut. *Angl.* Sea Scurvy Graſſ. *Gall.* Herbe aux cueillieres. *Belg.* Lepelbladt, Lepelkruydt.

1. Ad octo digitos altitudine adſurgit, folia habet dilute viridia et flores albos.

1. Es wächſet bis acht Zoll hoch, hat hell-grüne Blätter und weiſſe Blumen.

2. Haec cochlearia copioſe ad ripas Thameſis prope Woolwich creſcit, martio atque aprili florens.

2. Dieſes Löffelkraut wächſet in groſſer Menge an dem Ufer der Themſe unter Woolwich, und blühet im März und April.

3. Haec cum cochlearia hortenſi tamquam remedium antiſcorbuticum copioſe uſurpatur, ſed ſubtilibus volatilibusque deſtituta partibus, effectus, ac illa, non edit, ob maiorem autem ſalis capiam admixtam in promouenda urina opem ferre poteſt.

3. Dieſe Pflanze wird nebſt dem Gartenlöffelkraute häuffig unter die Hülffs-Mittel wider den Scharbock genommen, da ihm aber die feinen flüchtigen Theile fehlen, ſo ſcheinet es nicht ſo ſehr dazu dienlich; hingegen wegen des mehreren Salzes kan man es mit guten Nutzen zum Treiben des Urins gebrauchen.

TAB. 226. *Lat.* Primula veris, Flos paralyseos. *Germ.* Schlüßelblumen, Himmelsschlüßel. *Graec.* Φλομίς. ⊙ *Angl.* The Covvslip, Pagil. *Hisp.* Primerose. *Ital.* Fiore di Primavera, Brancha di Cuculo. *Gall.* Primevere, Brayes de Cocu, Bavillon. *Belg.* Welrieckende Sleutelbloemen.

1. Caulis ad digitorum sex altitudinem circiter adsurgit, folia superius dilute virent, inferius albescunt, flores colore luteo insigniuntur.

2. Crescit in pratis humidis locis paludosis, menseque aprili floret.

3. Flores virtutem habent cardiacam, neruos roborant, vsurpantur in epilepsia, paralysi, apoplexia et capitis doloribus, laudantur tamquam anodynum et sedatiuum remedium, et ea propter sub theae forma adhibentur. Folia admiscentur vnguentis calefacientibus roborantibusque. In officinis pharmaceuticis de hac planta exstat aqua simplex, syrupus et conserua.

1. Die Höhe des Stengels ist ohngefehr sechs Zoll, die Blätter sind oberhalb grasgrün, und unterhalb weislich, die Blumen gelb.

2. Sie wachsen auf sumpfigen Wiesen und Morästen, und blühen im April.

3. Die Blumen sind Herzstärkend, und denen Nerven dienlich, man braucht sie in der fallenden Sucht, den Lähmungen, Schlagflüßen und Kopffschmerzen; einige rühmen sie als beruhigend und Schlaffbringend, zu welchem Ende sie solche als Thee gebrauchen. Die Blätter brauchet man zu erwärmend- und stärkenden Salben. In den Apothecken hat man die Aquam simpl. davon, ingleichen einen Syrupum und Conseruam.

4. NOM. *Gen.* conf. TAB. 52. et adde: Primula *Wach.* 29. *Segu. Ver. I.* 251. *Heist. syst.* 8. *Dalib.* 62. *Guett. II.* 307. Primula veris *Magn. Car.* 222. *Rupp.* 17. *Knauth. Meth.* 42. *Hal.* 56. *Bergen. Fl. Francf.* 74. *Morand. El.* 15.

5. NOM. SPEC: Phlomis *Ruell.* 627. Alisma pratorum *Col. Pbytob.* 21. Herba paralysis *Brunf. I.* 97. *Dorst.* 146 Herba paralysis altera *Caes.* 261. Herba paralysis vulgaris *Trag.* 200. Arthritica alba magis odorata *Gesn. Hort.* 248. Verbasculum odoratum *Fuchs* 850. Verbasculum pratense odoratum *C. B. pin.* 241. *H. Oxon. II.* 554. *S. V. t.* 24. *f.* 1. Primula veris *Tab.* 699. *Mattb.* 801. *Cam. Epit.* 883. *Lonic.* 171. *a.* Primula veris prior Matthioli *Lugd.* 834 Primula veris maior *Ger.* 780. *Rai. Hist. II.* 1081. *Syn.* 284. Primula veris maior flore eleganter luteo *Dod.* 146. Primula veris pratensis *Lob. Hist.* 305. *Jc. I.* 567. *Weinm. t.* 831. *fig. b.* Primula veris, flauo flore, elatior *Clus. I.* 301. Primula veris odorata, flore luteo simplici *J. B. III.* 495. *Magn. Car.* 222. *Tourn.* 124. *Vaill.* 164. *Dill. Giss.* 44. *Segu. Ver. I.* 203. *Bergen. Fl. Francf.* 74. Primula veris flore luteo *H. Eystett. Hyb. Ord. F.* 4. *f.* 5. Primula veris vmbellata, odorata, pratensis *Boerb I.* 199. Primula veris floribus luteis odoratis *Rupp.* 17. Primula foliis rugosis, hirsutis, spica inclinata, flore flauo, maiori, odoro *Hall.* 483. *Gott.* 202. *Boehmer. Fl. Lips.* 38. Primula foliis denticulatis, rugosis *Linn. H. Cliff.* 51. *Fl. Suec.* 142. *Roy.* 415. *Dalib.* 62. *Guett. II.* 307. Primula limbo corollarum concauo *Linn. Mat. med.* 64. *Wachend.* 29. *Nota.*

Nota. Huius plantae, cuius icones *Fig. I.* 1. 3. 6. 8. 17. Blackvvellianas tantum retinuimus, reliquas omnes adiunximus, saepius quidem mentio fit, quod copiosiora etiam addita synonyma adfirmant, de eo tamen recentiores botanici et in primis LINNAEVS nondum conueniunt, num genuinam speciem, an varietatem tantum constituat. Nos iis, quas iam RAIVS l. c. adduxit notas, et quas HALLERVS l. c. etiam proposuit, conuicti, pro vera specie illam adsumimus, hinc et nomina tantum, quae illi competunt, recensuimus. Habet scilicet illa florem prae vulgari minorem, intensius luteum, odoratum, in cuius limbo inferius maculae croceae adnotantur. Nostra quidem icon maiorem florem sistit, sed notandum est, hanc differentiam a loci, in quo creuit planta, mutationes prouenisse, cum hortulani per varios culturae modos hanc speciem maxime variam reddunt; id, quod RAIVS l. c. iam demonstrauit. Conuenit etiam genere cum Primula in tab. 52. delineata, et ex radice tantum folia longa, petiolata, ouata, obtuse crenata procedunt. Sequitur porro, ex medio loco exoriens, caulis non ramosus, vnicus saepissime, aliquando plures, nudus, cuius superiori in loco in vmbella sedent flores numero varii *Fig. I. II*, quorum pedunculos minora foliola, tamquam inuolucra, cingunt, RAIVS non numquam ad viginti quatuor obseruauit florum. Singulus flos, calice sustentatus cylindrico *fig.* 8, in quinque acutos denticulos desinens *fig.* 5. *a.* qui medio sui loco corollam continet et fructum. Eminet vero corolla ex calice *fig* 1. 2, monopetala est, extra calicem visa *fig.* 6. superius lato limbo quinquifido patet *fig* 5. *b*, cuius laciniae cordatae sunt; sub limbo contrahitur tubus, ab eo deorsum continuatus *fig.* 5. . ut circumquaque emineat et longo cylindro descendit in calicem *d*, vbi cum ouario cohaeret *e*. Tota corolla, ad longitudinem dissecta, intus demonstrat puncta quinque crocei coloris, stamina quinque breuia, oblongis antheris instructa *fig.* 7. *f. f.* ex ouario autem per illam etiam transit stylus vnicus tubi longitudine *fig* 9. *g.* superius qui stigmate orbiculato terminatur *h.* Fructus rudimentum *i.* ab initio subrotundum, post emarcidas reliquas partes, sensim augescit *l fig.* 10 calice persistente inuoluitur *k. k*, et corolla post marcescentiam contracta coronatur *m.* Cuius corollae marcidae figura superius contracta, inferius adhuc ab ouario subiecto expansa, et extensione in lacinias disrupta sistitur *fig* 11. Fructus autem capsula est oblonga *fig.* 12. *n*, stylo superstite inhaerente *o.* Haec ad maturitatem deducta, in supremo loco dissilit in varios denticulos *fig.* 14. *q.* plerumque, vt in illa a superiore loco visa apparet, eorum nouem vel decem numerantur *fig.* 15., in qua per longitudinem dissecta *fig.* 12, conspicitur receptaculum succulentum, cui semina adcrescunt *p.* Horum quodlibet breui filamento iungitur cum receptaculo, vt ea propter eius superficies aspera euadat fig. 16. *r.* Semina numeroso agmine intus deprehendenda, subrotunda sunt, in naturali magnitudine *fig.* 17. 18, per lentem aucta *fig.* 19. delineata.

Anm. Diese Pflanze, deren Abbildung wir in Fig. I. 1. 3. 6. 8. 17. aus der Blackwellischen Zeichnung beybehalten, die übrigen alle aber hinzugesetzet haben, finden wir zwar öffters angeführet, welches aus den häuffig beygefügten Beynämen erhellet; allein die neuern Kräuterkenner, und vornehmlich LINNAEUS sind darinne nicht übereinstimmend, ob dieselbe eine würckliche Art, oder eine bloße Abweichung sey. Wir, die wir durch die von dem RAJUS l. c. angezeigten Merkmale, welche auch HALLER l. c. bekräfftiget, überführet worden sind, nehmen dieselbe, als eine besondere Art an; daher haben wir auch nur dieienigen Namen, welche ihr mit Recht zukommen, angeführet. Es hat nämlich dieselbe eine kleinere Blume, als die gemeine Schlüßelblume, die höher gelb und wohlriechend ist, und an deren Rande unten saffranfärbige Flecken stehen. Unsere Abbildung stellet zwar eine größere Blume dar, aber es ist zu merken, daß dieser Unterscheid von der Veränderung des Ortes worinne diese Pflanze gewachsen ist, herrühre, da die Gärtner durch mancherley Weise der Wartung diese Art sehr verändern, welches auch schon RAJUS l. c. dargethan hat. Was das Geschlecht anlanget, so kömmt sie mit der Primula, welche Tab. 52. abgebildet ist, genau überein; aus ihrer Wurzel kommen lange, mit Stielen versehene, länglichtrunde und stumpffeingekerbte Blätter. Aus der Mitten derselben steiget der Stengel empor, welcher ohne Zweige, öffters einfach, bisweilen auch vielfach, ohne Blätter ist. Auf der obern Spitze deßelben sitzen die der Zahl nach verschiednen Blumen in einer Dolde fig. I. II, und ihre Stiele werden von kleinen Blättgen, als einer Umhüllung, umgeben. RAJUS hat die Zahl der Blumen bisweilen bis vier und zwanzig bemerket. Eine iede Blume stehet in einem zylindrischen Kelche fig. 8. der sich in fünff spitzige Zähne endiget fig. 5. a, und die Blumendecke nebst der Frucht mitten in sich enthält. Es raget aber die Blumendecke aus dem Kelche hervor fig. 1. 2, sie ist einblätterricht, und wird außerhalb dem Kelche fig. 6. vorgestellet. Oben eröffnet sich dieselbe mit einem breiten Rande, der fünff Einschnitte hat fig. 5. b., welche Herzförmig sind. Unter dem Rande wird sie in eine Röhre zusammen gezogen, die von dem Rande nach unten zu fortgehet fig 5. c, doch also, daß er rund herum vorraget, und in einem langen Zylinder in den Kelch heruntergehet d. woselbst er mit dem Eygen zusammen hängt e. Nachdem man die ganze Blumendecke der Länge nach zerschnitten, so findet man inwendig fünff saffranfärbige Flecken nebst fünff kurzen Staubfäden, die mit länglichten Staubspitzen fig. 7. f. f. versehen sind; aus dem Eygen aber steiget durch dieselbe ein einfacher Griffel herauf, der so lang, als die Röhre, ist fig. 9. g. und sich oben in eine rundlichte Spitze h. endiget. Der Ansatz der Frucht i. ist von Anfange rundlicht, und wird, wenn die übrigen Theile verwelket sind, nach und nach größer l. fig. 10. wie auch von dem Kelche, welcher allein stehen bleibet, umschloßen k k., und von der nach ihrer Verwelkung zusammen gefaltenen Blumendecke gleichsam gekrönet m. Diese verwelkte und oben zusammengefaltene Blumendecke, welche von dem darunter stehenden Eygen unten ausgedehnet, und durch diese Ausdehnung in Stücken zerrißen worden ist, stellet fig. 11. vor. Die Frucht selbst ist eine lange Kapsel fig 12. n, an welcher der Griffel annoch anhängt o. Es zerspringt dieselbe, nachdem sie reiff worden ist, an dem obersten Theile in verschiedene Stücke fig. 14. q, deren mehrentheils neun, oder auch zehen gezählet werden fig. 15. wie man oben in dieser Figur sehen kan. Wenn man die Frucht der Länge nach zerschneidet fig. 12, so findet man darinnen ein safftiges Behältnis, an welchen die Saamen anhängen p. Jeder von diesen Saamen wird durch einen kurzen Faden mit dem Behältniße also vereiniget, daß deswegen seine Oberfläche rauch wird fig. 16. r. Sie sind aber inwendig sehr häuffig anzutreffen, der Gestalt nach rundlicht, und werden nach ihrer natürlichen Größe fig. 17. 18, durch das Vergrößerungsglas fig. 19. abgebildet.

TAB. 227. *Lat.* Cochlearia Batava, rotundifolia, hortensis. *Germ.* Löfelkraut. *Angl.* Scurvy Grass. *Gall.* Herbe aux cueilleres. *Belg.* Lepel-Bladt.

1. Caulis ad octo vel nouem digitos excrescit, folia pallide virent, flores albi sunt.

2. Crescit in septentrionalibus Angliae locis, ad ripas maris, in hortis autem frequentius colitur, et aprili mense floret.

3. Teneras volatilesque partes haec planta continet, vt eius infusum vel expressus succus maioribus polleat viribus, quam si decocta planta fuerit, quia volatiles partes inde abiguntur. Singulare est contra scorbutum remedium, cum succus corporis á mala illa dispositione liberet; hinc etiam prodest in scabie, variolis aliisque cutis impuritatibus. In officinis pharmaceuticis plerumque habetur aqua, spiritus et conserua.

1. Der Stengel wächst acht bis neun Zoll hoch, die Blätter sind grasgrün, die Blumen weis.

2. Man findet es in dem nördlichen Theile von Engelland am See-Ufer, in den Gärten aber wird es häuffig gezogen; es blühet im April.

3. Diese Pflanze hat viele, zarte, flüchtige Theile, und ist daher ihre Infusion oder der ausgepreste Safft davon viel kräfftiger, als wenn solche gekocht wird, weil die flüchtigen Theile hiedurch weggetrieben werden. Es ist ein besonderes Mittel in dem Scharbock, da es die Säffte des Körpers von den übeln Beschaffenheiten dieser Krankheit reiniget; es vertreibt auch die Krätze, Blattern, und andere Unreinigkeiten, der Haut. In den Apothecken hat man gemeiniglich ein Wasser, Spiritum und eine Conserve davon.

4. NOM. GEN. vid. TAB. 218.

5. NOM. SPEC. Cochlearia *Rai. Syn.* 302. *Hist. I.* 822. *Dod.* 594. *J. B. II.* 942. *Lugd.* 1320. *Gesn. Hort.* 254. *b.*

Tab. 847. *Cam. Epit.* 271. *Weinm. t.* 401. *fig. a.* Cochlearia folio subrotundo *C. B. pin.* 110. *Tourn.* 215. *Rupp.* 87. *Kram.* 21. *Boerh. II.* 10. *Bergen. Fl. Francf.* 113. *Morand. Hist.* 90. Cochlearia rotundifolia *Ger.* 401. Cochlearia rotundifolia siue Batauorum *Parck.* 285. Cochlearia bataua *Lob. Hist.* 156. *Jc. I.* 193. Cochlearia batauica subrotundo folio *Morif. H. Oxon. II.* 308. *S. III. t.* 10. *f.* 1. *Herm. H. L. B.* 165. Cochlearia foliis radicalibus subrotundis, caulinis oblongis, sinuatis *Linn. H. Cliff.* 332. *Fl. Lapp.* 256. *Fl. Suec.* 537. *Spec.* 647. *Roy.* 335. *Wach.* 169. *Hall. Gott.* 242.

Nota. Ad hanc plantam ea citauimus synonyma, quae illam tamquam separatam ab aliis speciem sistunt, a qua quantum alia, in Tab. 218. proposita, diuersa sit, superius indicauimus. Radix crassa, tuberosa est et fibrosa, folia ex hac prodeuntia integra sunt, caules teretes, ramosi, foliis in margine diuisis instructi, superiores horum partes flores ferunt copiosos, qui ab initio densius positi *fig.* 1. post incrementum a se remouentur *fig. II.* Integrum ab anteriori parte *fig.* 1. 2, a latere *fig* 3, ab inferiori superficie *fig.* 4. conspicimus. Constat autem ille ex calice quadrifolio *a a.* vnumquodque eius foliolum concauum est interius *fig.* 6. *a.* figura sua ouatum. Huic inhaeret corolla tetrapetala *b. b.* cuius petala cruciatim sibi opposita sunt, et singulum angusto vngue ex calice exit, superiusque ouatum est *fig.* 5. His remotis, prout accurate in magnitudine aucta obseruatur *fig.* 6, sex stamina in conspectum veniunt, longis filamentis et subrotundis antheris instructa, ex his quatuor sibi longitudine respondent, duo *c c.* breuiora sunt. Pariter et rudimentum fructus in eo deprehenditur *d*, cui adhaeret stylus breuis. Ille in naturali magnitudine *fig.* 7. 8. paruus est, obtusum in apicem desinens, in aucta magnitudine *fig.* 9. staminis adhaesionem *c*, suam subrotundam figuram *d* et insidentem stylum *e*, animaduertimus. Transuersim dissectus medio loco septo diuiditur *fig.* 10. In singulo loculo semina minora, quatuor circiter *fig.* 11. 12, delitescunt. Ex Blackvvelliano exemplari repetiimus *Fig. I.* 1. 7. 11; nos vero addidimus *Fig. II.* 2. 3. 4. 5. 6. 8. 9. 10. 12.

Anm. Zu dieser Pflanze haben wir diejenigen Beynamen angeführet, welche sie als eine besondere Art von andern darstellen; in wie weit aber von dieser die allbereits Tab. 218. vorgestellte Pflanze unterschieden sey, haben wir oben gezeiget. Die Wurzel ist dick, knollicht und zaserigt, die Blätter welche aus dieser hervorkommen, sind ganz; die Stengel rund, in Aeste zertheilet, und mit Blättern, die am Rande eingeschnitten sind, versehen, der oberste Theil derselben träget viele Blumen, welche anfänglich dichte beyeinander stehen fig. I, nach ihrem völligen Wachsthume weitläufftiger werden fig. II. Die ganze Blume sehen wir von vornen fig. 1. 2, von der Seite fig. 3, von unten fig. 4. Es bestehet aber dieselbe aus einem vierblätterichten Kelche a. a; iedes von diesen Blättgen ist von innen gewölbt fig. 6. a. und eyförmig. An diesem Kelche sitzet die gleichfalls vierblätterichte Blumendecke b. b. dessen Blättgen kreutzweise einander gegen über stehen, iedes aber aus dem Kelche mit einem schmalen Ende entstehet, und oben eyförmig ist fig. 5. Wenn man diese Blättgen weggenommen hat, so kommen, wie in fig. 6. obzwar vergrössert, doch sehr deutlich zu bemerken ist, sechs Staubfäden zum Vorschein; Diese sind mit langen Fäden und rundlichten Staubspitzen versehen, viere derselben haben einerley Länge, zwey aber sind kürzer c. c. Man findet gleichfals den Ansatz zur Frucht d. in dem Kelche nebst seinem kurzen Griffel, welcher auf demselben aufsitzet. Die Frucht erblickt man alsdenn in ihrer natürlichen Grösse fig. 7. 8. sehr klein und oben mit einer stumpffen Spitze; vergrössert aber fig. 9. und darinne die Art des Zusammenhanges der Staubfäden mit dem Kelche c, die rundlichte Gestalt der Frucht d. und den darauf sitzenden Griffel e. Schneidet man dieselben quer durch, so siehet man die Scheidewand fig. 10. welche sie in zwey Fächer absondert. Jedes Fach fasset ohngefähr vier kleine Saamen fig. 11. 12. in sich. Nach dem Blackwellischen Muster haben wir fig. I. 1. 7. 11; als eigene und neue Zeichnungen aber fig. II. 2. 3. 4. 5. 6. 8. 9. 10. 12. abgebildet.

TAB. 228. *Lat.* Arum. *Germ.* Aron, Aronwurz, Pfaffenpint, Teutscher Ingwer. *Graec.* Ἄρον. *Angl.* Wake ⊙ Robin or Cuckow pint. *Hisp.* Yaro. *Ital.* Gigaro, Aro. *Gall.* Vit de Preter, Vit de chien, Verge d'Aron, Pied de veau. *Belg.* Calff-voet, Papecullekens.

1. Adsequuntur caules altitudinem vnius et dimidii pedis, folia obscure virent, flores purpurei sunt fructus ex luteo rubescunt.

2. Crescit in sepibus, ad stagna exsiccata, et floret mense maio.

3. Radix exsiccata et in puluerem redacta laudatur contra cachexiam, scorbutum et difficultatem respirandi. Radicis exsiccatae drachma, illius praecipue speciei, quae folia maculata habet, commendatur multis encomiis in peste, folia vero cruda aeque ac contusa, inposita vlceribus venenatis, effectus faustos praestare adseueratur. MATTHIOLVS etiam docet, radices in pulpam contusas, atque stercore bouino mixtas, in cataplasmatis forma podagrae dolores mitigare.

1. Die Stengel steigen höher, als anderthalb Fuß hoch, die Blätter sind dunkelgrün, die Blumen Purpurfärbig, die Frucht aber gelblicht-roth.

2. Es wächset in Hecken, und trockenen Teichen oder Weyern, und blühet im May.

3. Die Wurzel getrocknet und gepülvert, wird für dienlich erachtet in der Cachexie, dem Scharbock und der Engbrüstigkeit. Ein Quentlein von der getrockneten Wurzel der Art mit fleckigten Blättern, wird als ein herrliches Mittel in der Pest gerühmet; die frischen und zerquetschten Blätter davon sollen über gifftige ansteckende Geschwüre gelegt, sehr dienlich seyn. MATTHIOLUS meldet, die Wurzel diene, wenn sie zu Brey gestossen, und mit Kuhkoth vermischet worden ist, zu einem lindrenden Ueberschlag wider die Schmerzen des Zipperleins.

4. NOM. GEN. Arum *Rai. Meth.* 74. *Syn.* 266. *Hist. I.* 1208. *Magn. Car.* 191. *Tourn.* 158. *Knauth. meth.* 105. *Hal.* 1. *Heuch. Jnd.* 29. *Rupp.* 251. *Kram.* 47. *Boerh. II.* 74. *Vaill.* 15. *Linn. Gen. no.* 840. *Roy.* 6. *Hall.* 261. *Ludvv.* 810. *Wach.* 327. *Heist. Syst.* 5. *Segu. Ver. I.* 252. *Dalib.* 279. *Guett. I.* 195. *Bergen. Fl. Francf.* 85. *Morand. El.* 26.

5. NOM. SPEC. Gicherum *Caes.* 226. Aron *Ruell.* 416. *Trag.* 774. *Brunf. I.* 56. *Dorst.* 126. *Gesn. H.* 248. Arum *Dod.* 328. *Fuchs.* 69. *Cord. Hist.* 103. *a. Lonic.* 231. *b. Tab.* 1123. *Lob. Hist.* 325. *Jc. I.* 597. *Matth.* 448. *Cam. Epit.* 365. *Rai. Hist. II.* 1208. *Syn.* 266. *H. Eystett. Vern. Ord. II. F.* 1. *f.* 1. *Dill. Giss.* 56. Arum Matthioli *Lugd.* 1597. *Morand. H.* 110. Arum vulgare *Ger.* 834. *Zanich.* 21. *tab.* 239. *Weinm. t.* 172. *fig. a.* Arum vulgare, non maculatum *C. B. pin.* 195. *Magn. Car.* 191. *Tourn.* 158. *Rupp.* 201. *Boerh. II.* 74. *Vaill.* 15. *Bergen. Fl. Francof.* 85. Arum vulgare, maculatum et non maculatum *Park.* 373. *Morif. H. Oxon. III.* 543. *S. XIII. t.* 5. *et.* 6. *f.* 1. Arum acaule, foliis hastatis, integerrimis, spadice clauato *Linn. H. Cliff.* 434. *H. Vps.* 279. *Mat. med.* 417. *Spec.* 966. *Roy.* 8. *Wach.* 328. *Dalib.* 279. *Guett. I.* 195. Arum foliis sagittatis, cucullo recto *Hall.* 261. *Gott.* 60. *Boehm. Fl. Lips.* 596.

Nota. Floris, in hac planta deprehendendi, singularis structura potissimum nos mouit, vt Blackvvellianis iconibus *fig. I. IV.* 1. 3, reliquas adiunxerimus. Radix crassa, in ambitu fibrosa, ineunte vere, praeter minores expansiones membranaceas, tamquam squamulas, folia propellit, longis petio-

Anm. Der ganz besondere Bau der Blume von dieser Pflanze hat uns vornämlich bewogen, zu den Blackwellischen Zeichnungen Fig. I. IV. 1. 3. die übrigen insgesammt hinzu zu fügen. Die dicke und auf den Seiten zaserigte Wurzel treibet gleich im Anfange des Frühlinges, ausser einigen kleinern, häutichten Theil-

foliis instructa, lata, acuminata, inferius sagittatis productionibus praedita, in margine integerrima. Viridis plerumque coloris illa sunt, non numquam tamen maculis variis ornantur, vt ea propter plures varietates, et magnam earum copiam ab HERMANNO in Parad. Bat. p. 71. recensitam, deprehendamus. Singularis deinde inter haec surgit scapus, vnico flore exornatus. De hoc flore disputare adhuc solent botanici, num corollae nomen mereatur, nec ne? nos cum LINNAEO, HALLERO et LVDWIGIO l. c. spatham nominamus. Est autem illa integra, eo loco, vbi ex scapi fine exsurgit, intumescit, ita, vt margines anterius conniueant, et sibi imponantur *fig. I. II c.* in progressu latescit, superius in apicem desinit acutum *a*. Viridis illa est, vel pallet, non numquam, vt in *fig. I*, interior eius superficies coerulescit. Ex media illa eminet corpus oblongum, clauae instar *b*, quod resecta spatha melius conspicitur *fig. III*. Illud enim superius crassius, obtusum *d*, ex densa massa conflatum, descendendo angustius fit *e*, et inferiori suae parti adposita filamenta copiosa habet *f*. Breui sub his interuallo circum quaque adsident quadrangularia corpora, quae antherae sunt, clauae adplicatae sine filamentis *g*, magnitudine aucta *h*; quatuor ex loculis eae constant, et sub se nouas series papillarum *i*, filamentis etiam instructas, ostendunt, quae, monente HALLERO, plerumque deorsum respiciunt. Ad infimam tandem clauae partem, quae cum scapo continua est, ouata sedent semina in variis etiam seriebus *k*, singulum vnico stigmate villoso donatur. Sensim tamen procedente incremento omnia emarcescunt, foliis exceptis hisce seminibus, quae nunc in baccas globosas, carnosas siue succulentas mutantur *fig. IV. V*, quibus aliquando emarcida claua adhuc inhaeret et aliae spathae reliquiae *fig. V*. Eiusmodi bacca in superiori loco insidentis styli notam adhuc sistit *fig. 1. 2*; sed quum non omnes simul maturescant, solent perfectioribus plerumque quaedam immaturae adhuc interesse, vel minores *fig. 4*. Intus hae semina recondunt numero varia, figura sua subrotunda *fig. 3. 5.*

Theilgen, die gleichsam Schuppen vorstellen, breite und zugespitzte, unten aber pfeilförmige, am Rande ungetheilte und mit langen Stielen versehne Blätter hervor. Diese Blätter sind meistentheils grün; bisweilen aber mit einigen Flecken besprenget; deßhalben finden wir so viele Abänderungen, vornämlich bey dem HERMANN in Parad. Bat. p. 71. eine grosse Anzahl derselben beschrieben. Zwischen den Blättern sprosset hierauf ein einzeler Stengel hervor, welcher nur eine einzige Blume träget. Ueber diese Blume streiten sich noch die Kräuterkenner, ob sie den Namen der Blumendecke verdiene, oder nicht? Was uns betrifft, so nennen wir mit dem LINNAEUS, HALLER und LUDWIG l. c. dieselbe die Hülse (Spatham). Sie ist an dem Orte, wo sie aus des Stengels obern Ende entspringet, vollkommen ganz, raget hervor, doch also, daß ihre Ränder vornen sich gegen einander beigen, und würklich berühren Fig. I. II. c. Im Fortgang wird sie breiter, und oben endiget sie sich in eine scharffe Spitze. Ihre Farbe ist grün, oder auch bleich, bisweilen, wie fig. I. vorstellet, auf der innern Fläche bläulicht. In ihrer Mitten raget ein länglichter Körper in Gestalt einer Keule hervor b, welcher, wenn die Hülse weggenommen worden, deutlicher zum Vorschein kömmt Fig. III. Es ist derselbe oben dick und kolblicht d, von einer sehr dichten Substanz zusammengesetzt, er wird nach und nach dünner e, und hat an seinem untern Ende sehr viele Fäden stehen f. In einem kleinen Zwischenraume unter diesen Fäden sitzen verschiedene viereckigte Körper, welche Staubspitzen sind, unmittelbar an dem Kolben, doch ohne Fäden g, und vergrössert h, rund herum an. Sie bestehen aber aus vier Fächern. Unter denselben findet man wieder neue Reihen von Erhebungen i, welche auch mit Fäden versehen sind, und nach HALLERS Anmerkung gemeiniglich unterwärts sich neigen. Endlich an dem untersten Ende des Kolbens, welches mit dem Stengel in einem Stücke fortgehet, hangen länglicht-runde Saamen in verschiedenen Reihen k, und ieder derselben hat eine einzige, mit zarten Härgen besetzte Spitze. Bey fortdaurendem Wachsthum werden alle diese Theile nach und nach welk, die Saamen allein ausgenommen, welche nun zu rundlichten, fleischigten oder safftigen Beeren werden fig. IV. V, an welchen bisweilen der verwelkte Kolben nebst andern Ueberbleibseln der Hülse annoch feste sitzet fig. V. Eine dergleichen Beere zeiget noch die Merkmale des oben aufgesessenen Griffels fig. 1. 2. Weil sie aber nicht alle zugleich reiff werden, so pflegen gemeiniglich einige unreiffe, oder doch kleinere fig. 4, zwischen den reifferen und grösseren zu stehen. Inwendig liegen rundlichte fig. 3. 5. der Anzahl nach aber sehr verschiedene Saamen.

TAB. 229. *Lat.* Aloe vulgaris. *Germ.* Die gemeine Aloe. *Graec.* Ἀλόη. *Angl.* The common Aloes. *Hisp.* Hierua babosa, Cavilla, Yerva di Acibar. *Ital.* Aloe. *Gall.* Aloes. *Belg.* Aloe.

1. Caules circiter ad duos vel tres pedes exsurgunt, folia ex viridi albicant, flores vero ex luteo pallent.

2. Crescit in Hispania, Italia et India occidentali, floret vere.

3. Aloe hepatica, quae plerumque venditur, vel Aloe Barbadensis, ex hac planta praeparatur. Aloe remedium est purgans, quae saepe vsurpatur, et humidis apprime conuenit temperamentis, vix tamen sola adhibetur, nisi in infantibus contra vermes. Ingreditur massas pilularum plerarumque, quae in officinis exstant, et speciebus admiscetur, quibus Hierae picrae nomen est.

1. Die Stengel werden ohngefähr zwey oder drey Schuhe hoch; die Blätter sind weislicht grün; die Blumen bleich-gelb.

2. Man findet sie in Spanien, Italien und in Westindien; sie blühet im Frühling.

3. Die Aloe hepatica der Krämer, oder die Aloe von Barbados, wird aus dieser Pflanze gemacht. Die Aloe ist eine abführende Arzeney, welche sehr oft gebraucht wird, und bey kalten feuchten Naturen nützlich ist, doch wird sie selten allein gegeben, ausgenommen bey Kindern wider die Würmer. Man nimmt es unter die meisten Pillen in den Apothecken; es kömmt auch unter die Species, welche man Hiera picra nennet.

4. NOM. GEN. Aloe *Rai. Hist. II.* 1195. *Meth.* 117. *Magn. Car.* 185. *Tourn.* 366. *Knauth. meth.* 61. *Rupp.* 248. *Heuch.* 5. *Boerh. II.* 128. *Linn. Gen. no.* 343. *Roy.* 22. *Wach.* 300. *Heist. Syst.* 5. *Bergen. Fl. Francof.* 202.

5. NOM. SPEC. Kadanaku f. Catevala *H. Malab. To. XI. fig.* 3. Aloe *Lonic.* 110. *b. Dorst.* 25. *a. Dod.* 359. *Clus. II.* 160. *J. B. III.* 696. *Matth.* 507. Aloe peregrina *Caes.* 417. Aloe vulgaris *C. B. pin.* 286. *Tab.* 1083. *Rai. Hist. II.* 1195. *Magn. Car.* 185. *Tourn.* 366. *Heuch.* 5. *Moris. H. Oxon. II.* 414. *S. IV. t.* 22. *f.* 1. *Boerh. II.* 128. *n.* 1. *H. Eystett. Aut. O. F.* 2. *f.* 1. *Bergen. Fl. Francof.* 202. Aloe vulgaris seu Semperviuum marinum *Park.* 149. *Ger.* 507. *Lob. Hist.* 202. *Jc. I.* 374. Aloe vera vulgaris *Munt. Aardgevv.* 314 *f.* 96. *Aloid.* 17. *f.* 17. Aloe officin. *Rupp.* 243. Aloe Matthioli *Lugd.* 1693. Aloe foliis spinosis, confertis, dentatis vaginantibus, planis, maculatis *Linn. H. Cliff.* 130. *H. Ups.* 86. *Mat. med.* 160. *Roy.* 22. *Wach.* 300.

Nota. Adeo numerosa gens est Aloes, vt in determinanda illa specie, ex qua in officinis eiusdem nominis succus desumitur, nondum omnes, consentiant auctores, quod materiae medicae scriptores euoluenti non poterit obscurum manere. Nostra tamen certe ad officinales species pertinet. Proposuit BLACKWELLIA folia et scapum florentem *fig. I.*, capsulam seminalem *fig. 6.* et semina *fig. 7*, addidimus

Anm. Das Geschlechte der Aloe ist so weitläufftig, daß auch in Bestimmung derienigen Art, wovon in den Apothecken der Safft unter eben demselben Namen zu finden ist, noch nicht alle Schrifftsteller der Materiae medicae einstimmig sind, wie man bey Untersuchung derselben alsbald wahrnimmt: Wenigstens gehöret unsere Art mit unter dieienigen, welche zur Arzeney gebrauchet werden. Die BLACKWELL hat die Blätter und

dimus nos in *Fig. II.* 2. 3. 4. 5. eas floris partes, quas secundum naturae exemplar optime iconibus expressit et descripsit Ill. TREWIVS in *Commerc. litter. Norimb.* 1744. *p.* 344. *no. IX. tab. III, fig.* 18. 19. 20. 21. Retulit hanc nostram ob florum dispositionem LINNAEVS in *Spec.* 320. ad *Aloen floribus pedunculatis, cernuis, corymbosis, subcylindricis*, et Aloes nomen omnibus illis speciebus dandum esse existimat, quae florem regularem, stamina corolla longiora et fructum supra receptaculum floris positum ostendunt, reliquas omnes sub *Agaue* nomine comprehendens, cuius generis descriptionem dedit in Diss. Noua plantarum genera *Upsal.* 1751. *no.* 1102. *p.* 40. et *H. Upsal. p.* 87. Neque tamen et hanc diuisionis notam sufficere declarauit Ill. HALLERVS *H. Gotting. p.* 75. Radix nostrae speciei fibrosa data est, ex qua folia longa, succulenta, viridia, aliquando maculata, in ambitu acute dentata, superius acuminata, vel in spinulam desinentia producuntur; haec ad se inuicem tam arcte accedunt, vt inferior pars se comprehendat. Ex mediis foliis exsurgit caulis vnicus, minoribus squamis foliosis instructus, cui adhaerent flores, alternatim positi, deorsum spectantes, ex quibus eminent inferius stamina *fig.* 1. 2, superius terminatur ille vel minoribus squamulis, tamquam rudimentis immaturorum florum *fig.* 1, vel paullo maioribus coloratis foliolis *Fig. II.* Singulus florum breui pedunculo et squama *fig.* 3. adhaeret cauli, monopetalus ille est, tubulosus, prope exortum intumescit, in fine, qui deorsum dirigitur, in sex distribuitur lacinias, quarum tres sunt externae *a. fig.* 3. 4, tres vero internae *b*, quae profunde ad fundum fere penetrant; extra has prominent stamina *c. d.* Resecta corolla et explanata *fig.* 4, vt interior superficies manifesta fiat *fig.* 5, fructificationis partes omnes conspicimus; stamina scilicet ad latus ouarii receptaculo inserta, longis filamentis et antheris oblongis praedita, ex his tria *c. c.* breuiora sunt, tria *d. d.* longiora. Inter haec prominet stylus vnicus *e*, in stigma tenue triquetrum desinens, qui instituta disquisitione ducit ad ouarium seu fructus rudimentum *f.* Ille excrescit sensim in capsulam oblongam, in qua per medium dissecta *fig.* 6, apparent loculi tres, quorum singulus duplicem ordinem seminum planorum *fig.* 7. continet.

und den blühenden Stengel fig. 1, die Saamenkapsel fig. 6, und die Saamen fig. 7. gezeichnet, wir aber haben in fig. II. 2. 3. 4. 5. dieienigen Theile der Blume hinzugethan, welche der berühmte TREW in Commerc. litter. Norimb. 1744. pag. 324. no. IX. tab. III. fig. 18. 19. 20. 21. sehr schön nach der Natur abgebildet und beschrieben hat. Es zählet LINNAEUS in Spec. 320. diese gegenwärtige Art wegen der besondern Stellung der Blumen zu der Aloe floribus pedunculatis, cernuis, corymbosis, subcylindricis; er hält besonders dafür, der Name Aloe komme eigentlich nur allen denienigen Arten zu, welche eine reguläre Blume nebst Staubfäden, die länger als die Blumendecke sind, und eine in der Blume befindliche Frucht haben, und begreifft die übrigen Arten alle unter den Namen Agaue, von welchem Geschlechte er eine vollständige Beschreibung mitgetheilet hat in der Diss. Noua plantarum genera, Upsal. 1751. no. 1102. p. 40. Und H. Upsal. 87. Daß aber auch dieses Kennzeichen zu der Eintheilung nicht zureichend wäre, hat der vortreffliche HALLER in H. Götting. p. 75. bewiesen. Unsere Gattung hat eine zaserigte Wurzel, aus welcher lange, saftige, grüne, bisweilen gefleckte, am Rande spitzig gezackte, oben zugespitzte oder in einen Stachel sich endigende Blätter entstehen; diese aber stehen so dicht bey einander, daß der untere Theil derselben einander umfasset. In der Mitte der Blätter steiget der einzelne, mit kleinen Schüpgen besetzte Stengel in die Höhe, an welchem die sich niederwärts beugenden Blumen wechselsweise anhängen, aus den Blumen aber ragen unten die Staubfäden fig. 1. 2. herfür. Oben endiget sich der Stengel entweder mit kleinen Schuppen, die gleichsam den Ansatz unreiffer Blumen vorstellen fig. 1, oder mit etwas grössern, farbigten Blättgen fig. II. Jede Blume hänget mit einem kurzen Stiele und einem Schüpgen fig. 3. an dem Stengel, und bestehet aus einem Stücke, welches eine Röhre vorstellet; bey ihrem Ursprung ist sie aufgeschwollen, und an ihrem obern Ende, welches sich niederwärts neiget, in sechs Einschnitte getheilet, deren drey von aussen a. fig. 3. 4. drey aber von innen b, welche tieff und bey nahe bis auf den Grund gehen, würklich bemerkt werden; über diese ragen die Staubfäden vor c. d. Wenn man die Blumendecke weggenommen fig. 5. oder auseinander gebreitet hat fig. 4, daß die innere Fläche zum Vorschein kömmt, so entdecket man alle zur Befruchtung gehörige Theile, nämlich die Staubfäden, wie sie auf der Seite neben dem Eygen sitzen, und mit langen Fäden und länglichten Staubspitzen versehen sind; drey davon sind etwas kürzer c. c, die übrigen drey länger d. d. Zwischen ihnen raget der einzele Griffel e. vor, welcher sich in eine dünne, dreyeckichte Spitze endiget, und uns, bey angestellter Untersuchung, zu dem Eygen oder dem Ansatz der Frucht f, leitet. Diese wächset nach und nach zu einer länglichten Kapsel, in welcher, wenn sie mitten entzwey geschnitten worden ist fig. 6. drey Fächer bemerkt werden. Jedes derselben fasset eine doppelte Reihe platter Saamen in sich fig. 7.

TAB. 230. *Lat.* Oxalis, Acetosa praetensis. *Germ.* Sauerampffer. *Graec.* ὀξαλίς, λάπαθον. *Angl.* Sorrel. ⊙ *Hisp.* Azedas, Azedera, Azederilla. *Ital.* Azetosa. *Gall.* Ozeille, Aigrette, Surelle, Saliette. *Belg.* Surchele, Suring.

1. Caulis mensuram octo vel decem pollicum attingit, folia viridescunt, et flores parui multis staminibus instruuntur.

2. Occurrit in pratis et aruis, maio florens.

3. Folia refrigerare, reficere, et febribus resistere dicuntur, dum putredinem arcent. Radices contra scorbutum et diarrhoeas biliosas laudantur. Semina adstringentem habent virtutem, et admiscentur Diascordio aliisque remediis adstringentibus.

1. Der Stengel wächset acht oder zehen Zoll hoch; die Blätter sind grasgrün; die Blumen haben viele Staubfäden.

2. Man findet es auf Feldern und Wiesen, wo es im May blühet.

3. Die Blätter sollen kühlend, herzstärkend und in Fiebern sehr dienlich seyn, indem sie der Fäulnis widerstehen. Die Wurzeln werden im Scharbock und Gallenflüssen gerühmet. Die Saamen ziehen zusammen, und werden unter das Diascordium und andere anhaltende Arzneyen genommen.

4. NOM. GEN. Acetosa *Rai. Meth.* 21. *Hist. I.* 178. *Magn. Car.* 152. *Tourn.* 502. *Knauth. Hal.* 152. *Heuch. Ind.* 10. *Rupp.* 58. *Dill. Giss.* 66. *Kram.* 18. *Boerh. II.* 85. *Vaill.* 2. *Segu. Ver. I.* 81. *Morand. El.* 28. Lapathum *Rai. Syn.* 143. *Hall.* 168. *Bergen. Fl. Francf.* 294. Rumex *Linn. Gen. no.* 357. *Roy.* 231. *Ludvv.* 786. *Wach.* 68. *Dalib.* 5.

5. NOM. SPEC. Oxalis *Caes.* 165. *Fuchs.* 464. *Trag.* 315. *Dod.* 648. Oxalis siue Acetosa *Tab.* 826. *Matth.* 353. *Ger.* 396. Oxalis siue Lapathum, Oxalida, Acetosa *Lob. Hist.* 155. *Ic. I.* 290. Oxalis maior *Cam. Epit.* 230. *Lugd.* 604. Oxalis vulgaris folio oblongo *J. Bauh. II.* 989. Oxalis pratensis longioribus foliis *Gesn. H.* 263. *b.* Acetosa *Brunf. II.* 72. *Dorst.* 6. *b. Ruell.* 354. *Lonic.* 119. *a.* Acetosa vulgaris *Park.* 742. *Rai. Hist. I.* 178. Acetosa vulgaris siue Rumex campferinus *Munting. Aardg.* 278. *Phytogr. t.* 73. *Herb. Britt.* 121. *f.* Acetosa pratensis *C. B. pin.* 114. *Tourn.* 502. *Knauth. Hal.* 152. *Boerh. II.* 85. *Zanon.* 4. *f.* 233. *Moris. H. Oxon. II.* 582. *S. II. t.* 28. *f.* 1. *Weinm. t.* 18. *fig. a. Morand. Hist.* 117. *Segu. Ver. I.* 81. Acetosa officin. *Vaill. Par.* 2. Lapathum acetosum. *Brunf. III.* 83. Lapathum acetosum vulgare *Rai. Syn.* 143. Lapathum acetosum, sexu distinctum, foliorum sagittatorum hamis breuibus *Hall.* 168. *Gott.* 16. Bergen *Fl. Francf.* 294. Rumex floribus dioicis, foliis oblongis, sagittatis *Linn. Fl. Lapp.* 130. *Virid. Cliff.* 32. *Hort. Cliff.* 139. *H. Ups.* 89. *Fl. Suec.* 295. *Mat. med.* 529. *Spec.* 337. *Roy.* 231. *Wach.* 68. *Dalib.* 5. *Boehmer. Fl. Lips.* 572.

Nota.

Nota. Quum huius plantae flores duplicis ſint generis, alii ſcilicet ſtamina habeant et ſteriles ſint, alii vero ſemen contineant et fructum ferant, quo totius illius idea quaedam detur, nos Blackvvellianis iconibus *Fig. I.* 1. 19, quibus ſteriles tantum flores depinguntur, addidimus omnes florum partes diſtinctas. Radix craſſa, fibroſa, fuſci coloris, folia protrudit longis petiolis inſtructa, oblonga, inferius ſagittata, ſuperius obtuſa. Porro caulem ramoſum, eiusdem figurae foliis ornatum, niſi quod magis illa acuminata ſint, aliquando etiam haſtis deſtituantur et petiolis. Circa ramum tamen ſemper etiam ſquama folioſa ſeu vagina adhaeret. Ex horum alis in ſterili et fertili ſpecie rami floriferi procedunt; quibus ſequens eſt conformatio data. In ſterili ſeu mari *Fig. II.* ſcilicet flos naturali magnitudine admodum paruus; *fig.* 1. 2, lente optica auctus et a latere viſus *fig.* 3, ab anteriori parte *fig* 4, ab inferiori *fig.* 5. 6, ſiſtit calicis duplicis generis foliola, alia externa *b. b*, alia interna *a. a.* Duplici enim in ſerie adhaerent, vt ea propter interiores LINNAEO corolla dicantur. Porro ſtamina *cc*, quorum ſex ſunt, ex quibus vnumquodque, breui filamento praeditum, magnam antheram habet. Hae partes, ad hunc ſtatum perfectionis ſi deuenerint, omnes marceſcunt atque decidunt. Quo ipſo videmus, vitam quaſi plantae continuari in planta femina *fig. III*, cuius flores pariter parui in naturali magnitudine *fig.* 7. 8, aucti *fig.* 9, comparent. Calicis foliola *d* reſpiciunt petiolum, cui adhaerent *fig.* 10, ex his autem eminet fructus rudimentum *e* piloſum. Pili plures ſunt breues *fig.* 11, adhaerent nimirum, vel potius exornant ſtylos tres fructui impoſitos. Inuoluunt hos cum fructu tria interiora calicis foliola *fig.* 12, quibus demum reclinatis *f. f. f*, et a ſuperiori parte conſpectis, in naturali magnitudine *fig.* 13, in paullum aucta *fig.* 14, intereſſe apparet fructus, magis adhuc auctus *fig.* 15. Foliola, quae diximus calicis, oualia ſunt *f. f. fig.* 16. 17, multis et varie coordinatis ramificationibus picta *fig.* 18, ſemilunari productione adhaerent. Semen *g. fig.* 17. hiſce mediis intereſt, naturali in magnitudine *fig.* 19. 20, in aucta *fig.* 21, figura ſua triquetrum, quo ſpecies plantae conſeruatur.

Anm. Die Blumen dieser Pflanze sind von zweyerley Gattung, nämlich, einige haben Staubfäden und sind unfruchtbar, die andern aber bringen Saamen und tragen Frucht. Damit man nun einen Begriff von diesem Ganzen bekomme, so haben wir zu den Blackwellischen Abbildungen Fig. 1. 19, in welchen die unfruchtbaren Blumen nur allein gezeichnet werden, alle Theile der Blumen besonders hinzugefüget. Die dicke, zaserigte, dunkelbraune Wurzel treibt die länglichtrunden, mit langen Stielen versehenen unten spießförmigen, oben stumpffen Blätter hervor. Ferner entspringet aus selbiger der in verschiedne Aeste getheilte Stengel, und ist mit gleichen Blättern besetzt, ausser, daß sie etwas spitziger sind, bisweilen auch weder die Spießförmige Gestalt, noch Stiele haben; an den Aesten aber hängt immer eine häutige Schuppe oder kleine Scheide. Aus den Winkeln derselben sprossen an der unfruchtbaren so wohl, als fruchttragenden Art die mit Blumen besetzte Zweige, welche folgender massen gestaltet sind: An der unfruchtbaren oder dem Männgen stellet Fig. II. die ihrer natürlichen Grösse nach sehr kleine Blume fig. 1. 2, durch das Vergrösserungsglas betrachtet von der Seite fig. 3, von vornen fig. 4; von unten fig. 5. 6, die Blättgen des Kelches von zweyerley Gestalt, die äussern b. b, und die innern a. a. Denn sie stehen in einer doppelten Reihe, und LINNAEUS hält deshalben die innern für die Blumendecke. Ueber dieses erblickt man die Staubfäden c. c, deren an der Zahl sechse sind, iedes aber einen kurzen Faden und eine etwas grössere Staubspitze hat. Wenn alle diese Theile zu ihrer vollkommnen Grösse gelanget sind, so verwelken sie insgesammt und fallen ab. Hieraus sehen wir aber zugleich, daß das Leben dieser Pflanze in dem Weibgen gleichsam seine Fortdauer habe fig. III., dessen Blumen, welche gleichfals in ihrer natürlichen Grösse sehr klein sind fig. 7. 8, vergrössert fig. 9, vorgestellt werden. Die Blättgen des Kelches d neigen sich nach dem Stiele zu, an welchem sie anhängen fig. 10, und über dieselben raget der rauche Ansatz der Frucht e. hervor. Es sind sehr kurze Härgen Fig. 11, welche nämlich an den drey Griffeln, die oben auf der Frucht aufsitzen, anhängen, oder vielmehr demselben zur Zierde dienen. Sie werden nebst der Frucht von den drey innern Blättgen des Kelchs fig. 12. umhüllet; und wenn man diese zurückgeschlagen hat f. f. f, und von oben betrachtet, so kommt die dazwischenstehende Frucht, nach ihrer natürlichen Grösse fig. 13, etwas vergrössert fig. 14, noch mehr vergrössert fig. 15, zum Vorschein. Die benennten Blättgen des Kelches sind länglichtrund f. f. fig. 16. 17, und mit vielen und verschiednen Reihen von Gefäßgen gleichsam gemalt fig. 18, hängen aber vermittelst einer halbrund ausgeschweiften Verlängerung an dem Stiele. Der Saame g. fig. 17. stehet in der Mitten, und wird nach der Natur fig. 19. 20, vergrössert fig. 21, abgebildet. Er ist seiner Gestalt nach dreyeckicht, und durch ihn wird diese Art der Pflanze allein erhalten.

TAB. 226. *Lat.* Rapum. *Germ.* Weisse runde Rüben. *Graec.* γογγύλη. *Angl.* Turnep. *Hisp.* Nabo. *Ital.* Rapo. ⊙ *Gall.* Rave, Naveau. *Belg.* Rapen, Knollen.

1. Caules trium pedum menſuram adaequant, folia pallide virent, flores lutei ſunt.
2. Seritur in aruis et hortis, floret aprili.
3. Rapae conuenientes ſanitati atque nutritiae putantur, flatus autem generant. Succus raparum cum ſaccharo cando fuſco decoctus tamquam pectorale remedium contra tuſſim et tabem laudatur.

1. Die Stengel wachsen bey drey Fus hoch, die Blätter sind grasgrün, die Blumen gelb.
2. Man säet sie in Feldern und Gärten; sie blühen im April.
3. Die Rüben werden für gesund und nahrhafft gehalten, doch verursachen sie Blähungen. Ein Safft von Rüben und braunen Candel-Zucker durch Kochen bereitet, wird als ein gutes Brustmittel wider den Husten und die Auszehrung gelobet.

4. NOM. GEN. Rapa *Rai. Meth.* 95. *Hiſt. I.* 800. *Syn.* 294. *Magn. Car.* 253. *Tourn.* 228. *Rupp.* 83. *Knauth. Meth.* 173. *Kram.* 23. *Boerh. II.* 12. *Ludvv.* 405. *Heiſt.* 9. *Bergen. Fl. Francf.* 121. *Morand. El.* 23. Rapum *Hall. Gott.* 252. Braſſica *Linn. Gen. no.* 661. *Roy.* 344. *Wach.* 173.

5. NOM. SPEC. Rapa *Dorſt.* 243. *a.* Rapa Sylueſtris *Caeſ.* 357. *Rai. Hiſt. I.* 800. *Geſn. Hort.* 276. *a.* Rapa ſatiua rotunda, radice candida *Rai. Hiſt. I.* 800. *Syn.* 294. *Tourn.* 228. *Rupp.* 83. *Moriſ. II.* 213 *S. III. t.* 2. *f.* 1. *Boerh. II.* 12. *Weinm. t.* 859. *fig. b. Morand. H.* 91. *Bergen. Fl. Francf.* 121. Rapa ſatiua radice globoſa candida *Kram.* 23. Rapa radice cauleſcente, orbiculari, depreſſa, carnoſa *Boehmer. Fl. Lipſ.* 270. Rapum *Ruell.* 344. *Trag.* 728. *Lonic.* 224. *a. Cam. Epit.* 218. *Hall. Gott.* 252. Rapum rotundum *Matth.* 346. Rapum vulgare *Dod.* 673. Rapum maius *Ger.* 232. Rapum orbiculatum ſeu turbinatum maius *Lob. Hiſt.* 98. *Ic. I.* 197. Rapum ſatiuum rotundum *J. B. II.* 838. Rapum ſatiuum orbiculatum *Lugd.* 640. Rapum ſylueſtre, non bulboſum *Parck.* 862. male. Braſſica radice cauleſcente, orbiculari depreſſa, carnoſa *Linn. H. Cliff.* 339. *H. Vpſ.* 190. *Mat. med.* 329. *Spec.* 666. *Roy.* 344. *Wach.* 173.

Nota. Huius plantae delineationi, à BLACKWELLIA in radice, caule et *fig.* 1. 7. 8. 9. datae, nos eas floris partes adiunximus, quae notam diſtinctionis generis efficiunt. Notandum autem, radicem craſſam et carnoſam vario modo et colore etiam plurimum diuerſam eſſe, ob quam rationem TOVRNEFORTIVS l. c. etiam varias propoſuit ſpecies. Folia, ex radice quae prodeunt, longa lataque ſunt, et in varias, alternatim poſitas lacinias dentatas dirimuntur, quarum tamen extrema maxima eſt. Denticuli ſic autem ſe habent, vt minores et maiores inter ſe commiſtae conſpiciantur.

Anm. Zu der Abbildung von dieser Pflanze, worinne die BLACKWELL die Wurzel und den Stengel nebst den fig. 1. 7. 8. 9. gegeben hat, sind von uns noch dieienigen Theile der Blume beygefüget worden, welche die Unterscheidungszeichen des Geschlechtes ausmachen. Es ist aber wohl zu merken, daß die dicke und fleischigte Wurzel auf verschiedne Art, und besonders der Farbe nach, sehr abzuweichen pflege, als welches auch den TOURNEFORT l. c. verschiedne Arten anzunehmen bewogen hat. Die langen und breiten Blätter, welche aus der Wurzel entstehen, theilen sich in verschiedne Einschnitte, welche wechselsweise

gesetzt

tur. Caulis, ex medio loco propulsus, foliis instruitur sessilibus, acuminatis et dentatis, ex quorum alis, prout in summo caule, rami floriferi secedunt. Integrum florem sistit *fig.* 1, a superiori facie *fig.* 2, a latere, expansis calycis foliolis *a*, vt petala *b.* cum staminibus conspiciantur *fig.* 3, ab inferiori facie *fig.* 4, remotis petalis, vt stamina cum stylo et fructu conspiciantur, *fig.* 5. Consistit nimirum flos praeter calycem *fig.* 7. ex quatuor foliolis compositum *a. a*, ex quatuor petalis *b. b*, quae inferius in longam et angustam partem expanduntur, quam vnguem vocant *fig.* 6, superius autem plana sunt et ouatae figurae. Haec petala tegunt stamina sex *c.c. fig.* 5, quorum duo breuiora sunt, reliqua longiora, sibi tamen aequalia, inter haec media fructus rudimentum, stigmate obtuso terminatum *d.* Fructus fit siliqua longa, teres, acuminata *fig* 8, quae septo medio, quod eam distinguit a duabus extus adpositis valuis, semina minora *fig.* 9. 10. et rotunda adfixa continet. Satiuam et syluestrem speciem, quam non nulli distinguunt, eamdem esse suspicamur, quum cultura leuiores tantum mutationes, hic conspicuas, inducere valeat Hinc in synonymis syluestrem etiam huc retulimus.

gesetzt und ausgezackt sind, doch also, daß die äusserste davon die gröste ist; Die am Rande befindlichen Zacken aber verhalten sich dergestalt, daß die grössern nebst den kleinern vermischt unter einander stehen. An dem in der Mitte hervorgetriebnen Stengel hängen die zugespitzten- und scharffgekerbten Blätter doch ohne Stiele an; aus ihren Zwischenräumen so, wie aus dem obern Theile des Stengels, kommen blumentragende Zweige hervor. Eine ganze Blume erblicken wir fig. 1, von oben fig. 2, von der Seite, wie die Blättgen des Kelches ausgebreitet sind a, damit die Blumenblättgen b, nebst den Staubfäden besser zum Vorschein kommen möchten fig. 3, von unten fig. 4, und damit man die Staubfäden nebst dem Griffel und der Frucht deutlicher erkennen möge fig. 5, sind die Blumenblättgen weggenommen worden. Denn ausser dem Kelche fig. 7, welcher aus vier Blättgen a. a. bestehet, hat die Blume selbst vier Blättgen b. b, deren iedes an seinem untern Theile, den man sonst vnguem nennet, fig. 6. lang und schmal, oben aber platt und länglicht rund ist. Von Blumenblättgen werden sechs Staubfäden c. c. fig. 5. bedeckt, deren zwey kürzer, die übrigen aber länger, doch alle einander gleich sind. Zwischen diesen stehet in der Mitten der Ansatz der Frucht, welcher sich mit einer stumpffen Spitze endiget d. Die Frucht selbst wird eine lange, rundliche, zugespitzte Schote fig. 8, welche an ihrer mittlern Scheidewand, die dieselbe von den beiden äussern Schalen absondert, kleine und runde Saamen fig. 9. 10. in sich enthält. Wir halten übrigens die zahme und wilde Art, welche einige unterscheiden wollen, für einerley Pflanzen, besonders da die Pflege und Wartung leicht die geringen Veränderungen, die man hier wahrnimmt, hervorbringen kan. Wir haben auch deshalben in den Beynamen die wilde Art mit hieher gerechnet.

TAB. 232. *Lat.* Sedum minimum, Vermicularis. *Germ.* Mauerpfeffer, kleine Hauswurz. *Graec.* Ἀΐζωον μικρόν. ⊙ *Angl.* Wall-Pepper, Stone crop. *Hisp.* Semperviva. *Ital.* Herba Grassella. *Gall.* Joubarbe la plus petite. *Belg.* Kleynste Donderbaert, Huys-loock, Bladelose, Papeculeckens, Muerpeper.

1. Caules circiter quinque pollices alti fiunt, folia pallide virent, floresque sunt lutei.

2. Crescit in muris et aedificiis, floretque maio mense.

3. Minus recte ab ignaris haec planta sub Sedi minoris nomine in officinas non numquam defertur, licet suarum virium ratione a reliquis sedis plane discrepet; inflammationes enim excitat magis, quam curat. Hocce sedum contra scorbutum et strumas interne in decoctis datur, externe vero ad balnea et epithemata vsurpatur.

1. Die Stengel sind ohngefähr fünff Zoll hoch, die Blätter bleichgrün, und die Blumen gelb.

2. Es wächset an Mauern und Häusern, und blühet im May.

3. Diese Pflanze wird von den unwissenden öffters in die Apothecken für das sedum minus gebracht, obgleich seine Eigenschafften völlig den andern sedis entgegen sind, indem es viel eher Entzündungen erwecken, als heilen kan. Es wird dieser Mauerpfeffer wider den Scharbock und Kröpffe innerlich in Tränken gegeben, ingleichen äusserlich zu Bädern und Ueberschlägen gebraucht.

4. NOM. GEN. Sedum vid. TAB. 191. adde *Linn. Gen. Edit. V. n.* 513. *Morand. El.* 20.

Anm. Diesen sattsam bekannten Baum muß die Wartung, wie es scheinet, auf verschiedene Art und Weise verändert haben, daß man daher so viele und verschiedene Abänderungen desselben antrifft, wie denn RAJUS l. c. und TOURNEFORT l. c. eine Menge derselben anführet. Fig. I. ist von den Blackwellischen Zeichnungen abgebildet, die übrigen aber sind von uns, wegen des schönen Baues der Blumen und Früchte, beygefüget worden. Die Blumen nämlich sind von zweyerley

sunt, foliolum quodcumque ouatum est, margine integrum, vel leuiter dentatum, acuminatum, extremo impari terminatur. Flores masculini in amentum colliguntur longum, squamosum, squamarum seriebus se inuicem contegentibus; singula squama florem vnicum continet, qui ex calyce multifido constat, cuius laciniae introrsum ante, quam aperiuntur, reuoluuntur *fig.* 3, post euolutionem autem plura stamina *fig.* 4, conspicienda praebet, haec filamentis suis ad lacinias calycis adcrescunt *fig.* 6, et antheras erectas, acuminatas, naturali magnitudine *fig.* 5, aucta *fig.* 7, designatas, obtinent. Hi flores, dum eum, cuius praeparandi caussa adsunt, puluerem dispersrunt, cum toto decidunt amento, hi autem masculini vocantur. Alterum florum genus, femininum nimirum, in alis ramorum vel foliorum sedet, quorum aliquot, sed pauci, in vnum quasi fasciculum iunguntur. Inferius illi tument *fig.* 8, superius angustantur, stylos duos breues, stigma vero latum et expansum continent *fig.* 9. Fructus vero ad maturitatem deductus, oualis fit figurae *fig.* 10. Exterius inuolucrum ex densiori succulenta substantia, intus venis decurrentibus reticulata *fig.* 11, constat, sub quo delitescit nux dura ossea, superius breuiter acuminata, inaequalitatibus multis exasperata, in duas vero valuas aequales diuidenda *fig.* 12, quae interius si spectantur *fig.* 13, coriaceam adiunctam habent substantiam, varios processus efformantem, quorum intercessione nucleus intus latens in quatuor quasi lobos diuiditur. A superiori parte *fig.* 17, ab anteriori *fig.* 16 exemtum eiusmodi nucleum sistit, qui sub cuticula densa pulpam spissiorem albam recondit. Ad apicem nuclei, si in duas partes diuidatur, plantula seminalis collocatur, quae triangularis formae est, et si nucleus terrae mandatur, primum plantae rudimentum exhibet. Pro varietate loci, in quo crescit haec arbor, in fructibus etiam varietas solet deprehendi, qui, recte monente RAIO in Hist. l. c. magnitudine, figura, duritie atque sapore multis modis differunt, quas notas omnes, tamquam singulares species, proposuit C. BAVHINVS et alii.

ley Geschlecht, und hängen auch an verschiedenen Orten, ob gleich in einer Pflanze, an Die Blätter des Baumes hingegen sind lang, und aus kleinern Blättgen zusammengesetzt; iedes Blättgen ist länglicht rund, am Rande ganz, oder ein wenig eingekerbt, und läufft vornen spitzig zu, das oberste aber ist ungepaart. Die männlichen Blumen stehen in einem langen und schuppichten Kätzgen beysammen, so, daß die Schuppen einander bedecken. Jede Schuppe enthält in sich eine einzige Blume, welche aus einem Kelche, der viel Einschnitte hat, bestehet, dessen Einschnitte sich von innen, ehe sie sich aufschliessen, zurückschlagen fig. 3, und nach ihrer Entwickelung sehr viele Staubfäden zeigen fig. 4; diese wachsen mit ihren Fäden an die Einschnitte des Kelches an fig. 6, und tragen oberwärts gerade und vornen zugespitzte Staubspitzen, welche nach der Natur fig. 5. vergrössert fig. 7. abbildet. Wenn nun diese Staubspitzen ihren Staub, zu dessen Bereitung sie vornemlich dienen, ausgestreuet haben, so fallen sie nebst dem ganzen Kätzgen ab, und dieses sind die männlichen Blumen. Das andre Geschlecht von Blumen, das weibliche nämlich, stehet in den Winkeln der Aeste und Blätter also, daß etliche derselben, obgleich wenige, in einem Büschel gleichsam, beysammen verbunden sind. Unten sind sie etwas erhaben fig. 8, oben aber werden sie schmäler, und enthalten iede zwey kurze Griffel nebst dessen breiten Spitzen in sich fig. 9. Die Frucht, wenn sie zu ihrer Reiffe gelangt, ist länglicht rund fig. 10. Ihre äusere Umhüllung bestehet aus einer dichten fleischigten Substanz, in welcher inwendig sich viele Gefäßgen, gleichsam wie ein Netze, ausbreiten fig. 11. Unter dieser Schale liegt die harte und fast beinerne Nus, welche oben ein wenig zugespitzt ist, übrigens viele Erhebungen und Vertieffungen hat, und sich in zwey Hälfften theilet fig. 12; Inwendig hängt an diesen Schalen fig. 13. eine zähe, schwammichte Haut, welche, vermittelst ihrer Fortsätze den Kern, der dazwischen liegt, gleichsam in vier Stücken theilet. Fig. 17. stellet den Kern von oben, fig. 16. von vornen vor. Dieser Kern bestehet, ausser der äussern dichten Haut, aus einem zähen, weislichtem Fleische. An der Spitze des Kernes, wenn man denselben in zwey Theile theilet, liegt das Saamenpflänzgen verborgen, welches dreyeckigt von Gestalt ist, und, wenn man den Kern in die Erde wirfft, den ersten iungen Trieb des Baumes hervorbringet. Nach der Beschaffenheit des Ortes, wo der Baum wächset, ist auch die Frucht verschieden; daher RAJUS in Hist. l. c. sehr wohl angemerket hat, daß die Früchte sowohl an Grösse, Gestalt, Härte und Geschmack sehr verschieden seyn. Diese aber insgesammt haben der CASP. BAUHINUS und andere, als besondere Gattungen vorgestellet.

TAB. 248. *Lat.* Populus nigra. *Germ.* Schwarzer Pappelbaum, Alberbaum, Aspen. *Graec.* Αἴγειρος. *Angl.* ⊙ Black Poplar-tree. *Hisp.* Alamo nigriglio. *Ital.* Poplo negro. *Gall.* Tremble, Peuplier noir. *Belg.* Schwarte Populier-boom, Popelaire.

1. Haec arbor procera fit, folia dilute virent, flores luteoli, baccae vero sunt virides.

1. Es wird ein grosser Baum, dessen Blätter hell grasgrün, die Blüthen gelblicht, und die Beeren grün sind.

2. In humidis crescit locis, et ad fluuiorum ripas, suosque flores mense aprili protrudit.

2. Er wächst an feuchten Orten, und an Ufern, und treibet seine Blüthen im April heraus.

3. Folia et gemmae ad vnguentum populeon adhibentur. SCHROEDER gemmis feminas vti refert, quo capilli mellius crispari possint, copiosiusque crescere.

3. Die Blätter und Knospen nimmt man zu dem Unguento Populeo. SCHROEDER schreibet, die Weibspersonen bedienten sich dieser Knospen, um ihre Haare zierlicher und dicker wachsend zu machen.

4. NOM. GEN. Populus *Rai. Meth.* 140. *Magn. Car.* 300. *Tourn.* 592. *Boerh. II* 211. *Heuch.* 52. *Kram* 149. *Linn. Gen. no.* 909. *edit. V. n.* 996. *Roy.* 82. *Ludvv.* 932. *Wach.* 294. *Heist. Syst.* 17. *Segu. Ver. II.* 267. *Guett. I.* 211. *Dalib.* 301. *Hall. Helv.* 156. *Gott.* 9. *Bergen. Fl. Francf.* 308. Populus nigra *Rai. Hist. II.* 1417. *Syn.* 446. *Vaill.* 160.

5. NOM. SPEC. Populus alba *Trag.* 1080. Populus nigra *Lonic.* 43. *Ruell.* 237. *Cord. Diosc.* 17. *Matth.* 129. *Tab.* 1392. *Dod.* 836. *Cam. Epit.* 66. *C. B. pin.* 429. *J. B. I. b.* 155. *Lob. Hist.* 609. *Ic. II.* 194. *Lugd.* 86. *Ger.* 1486. *Park.* 1410. *Rai. Hist. II.* 1417. *Syn.* 446. *Tourn.* 592. *Herm. Lugd. Bat.* 503. *Boerh. II.* 211. *Vaill.* 163. *Dill. Giss.* 42. *Zanich.* 217. *ic.* 122. *Weinm.* 137. *t.* 827. *fig. b.* Populus nigra, quae flores non fructum fert, et quae fructum fert, at non floret *Caes.* 120. Populus nigra siue Αἴγειρος *J. B. I. b.* 155. *Rupp.* 333. *Knauth. Hal.* 180. *Segu. Ver. II.* 267. Populus foliis deltoidibus, acuminatis, serratis, leuibus *Hall. Helv.* 156. *Gott.* 9. Populus foliis deltoidibus, acuminatis, serratis *Linn. H. Cliff.* 460. *Fl. Suec.* 821. *Mat. med.* 462. *Spec.* 1034. *Roy.* 82. *Wach.* 294. *Gmelin. I.* 151. *Guett. I.* 211. *Dalib.* 301. *Boehm. Fl. Lips.* 706.

Nota. Cum duplicis generis non solum flores, sed in duplici etiam planta illi inueniantur, nos Blackvvellianis iconibus *Fig. I.* 1. 6 7. alias *fig. II.* 2. 3. 4. 5. adiunximus. Vtraque planta crescendi modo et foliorum figura conuenit, haec praecipue petiolata sunt, ex cordata figura acuminata, cuspide longius procedente, in ambitu serrata, saepe tamen serraturae non adeo copiosae inueniuntur *fig. I.* Est tamen aliquando in his varietas, vt ob incisuras non numquam obtusiores quasi angulata reddantur *fig. II.* Ex propriis et viscidis gemmis amenta florum, deorsum pendula dimittuntur, squamata,

Anm. Da nicht nur die Blumen unserer Pflanze von zweyerley Geschlechte sind, sondern auch in zwey verschiedenen Pflanzen sich befinden, so haben wir zu den Blackwellischen Abbildungen Fig. I. 1. 6. 7. noch mehrere Fig. II. 2. 3. 4. 5. beygefüget. Beide Pflanzen aber haben einerley Art zu wachsen, wie auch einerley Figur der Blätter. Diese sind vornämlich mit Stielen versehen, herzförmig, vornen lang zugespitzt, am Rande gezackt, doch pflegen dieser Zacken öffters sehr wenig zu seyn. Bisweilen findet sich diese Veränderung, daß die Blätter wegen der stumpfen Einschnitte gleichsam eckigt werden fig. II. Die Blumenkätzgen,

ſquamata, ante quam euoluantur, glabra viſa *fig.* 1, in euolutione conſtituta fimbriata et villoſa redduntur *fig.* 2. Singula vero ſquama vnicum continet tantum florem, qui vel ſtamina vel piſtilla habet. In ſtamineo amento ſingula ſquama multifida eſt in margine et fimbriis ornata, quandoque pedunculo pluribus floribus ornato adhaerent *fig.* 3, plerumque ſimplices ſunt, *fig.* 4. in naturali magnitudine ſiſtuntur, in aucta *fig* 5, inferius tument, et ſtamina octo in ſe recondunt, atque nectarium, in corniculum deſinens. In piſtillato deinde amento paullo laxius poſitae ſquamae occurrunt *fig.* 6, quae vt priores conformatae ſunt, fimbrias atque nectarium obtinent, ſtylum breuem, ſtigma vero quadrifidum. Fructus, qui exinde fit, capſulam ſiſtit biualuem, quae cornuum inſtar reflectitur, et intus duos loculos efficit, ſimulque ſemina comprehendit plura, parua, oblonga *fig.* 7, quae vero, quod in noſtra figura non denotatur, pappo ex minoribus filis conſtante ornantur, optime id exprimente TOURNEFORTIO.

kätzgen kommen aus beſondern und mit einem zähen Safft verſehenen Knoſpen hervor, hängen niederwärts, beſtehen aus verſchiedenen Schuppen. Ehe ſie ſich entwickeln ſind ſie glatt fig. 1, und werden, nachdem ſie ſich aufgeſchloſſen, rauch und haaricht fig. 2. Jede Schuppe enthält nur eine einzige Blume in ſich; dieſe Blume aber hat entweder Staubfäden, oder Staubwege allein. In dem Kätzgen mit Staubfäden iſt iede Schuppe am Rande ſehr vielmahl getheilt, und wie mit Franzen beſetzt; bisweilen ſtehen ſie auf einem Stiele, welcher viele Blumen träget fig. 3, bisweilen ſtehen ſie einzeln fig. 4. nach ihrer natürlichen Gröſſe, und fig. 5. vergröſſert. Sie ſind unten etwas erhaben, und ſchlieſſen acht Staubfäden nebſt dem Nectario, welches wie ein Hörnchen ſpitzig zuläufft, in ſich. In dem Kätzgen mit dem Staubwege hingegen ſtehen die Schuppen etwas weiter auseinander fig. 6, und haben einerley Geſtalt, wie die vorigen. Auſſer den Franzen und dem Nectario enthalten ſie einen kurzen Griffel mit einer viermahl getheilten Spitze. Die Frucht, welche hieraus entſtehet, wird eine Kapſel mit zwey Seitenſchalen, welche ſich, wie Hörner, zurückſchläget. Inwendig hat ſie zwey Behältniſſe, worinne viele, kleine, länglichte Saamen liegen fig. 7; dieſe aber haben oben eine Krone, welche aus einem Büſchel ſehr zarter Fäſergen beſtehet, wie ſolches der HERR. TOURNEFORT ſehr ſchön ausgedrückt, unſere Figur aber gar nicht angezeiget hat.

TAB. 249. *Lat.* Cynogloſſum. *Graec.* Κυνόγλωσσον. *Germ.* Hundszunge. *Angl.* Hounds-tongue. *Ital.* Lengua canina. *Gall.* Langue de chien. *Belg.* Honds-tonge.

1. Caulis ad duos treſque pedes adſurgit, folia ex caeſio virent, flores rubri ſunt.

2. Creſcit in ſepibus et viarum marginibus, floretque menſe maio et iunio.

3. Radici virtus adſcribitur refrigerandi, exſiccandi atque adſtringendi, opem illa fert in catarrhis, quibus pulmones adficiuntur, in omni fluxionum genere, in haemorrhagiis et gonorrhoae. Sunt, qui eam vulnerariis remediis adnumerant, et in glandulis induratis, tum interne, tum externe, ſub cataplaſmatis forma vtuntur. In officinis proſtat maſſa pilularum de cynogloſſa.

1. Der Stengel ſteigt zwey oder drey Fus hoch, die Blätter ſind blaugrün, die Blumen roth.

2. Es wächſet in Hecken und an dem Rande der Landſtraſſen, und blüht im May und Junius.

3. Die Wurzel hält man für kalt, trocknend und zuſammenziehend, dienlich in Catarrhen, welche auf die Lunge fallen, in allen Arten der Flüſſe, Verblutungen, und dem Tripper. Einige rechnen es unter die Wundkräuter, und brauchen es zu verhärteten Drüſen ſo wohl innerlich, als auch äuſſerlich zu Ueberſchlägen. In den Apothecken hat man die Maſſam pilularum de cynogloſſa.

4. NOM. GENER. Cynogloſſum *Rai. Hiſt. I.* 489. *Metth.* 56. *Syn.* 226. *Tourn.* 139. *Magn. Car.* 74. *Rupp.* 12. *Knauth. meth.* 38. *Hal.* 97. *Boerh. I.* 191. *Vaill.* 44. *Linn. Gen. no.* 134. *edit. V. no.* 168. *Roy.* 406. *Kram.* 7. 9. *Hall Helv.* 521. *Ludvv. no.* 33. *Wach.* 20. *Morand. El.* 15. *Segu. Ver. I.* 228. *Dalib.* 59. *Guett. II.* 93. *Bergen. Fl. Francf.* 68. *Heiſt. Syſt.* 7. *Boehm. Fl. Lipſ.* 25. Cynogloſſa *Heuch. Jnd.* 2.

5. NOM. SPECIF. Cynogloſſa *Brunf. I.* 175. *Dorſt.* 102. *Trag.* 229. *Cord. Dioſc.* 71. *b. Caeſalp.* 439. Cynogloſſa vulgaris maior *Col. Ecphr.* 169. Cynogloſſa vulgaris *Geſn. H.* 256. *a.* Cynogloſſum *Ruell.* 635. *Lonic.* 177. *a. Dod.* 54. *Rai. Syn.* 226. Cynogloſſum officinarum *Fuchſ.* 408. Cynogloſſum cum flore *Tabern.* 1113. Cynogloſſum vulgare *Matth.* 827. *Cam. Epit.* 917. *Cluſ. II.* 161. *Lob. Hiſt.* 313. *Jc. I.* 580. *Rai. Hiſt. I.* 489. *J. B. III. b.* 598. *H. Eyſtett. Aeſt. Ord.* 8. *F.* 6. *f.* 1. *Dill. Giſſ.* 89. *Moriſ. H. Ox. III.* 448. *S. XI. t.* 30. *f.* 1. *Weinm.* 314. *t.* 454. *fig. c.* Cynogloſſum maius vulgare *C. B. pin.* 257. *Park.* 511. *Ger.* 804. *Tourn.* 139. *Magn. Car.* 74. *Herm. Lugd. Bat.* 195. *Rupp.* 12. *Boerh. I.* 192. *Knauth. Hal.* 97. *Vaill.* 44. *Zannich.* 78. *ic.* 219. *Morand. H.* 54. *tab.* 32. *f.* 7. *Segu. Ver. I.* 228. *Bergen. Fl. Francf.* 68. Cynogloſſum foliis ouato lanceolatis *Linn. H. Cliff.* 47. Cynogloſſum foliis ouato lanceolatis, corollis calycem aequantibus *Roy.* 406. *Linn. Fl. Suec.* 154. *Mat. med.* 154. *Wachend.* 20. *Dalib.* 59. *Guett. II.* 93. Cynogloſſum ſtaminibus corolla breuioribus, foliis lato lanceolatis, tomentoſis, ſeſſilibus *Linn. Spec.* 134. Cynogloſſum foliis amplexicaulibus, lingulatis, mollibus, hirſutis *Hall. Helvet.* 121. *Boehm. Fl. Lipſ.* 25. Cynogloſſum foliis mollibus, hirſutis, glandulis villoſis, capſulis echinatis *Hall. Gott.* 223.

Nota. Totius plantae delineationem non mutatam ex BLACKWELLIA repraeſentauimus. Ex radice craſſa, fibroſa, folia plura dimittuntur, petiolis longis hirſutis inſtructa, ex ouato lanceolata. Haec primo anno ſuccos ſufficientes praeparant, et ſequenti poſtmodum caules protrudunt longos, cuius folia ſine petiolo caulem amplectuntur, ſed haec etiam aſpera et hirſuta vndiquaque ſunt; ex horum alis ramuli, paucioribus exornati foliis, ſpicis florum nudis inſtructi exeunt. Flores ſinguli *fig.* 1, corollam habent *fig.* 2 inferius ex cylindrico tubo, ſuperius ex limbo patentiori conſtantem, qui in quinque lacinias diuiditur, aequales, orbiculares, quinque ſquamis interius orificium contegentibus, ſub quibus ſtamina deliteſcunt. Calyx, qui eam comprehendit, pariter in quinque lacinias dirimitur, extus hirſutas *fig.* 3, quas ſi remouemus a ſe inuicem, in conſpectum venit ſtylus, medium locum inter quatuor occupans ſemina *fig.* 4. Hiſce ſeminibus proprium eſt, integumenta habere aſpera, inferius acutiora eſſe, ſuperius paullo latiora, et obtuſe rotunda. Haecce vero integumenta arcte admodum cum intus contento ſemine connectuntur *fig.* 5, vt, quoniam ſponte ſua facile non ſecedunt, pro nudis habeantur; quodſi tamen hoc

Anm. Wir haben dieſe Pflanze ganz und unverändert nach der Blackwelliſchen Zeichnung vorgeſtellet. Aus der dicken und zaſerigten Wurzel kommet eine groſſe Menge länglichtrunder und zugeſpitzter Blätter, nebſt ihren langen und rauhen Stielen, hervor, und dienen im erſten Jahre zu Bereitung hinlänglicher Säffte. Das folgende Jahr darauf treiben auch die langen Stengel in die Höhe, an welchen gleichfals rauhe Blätter ohne Stiele unmittelbar anhängen. Aus ihren Winkeln kommen neue Zweige, welche wenig Blätter, oben aber die Blumenähren blos tragen. Jede Blume fig. 1. beſtehet aus der Blumendecke fig. 2, welche unten eine cylindriſche Röhre vorſtellet, oben aber einen offnen breiten Rand hat, der ſich in fünff rundliche, doch gleiche Einſchnitte theilet; Auſſer dieſen ſind noch fünff andere Schüpgen alſo geſetzt, daß ſie die innere Mündung der Blume, nebſt den darinne befindlichen Staubfäden, bedecken. Der Kelch, welcher die Blumendecke umhüllet, hat ebenfals fünff Einſchnitte, welche von auſſen rauch ſin fig. 3. Wenn man dieſe Theile zurückſchläget, ſo kommt der Griffel zum Vorſchein, welcher mitten zwiſchen den vier Saamen ſtehet fig. 4. Dieſen Saamen aber iſt folgendes eigen, daß ſie rauche Umhüllungen haben, unten ſpitzig ſind, oben aber breiter werden, und eine ſtumpffe

hoc contigerit, in duas partes dissiliunt, id, quod TOVRNEFORTiVS in iconibus habet, et hinc ab aliis botanicis, vt LINNAEO, pro totidem capsulis adsumuntur. Semen, intus contentum, eamdem formam refert *fig.* 6. Tandem adhuc notamus colorem floris, in primis si ex semine enascitur, et in bene culto solo propagatur, variare, vt albus, carneus seu roseus, purpureus, nigricans et coeruleus euadat.

stumpffe Rundung zeigen. Diese Umhüllungen hängen sehr fest mit den Saamen selbst zusammen. Da nun dieselben sich nicht leicht von freyen Stücken losschelen lassen, so hat man die Saamen nackte Saamen genennt; wenn sich aber dieses einmahl zuträgt, so springen sie in zwey Hälfften entzwey, wie der TOURNEFORT in seinen Kupffern auch angegeben hat, weshalben auch andere Schrifftsteller, als LINNAEUS, dieselben für eben soviel Saamenkapseln halten. Der darinne befindliche Saame ist von eben dieser Gestalt. Fig. 6 Endlich was die Farbe der Blume betrifft, so ist dieselbe, besonders wenn sie aus Saamen gezogen, und in einen wohlgebauten Boden gesetzt wird, sehr verschieden, dergestalt, daß sie bald weis, bald fleischfarbig oder rosenroth, purperfarbig, dunkelroth oder auch blau wird.

TAB. 250. *Lat.* Valeriana hortensis, Phu magnum. *Germ.* Grosse Baldrian, grosser Gartenbaldrian. *Graec.* Φῦ, ἄγρια Νάρδος. *Angl.* Valerian. *Hisp.* Yerva beneditta, la Valeriana. *Ital.* Valeriana. *Gall.* Valerienne grande. *Belg.* Thuyn-Valeriane, Speur-kruydt.

1. Caulis tres pedes altitudine attingit, folia pallide virent, flores albi sunt.

2. Nascitur sponte in Italia, in Anglia vero in hortis colitur, floret maio mense.

3. Radici virtus adscribitur veneno resistens, et sudores pellens, nec non cephalica, inseruit in febribus acutis et morbis contagiosis. Caput confortat er neruos, promouet vrinae fluxum et catameniorum. Admiscetur Theriacae et Mithridatio.

1. Der Stengel wird drey Fus hoch, die Blätter sind grasgrün, die Blumen weis.

2. Sein Geburtsort ist Italien, in Engelland zieht man es in Gärten, es blüht im May.

3. Die Wurzel hält man für Gifft- und Schweistreibend, wie auch für Kopffstärkend; es giebt guten Nutzen in hitzigen Fiebern und ansteckenden Krankheiten. Es dienet dem Haupt und den Nerven, treibet den Urin und die monatliche Reinigung. Man nimmt es mit zu dem Theriack und Mithridate.

4. NOM. GEN. Valeriana *Rai. Hist. I.* 388. *Meth.* 44. *Riv. mon. p.* 6. *Magn. Car.* 149. *Tourn.* 131. *Rupp.* 213. *Knauth. meth.* 29. *Heuch. Jnd.* 23. *Boerh. I.* 73. *Linn. Gen. n.* 37. *edit. V. n.* 43. *Roy.* 234. *Ludvv. n.* 185. *Wach.* 120. *Segu. Ver. I.* 209. *Morand. El.* 6. *Guett. II.* 127. *Bergen. Fl. Francf.* 65. *Hall. Gott.* 350.

5. NOM. SPEC. Phu *Camer. Epit.* 21. Phu verum *Tabern.* 454. Phu magnum *Matth.* 38. *Lugd.* 927. Phu maius *Cord. Hist.* 102. *a. Gesn. Hort.* 272. *a.* Phu maius siue Valeriana maior *Park.* 120. Valeriana *Caes.* 148. Valeriana maior, Phu *Ruell* 292. *Dorst.* 391. *Lob. Hist.* 411. *Jc. I.* 714. *H. Eystett. Aest. O.* 9. *F.* 11. *f.* 1. Valeriana maior siue Phu maius *Weinm.* 426. *t.* 1000. *fig.* 9. Valeriana hortensis *C. B. pin.* 164. *Dod.* 349. *Ger.* 1075. *Vaill. Act. Paris.* 1722. 251. Valeriana hortensis, Phu folio Olusatri Dioscoridis *Moris. H. Ox. III.* 101. *S. VII. t.* 14. *f.* 1. *Tourn.* 132. *Bergen. Fl. Francf.* 66. Valeriana maior hortensis *Herm. Lugd. Bat.* 616. *Moris. Umb.* 52. *t.* 1 *f.* 45, *Boerh. I.* 74. Valeriana maior, odorata radice *Rai. Hist. I.* 388. *J. B. III. b.* 209. *Magn. Car.* 149. *Rupp.* 213. *Morand. Hist.* 21. *t.* 15. *f.* 1. Valeriana hortensis flore albo *Riv. mon. t.* 3. Valeriana vera siue Nardus agrestis *Trag.* 60. Valeriana foliis infimis integris, proximis laciniatis, caulinis pinnatis *Linn. H. Cliff.* 46. *Roy.* 234. *Wach.* 120. Valeriana foliis imis integris et semipinnatis, superioribus pinnatis *Hall. Gott.* 350. Valeriana floribus triandris, foliis caulinis pinnatis, radicalibus indiuisis *Linn. H. Vps.* 13. *Mat. med.* 22. *Spec.* 32.

Nota. Sine mutatione Blackvvelliana delineatio hic proponitur. Radix crassa, tuberosa, folia emittit longe petiolata, vel plane integra, vel in lacinias aliquot diuisa; illa vero, quae ad caulem pertinent, pinnata sunt. In superiori parte caulis et ramorum vmbella florum expanditur, quorum singulus ex tubo cylindrico in limbum irregularem abit *fig.* 1; stamina eidem insunt tria, stylus vnicus, semen etiam vnicum nudum *fig.* 2, superiori in parte pappo instructum.

Anm. Wir theilen hier die Blackwellische Abbildung ohne alle Veränderung mit, Die dicke, knollichte Wurzel treibet lange, bisweilen ganze, bisweilen in verschiedene Einschnitte getheilte Blätter mit ihren Stielen heraus. Dieienigen Blätter aber, welche an dem Stengel hängen, sind aus andern kleinern Paarweise zusammengesetzt. An dem obern Theile des Stengels und der Zweige stehet die Blumendolde, iede Blume derselben bestehet aus einer walzenförmigen Röhre, welche sich oben in einen ungleichen Rand ausbreitet fig. 1. In der Blume sind drey Staubfäden, ein einziger Griffel, und ein einziger Saame fig. 2, welcher blos, und oben eine Krone zarter Härgen hat.

TAB. 251. *Lat.* Polygonatum maius, Sigillum Salomonis. *Germ.* Weiswurz. *Graec.* Πολυγόνατον. *Angl.* Salomon's Seal, White roote, Cely scala. *Hisp.* Frasinella. *Ital.* Ginocchietto. *Gall.* Seaux de Salamon, Geniculiere. *Belg.* Salomons-Sepel.

1. Caulis ad duos pedes adsurgit folia, graminis instar virent superius, inferius foliorum salicis in modum, flores albi sunt, viridibus maculis notati.

2. In Anglia sponte prouenit in fruticetis et syluis, quarum ligna excisa sunt, et mense maio floret.

3. Folia et radices vsurpantur; in vulneribus adnumeratur adstringentibus, vim enim habere dicitur consolidandi, et omnes defluxiones haemorrhagiasque coercendi, nec non vtilis esse putatur in fracturis ossium et herniis, in primis eiusdem radix. MATTHIOLVS docet, qua ratione condiri debeat sacchar ro radix, et quo modo eadem in fluore albo mulierum vtendum sit. Sunt, qui adfirmant, sugillationes, ab ictibus et percussionibus enatas, per cataplasmata, ex radicis decocto confecta, posse discuti.

1. Der Stengel wächset zwey Fus hoch, die Blätter sind grasgrün oberhalb, unterhalb aber weidengrün, die Blumen sind weis, und etwas grün gefärbt.

2. Es wächset in Engeland wild in Gebüschen und ausgehauenen Wäldern, und blüht im May.

3. Die Blätter nnd Wurzeln werden gebraucht; es wird zu Wunden, als ein zusammenziehendes Mittel gerühmet. Es soll heilen, und bey allen Arten der Flüsse und Verblutungen anhalten, auch in Beinbrüchen und Leibesschäden dienen, besonders die Wurzel. MATTHIOLUS lehret, die Wurzel in Zucker einzulegen, und solche mit gutem Nutzen wieder den weissen Flus zu gebrauchen. Einige versichern, man könne schwarze und blaue Flecken, welche vom Stossen oder Schlagen entstanden sind, mit einem aus der Wurzel gekochten Ueberschlage vertreiben.

4. NOM. GEN. Polygonatum *Ray. Hist. I.* 664. *Meth.* 73. *Syn.* 263. *Tourn.* 71. *Magn. Car* 189. *Rupp.* 51. *Heucb. Ind.* 8. *Knauth. meth.* 264. *Hal.* 2. *Kram.* 7. *Boerh. II.* 63. *Vaill.* 161. *Hall. Helv.* 286. *Gott.* 77. *Ludvv.* 126. *Morand. El.* 26. *Segu. Ver. I.* 136. *Bergen. Fl. Francf.* 200. Conuallaria *Lin. Gen. no.* 341. *edit. V. n.* 383. *Roy.* 25. *Wachend.* 299. *Dalib.* 104. *Guett. I.* 196. Salomonia *Heist. Syst.* 38.

5. NOM. SPECIF. Elleborus albus *Dorst.* 108. Frassinella *Caes.* 224. Sigillum Salomonis *Brunf. III.* 92. Sigillum Salomonis latifolium *Trag.* 390. *Ruell.* 581. Sigillum Salomonis seu Polygonatum maius *Weinm.* 334. *t.* 920. *fig. a.* Polygonatum *Cord. Diosc.* 61. *b. Hist.* 113. *Dod.* 345. *Lob. Hist.* 361. *Ic. I.* 617. *Ger* 903. *Matth.* 678. *Cam. Epit.* 692. *Rai. Hist. I.* 668. *Syn.* 263. Polygonatum vulgatius *H. Eystett. Vern.* O. 5 F. 13. *fig.* 2. Polygonatum maius vulgare *Park.* 696. Polygonatum vulgo Sigillum Salomonis *Gesn. H.* 273. *b. J. B. III. b.* 529. *Magn. Car.* 189. Polygonatum maius Matthioli *Lugd.* 1623. Polygonatum latifolium *Fuchs.* 585. *I. Tabern.* 1136. Polygonatum latifolium vulgare *Clus. I.* 275. *C. B. pin.* 303. *Moris. H. Ox. III.* 537. *S. XIII. t.* 1. *f.* 1. *Tourn.* 78. *Rupp.* 51. *Knauth. Hal.* 2. *Kram.* 7. *Herm. Lugd. Bat.* 501. *Boerh. II.* 63. *Vaill.* 161. *Dill. Giss.* 58. *Zanich.* 215. *ic.* 34. *Bergen. Fl. Francf.* 200. *Segu. Ver. I.* 136. *Morand Hist.* 105. *t.* 52. *f.* 8. Polygonatum foliis alternis, petiolis pendulis multifloris *Hall. Helv.* 287. *Boehm. Flor. Lips.* 61. Polygonatum caule cernuo, longiori, alis multifloris *Hall. Gott.* 77. Conuallaria foliis alternis, floribus ex alis *Linn. H. Cliff.* 124. *Fl. Suec.* 274. *Roy.* 26. *Wachend.* 299. *Gmel. I.* 34. *Dalib.* 104. *Guett. I.* 196. Conuallaria foliis alternis, amplexicaulibus, caule ancipiti, pedunculis axillaribus vnifloris *Linn. mat. med.* 168. *Phil. bot.* 218. *Spec.* 315.

Nota. Haec planta radicem crassam obtinet et tuberosam, quae transuersim in terra procedens, variis exornatur rotundis tuberibus, quae, antiquitati sigilli figuram exprimere visa, effecere, vt nomen Sigilli Salomonis fuerit introductum. Ex iis autem tuberibus caules protruduntur teretes, foliis alternis venosisque ornati, quorum margo est integerrimus, quae vero, quod latitudine variare aliquando obseruantur, diuersas penes varios auctores constituunt species, seu potius varietates, de quibus consulendus est TOVRNEFORTIVS. Ex alis horum foliorum pedunculi florum procedunt, in quorum numero itidem discrepantia est; continent enim vel duo vel plures, vt nostrae etiam figurae demonstrant. Singulus flos, calyce carens, corollam habet campanulatam *fig.* 1. 2, monopetalam, superius in quinque vel sex lacinias, non admodum profundas, magnitudine autem sibi aequales, diuisam, quae, per medium ad longitudinem dissecta, sex innata ostendit stamina *fig.* 3, ex longis filamentis, in corollae expansione membranacea haerentibus, et antheris oblongis, inferius hastatis, constantia. Resecta circa fundum corolla, in ea occurrit rudimentum fructus, superius stylo longo, corollam aequante, ornatum, qui in stigma obtusum definit *fig.* 4. Fructus ante maturitatem varie maculatus, post eam vel rubicundus *fig.* 5, vel nigricans *fig.* 6. fit, et semina varia subrotunda *fig* 7. 8. continet. Blackvvellianis iconibus *fig. I.* 1. 5. 7. nos reliquas subiunximus.

Anm. Unsere Pflanze hat eine dicke, knollichte Wurzel, welche in der Erde quer fortläufft, und verschiedene runde Knollen hat. Diese schienen den Alten die Gestalt eines Siegels vorzustellen, und gaben daher zu dem Namen Sigilli Salomonis Anlaß. Aus den Knollen treiben runde Stengel in die Höhe, welche mit wechselsweise gesetzten Blättern versehen sind. Die Blätter sind voller Adern, ihr Rand aber ist vollkommen ganz. Da ferner dieselben in ihrer Breite verschieden zu seyn pflegen, so haben daher verschiedene Kräuterkenner so viele Gattungen oder vielmehr Abänderungen daraus gemacht, weshalben man den TOURNEFORT nachschlagen mus. Aus den Winkeln der Blätter kommen die Stiele der Blumen hervor, deren Anzahl gleichfals verschieden ist: denn es sind derselben entweder zwey oder drey auch mehrere, wie unsere Kupffer anzeigen. Jede Blume hat eine glockenförmige fig. 1. 2, und einblätterichte Blumendecke, welche sich oben in fünff bis sechs Einschnitte theilet, der Kelch aber fehlet ganz und gar. Die bemeldten Einschnitte sind nicht allzutieff, und an Grösse einander gleich Wenn man die Blume der Länge nach mitten durchschneidet, so siehet man inwendig sechs Staubfäden fig. 6, welche aus langen Fäden und länglichten, unten spießförmigen Staubspitzen bestehen, und an der häutigen Substanz der Blumendecke fest wachsen. Schneidet man aber dieselbe unten ganz weg, so kommt der Ansatz der Frucht zum Vorschein, welche oben mit einem langen Griffel, der so lang als die Blumendecke ist, und eine stumpffe Spitze hat, versehen ist fig. 4. Die Frucht hat, ehe sie vollkommen wird, verschiedene Flecken, so bald sie aber reiff worden, ist sie entweder roth fig. 5, oder schwärzlicht fig. 6, und enthält in sich verschiedne rundlichte Saamen fig 7. 8. Uebrigens erinnern wir noch, daß wir zu den Blackwellischen Zeichnungen fig. I. 1 5. 7. die übrigen alle hinzugethan haben.

TAB. 252. *Lat.* Symphytum, Consolida maior. *Germ.* Wallwurz, Schwarzwurz, Beinwell. *Graec.* Σύμφυτον ἕτερον. *Angl.* Comfrey. *Hisp.* Consuelda maior. *Ital.* Consolida maggiore. *Gall.* Consire, Oreille d'Asne, Grande Consolide. *Belg.* Waelwortel, Smeerwortel.

1. Caulis ad trium pedum altitudinem adscendit, folia pallide virent, flores albi sunt.

2. Crescit ad ripas fluuiorum et loca humida, floret maio mense et iunio.

3. Radices huius plantae, folia atque flores in vsu sunt; adhibentur in vulneribus, in quibus consolidandis opem ferens, consolida vocata fuit. Proficua esse putatur in contusionibus internis et haemoptoe aeque ac contra acres, quae intestina adficiunt, humores adhibetur. Nonnulli radices contusas et sub pulpae forma in cataplasmate adhibitas in podagra laudant. In officinis prostat Syrupus de Symphyto.

1. Der Stengel wird drey Fus hoch, die Blätter sind falb grasgrün, die Blumen weis.

2. Es wächset am Ufer der Flüsse und an feuchten Orten, es blühet im May und Junius.

3. Wurzel, Blätter und Blumen werden gebraucht: Man bedient sich derselben bey Wunden, und daher hat die Pflanze den Namen Consolida bekommen. Man hält sie für nützlich bey innerlichen Quetschungen, und Blutauswerffen, wie auch wider scharfe Feuchtigkeiten, welche die Gedärme anfressen. Einige rathen die Wurzeln zu einem Brey zu zerstossen, und als einen Ueberschlag im Zipperlein zu gebrauchen. In den Apothecken hat man besonders den Syrupum de Symphyto.

4. NOM. GENER. Consolida *Rupp.* 8. *Heucb. Jnd.* 2. Simphytum *Kram.* 6. Symphytum *Rai. Meth.* 57. *Syn.* 230. *Hist. I.* 505. *Magn. Car.* 75. *Tourn.* 138. *Herm. Lugd. Bat.* 585. *Boerh. I.* 194. *Knauth. Hall.* 99. *Meth.* 37. *Vaill.* 190. *Dill. Giss.* 89. *Linn. Gen. n.* 135. *edit. V.* 170. *Roy.* 407. *Hall. Helv.* 514. *Gott.* 220. *Ludvv. n.* 35. *Wachend.* 18. *Segu. Ver. II.* 223. *Guett. II.* 91. *Dalib.* 59. *Heist. Syst.* 7. *Bergen. Fl. Francf.* 71. *Morand. El.* 15.

5. NOM. SPEC. Walwurtz Weiblein *Brunf. I.* 76. Consolida *Caesalp.* 434. *Rupp.* 8. *Heucb. Jnd.* 2. Consolida maior *Dorst.* 89. *Trag.* 240. *Rai. Hist. I.* 505. Consolida maior flore albo *Ruell.* 584. *Camer Hort.* 45. Consolida maior flore albo, quae femina *Boerh. I.* 195. *Segu. Ver. II.* 223. Simphytum *Kram.* 6. Symphytum

Lonic.

Lonic. 178. *b.* Symphytum Alum seu Alas *Lob. Hist.* 315. *Jc.* 583. Symphytum magnum *Dod.* 134. *I. B. III.* 593. *Rai. Syn.* 230. *Lugd.* 1074. *Dill. Giss.* 84. Symphytum maius *Camer. Epit.* 700. *Weinm.* 389. *t.* 956. *fig. c.* Symphytum maius vulgare *Park.* 223. Symphytum maius candidis floribus *Cord. Hist.* 167. *a.* Symphytum maius flore albo *Tabern.* 949. Symphytum maius seu Consolida maior *Matth.* 683. Symphytum seu Consolida maior *C. B. pin.* 259. *Knauth. Hal.* 99. *Herm. Lugd. Bat.* 585. *Moris. H. Ox. III.* 444. *S. XI. t.* 29. *fig.* 1. *Morand. Hist.* 55. *t.* 82. *f.* 10. Symphytum, Consolida maior, flore albo vel pallide luteo, quae femina. *Tourn.* 138. Symphytum flore pallido *H. Eystett. Aest. O. F.* 7. *f.* 3. Symphytum foliis ouato-lanceolatis, decurrentibus *Linn. H. Cliff.* 47. *Fl. Suec.* 155. *Mat. med.* 67. *Spec. I.* 136. Symphytum foliis ouato-lanceolatis *Roy.* 407. *Wachend.* 18. *Dalib.* 59. *Guett. II.* 91. Symphytum foliis ouatis, lanceolatis, caule alato *Hall. Helv.* 514. *Gott.* 220. *Boehm. Fl. Lips.* 28.

Nota. De hac planta in primis notandum est, eam in colore florum, qui vel albus est vel purpureus, differentem deprehendi: hinc etiam factum est, vt vtriusque floris quaedam specimina adposuerimus. Etsi vero bene cognoscamus, hanc solam notam vix sufficere ad speciem constituendam, non possumus tamen, quin constanter nos obseruasse moneamus, eam, quae rubro colore tinctas corollas obtinet, per plures annos studiose cultam, colorem suum non mutasse, nec eam, quae albos flores ostendit, degenerasse vmquam; quid? quod in nostris terris regiones sint, vbi nulla sponte prouenit purpureo flore et contra. Marem vocarunt veteres illam flore purpureo, feminam flore albo, et recentiores ab eodem colore desumserunt discrimina, quae diuersa nomina citata invenimus in HALLERO *Helv. l. c.* Radicem habet crassam et ramosam, nigram, quae sola perennat, reliquis partibus quotannis pereuntibus. Ex hac praeter folia quaedam, longa et lata, caulis exsurgit, qui exasperatus mollibus pilis, alternatim foliis instruitur, in superiori parte ouatis et acuminatis, quorum vero petioli in caulem continuati, et membranacea expansione instructi, eum alatum reddunt. Ex summis caulis spicae florum procedunt, totae foliis destitutae inferius tantum aliquibus accedentibus angustis; qui omnes autem flores ad vnum latus incliuant, et deorsum nutant; horum quilibet tamen, breui inhaerens pedunculo, integer, vt dependere solet *fig.* 1, ab anteriori parte *fig.* 2. conspicitur, in quo calyx *a*, corolla *b*, eminens stylus *c*, statim distinguitur. Vt a calyce incipiamus, ille in quinque profundas lacinias distinguitur et acutas *fig.* 3. *a*, hispidas tamen et ante euolutionem conniuentes. Corolla monopetala *fig.* 4, ex calyce extracta, inferius cylindraceum, breuem tubum habet, qui mox in ventrem intumescit *fig.* 1. *b.* superius iterum quodam modo contrahitur, et orificio quinquifido patet, quae tamen orificii minores laciniae plerumque retrorsum inclinantur. Per medium ad longitudinem dissecta corolla *fig.* 5. 6. inhaerentia ostendit stamina quinque *d. d*, quae breuibus ex filamentis constant, et antheras compositas gerunt acuminatas; his intersunt appendices rigidae, cuspidatae, quas LINNAEUS radios, HALLERUS palos vocat, quae conniuentes ingressum in corollae cauum impediunt. Ex fundo calycis deinde, his partibus remotis, stylus exit, aucta magnitudine *fig.* 7, inferius crassus, superius in acumen desinens, et stigmate simplici *fig.* 8, aliquando magis rotundo *fig.* 7. et globoso terminatur. Circa fundum eiusdem collocantur semina quatuor *fig.* 7. *e*, extus gibba, intus planiora *fig* 9. acuminata et glabra. Blakvvellianis delineationibus nunc *fig.* 1. 2. 3. 6. 7. accesserunt.

Anm. Von dieser Pflanze ist besonders anzumerken, daß die Farbe ihrer Blumen sehr verschieden, bisweilen weis, bisweilen purpurfarbig sey; Daher haben wir auch von beiderley Blumen einige hier vorgestellet. Ob wir nun zwar gar wohl wissen, daß dieses Kennzeichen allein zu Bestimmung einer Gattung nicht hinlänglich sey, so müssen wir doch auch erinnern, mit einer Gewißheit und Beständigkeit angemerkt zu haben, daß nämlich diejenige, welche rothe Blumen trägt, ob sie gleich viele Jahre sorgfältig gezogen worden ist, dennoch niemals ihre Farbe verändert, noch auch daß die andere, welche weisse Blumen hat, iemals rothe getragen habe; ja so gar giebt es in unserm Erdstriche Gegenden, wo keine Wallwurz mit rother Blume wild wächst, und auch umgekehrt. Die Alten haben jene mit der purpurfarbigen Blume das Männlein, diese aber mit der weissen Blume das Weiblein genannt; die Neuern im Gegentheil haben den Unterscheid von der Farbe der Blumen hergeleitet, und darnach die Namen gegeben, welche wir bei dem HALLER Helv. l. c. finden. Die Pflanze hat eine dicke und schwarze Wurzel, welche sich in verschiedene Zasern theilet. Sie dauert allein etliche Jahre, die übrigen Theile der Pflanze aber nur einen Sommer durch. Aus der Wurzel kommet nebst verschiedenen, langen, und breiten Blättern der Stengel hervor, welcher mit weichen Haaren und wechsels weise gesetzten Blättern versehen ist. Sie sind an ihrem obern Theile länglicht rund und zugespitzt, ihre Stiele aber lauffen an dem Stengel fort, und verursachen vermittelst ihres häutigen Wesens die Flügel des Stengels. Auf dem Gipfel der Stengel stehen die Blumen in Aehren, zwischen welchen, ausser einigen wenigen und schmalen Blättern, so unten an derselben zu bemerken sind, keine weiter befindlich. Die Blumen insgesamt neigen sich nur auf eine Seite, und zugleich niederwärts: doch sitzet iede derselben auf einem kurzen Stiele. Eine ganze Blume wie sie herabwärts zu hangen pflegt, siehet man fig. 1, von vornen fig. 2; man unterscheidet daran den Kelch a, die Blumendecke b, den hervorragenden Griffel c. Damit wir von dem Kelche in der Beschreibung den Anfang machen, so ist derselbe in fünf, tieffe, spitzige fig. 3. a, doch rauhe Einschnitte eingetheilet, welche einander vor ihrer Entwickelung bedecken. Die einblättrichte Blume fig. 4. zeiget, wenn sie aus dem Kelche genommen wird, unten eine kurze Röhre, welche gleichsam einen dicken Bauch hat fig. 1. b, oben aber bisweilen enger wird, und sich mit einer fünffmal getheilten Mundung öffnet; diese kleinen Einschnitte der Mundung aber beugen sich meinstentheils zurück. Die mitten durch nach der Länge zerschnittene Blumendecke fig. 5 6 zeiget inwendig fünff Staubfäden d. d welche aus kurzen Fäden und spitzigen zusammengesetzten Staubspitzen bestehen; zwischen diesen stehen verschiedene, steiffe, spitzige Körpergen, welche LINNAEUS Strahlen, HALLER Pfäle nennt, und welche, indem sie einander decken, den Zugang in die Blume verwehren. Unten aus dem Kelche kommt alsdenn, wenn man diese Theile weggenommen hat, der Griffel hervor, welcher vergrössert fig. 7. zu sehen ist. Er ist unten dick, läuft oben in eine Spitze schmal zu. Diese Spitze ist einfach fig. 8, bisweilen mehr rund fig. 7. und kugelförmig. Unten im Boden des Kelches stehen vier Saamen fig. 7. e, welche von aussen erhaben, inwendig platt fig. 9, und glatt sind. Zu den Blackwellischen Zeichnungen sind noch fig. 1. 2. 3. 6. 7. hinzugesetzt worden.

TAB. 253. *Lat.* Caryophyllata. *Germ.* Benedicktwurzel, Benedicktkraut, Karaffelwurz. *Graec.* Λαγώφθαλμος.
☉ *Angl.* Avens, or Herb-Bennet. *Ital.* Garofanata. *Gall.* Baliot, Resize, Benoite, Galmonde. *Belg.* Nagelkruyt, Caryophyllate.

1. Caulium altitudo fere duorum pedum est, folia dilute virent, flores lutei sunt.

2. Crescit in syluis et sepibus, et maximam partem aestatis floret.

3. Radices cephalicam et alexipharmacam virtutem habent, neruosque excitant, si vino infunduntur. Conueniunt itaque in morbis a refrigerio, flatibus intestinorum, omnibusque catarrhalibus adfectionibus.

1. Die Stengel wachsen ohngefähr zwey Fus hoch, die Blätter sind gras grün, die Blumen gelb.

2. Es wächset in Wäldern und Hecken, und blühet einen grossen Theil des Sommers.

3. Die Wurzeln rechnet man unter die Hauptstärkende und Giftaustreibende Mittel; sie ermuntern die Lebensgeister, wenn sie mit Wein infundiret worden sind; sie dienen in Verkältung und Blähungen der Gedärme, und werden bey allen Arten der Flüße gebraucht.

4. NOM. GEN. Caryophyllata *Rai. Meth.* 68. *Syn.* 253. *Hist. I.* 606. *Magn. Car.* 275. *Tourn.* 294. *Herm. Lugd. Bat.* 121. *Rupp.* 108. *Heuch. Ind.* 15. *Knauth. Meth.* 216. *Hal.* 114. *Dill. Giss.* 97. *Boerh. I.* 42. *Vaill.* 30. *Hall. Helv.* 335. *Gott.* 104. *Ludvv. n.* 622. *Bergen. Fl. Francf.* 161. *Morand. El.* 4. *Segu. Ver. I.* 493. Cariophyllata *Kram.* 30. Geum *Linn. Gen. n.* 490. *edit. V. n.* 561. *Roy.* 276. *Wachend.* 112. *Dalib.* 150. *Guett. I.* 288.

5. NOM. SPECIF. Gariofilata *Caes.* 550. Garyophyllata *Dorst.* 136. *b. Trag.* 67. Caryophyllata *Brunf. II.* 46. *III.* 24. *Dod.* 137. *Matth.* 657. *Camer. epit.* 725. *Lugd.* 686. *Ger.* 994. *Knauth. Hal.* 114. Caryophyllata hortensis *Fuchs.* 384. Caryophyllata, Herba benedicta *Tabern.* 326. Vulgaris Caryophyllata *Loc. Ic. I.* 693. *Hist.* 396. Caryophyllata vulgaris *C. B. pin.* 391. *Park.* 136. *Tourn.* 294. *Rupp.* 108. *Herm. Lugd. Bat.* 121. *Boerh. I.* 42. *Dill. Giss.* 97. *Vaill.* 30. *Moris. H. Oxon. II.* 435. *S. IV. t.* 26. *f.* 1. *Segu. Ver. I.* 493. *Morand. H.* 9. *t.* 7. *f.* 5. *Bergen. Fl. Francf.* 161. Caryophyllata vulgaris, flore paruo luteo *I. B. II.* 398. *l. cum ic. Hepaticae. Rai. Hist. I.* 606. *Weinm.* 60. *t.* 323. *fig. b.* Cariophyllata vulgaris, flore luteo, minore, erecto *Kram.* 30. Caryophyllata vulgaris, Geum Plinii *Clus. II.* 102. Caryophyllata pinnis paucioribus, rhomboideis, tubarum fine vncinato *Hall. Helv.* 335. *Gott.* 104. Caryophyllata floribus erectis, feminibus vncinatis *Boehmer. Fl. Lips.* 433. Geum vrbanum *Gesn. Hort.* 260. Geum floribus erectis, fructu globoso, feminum cauda vncinata, nuda *Linn. H. Cliff.* 295. *Fl. Suec.* 423. *Mat. med.* 249. *Roy.* 276. *Wachend.* 112. *Dalib.* 150. *Guett. I.* 288. Geum floribus erectis, fructu globoso; aristis vncinatis, nudis, foliis lyratis *Linn. Spec. I.* 501.

Nota. A radice, in montosis praecipue locis, primo vere aromaticum odorem spirante, caryophyllos aemulantem, nomen traxit haec planta, quae tamen conditio, in pratis et hortis dum crescit, plerumque euanescit. Radix fibrosa folia emittit, longis petiolis ornata, pinnata quidem, foliolis tamen magnitudine discrepantibus, margine crenatis; extremum par maius est et impare accedente omnium maximo folium terminatur. Eodem se modo habent, quae cauli adnectuntur, nisi quod superiora et minora semper fiant et paucioribus pinnis constent: ad caulem ipsum etiam foliola petiolum comprehendunt. In summitate caulis diuiditur in pedunculos pene nudos, leuiter hirsutos, quibus flos singulus inhaeret. Hic praeter calycem monophyllum, in decem lacinias dissectum, quarum quinque maiores sunt, quinque minores et alternatim positae *fig.* 1. *a*, plerumque virides, aliquando leuiter coloratas *fig.* 3, continet petala quinque *fig.* 2. *b*, non nisi per luxuriantes succos sex *fig.* 1. 3, quae pro naturali numero non bene pinxit BLACKWELLIA, quamuis ille per culturam soleat augeri. Haec inferius angusta sunt, superius latiora, fere cordata *fig.* 5, et calyci inhaerent, ita tamen, vt inter quodlibet angustum intercedat spatium. Ex eodem calyce exit numerosa series staminum *fig.* 2. 4. *c*, remota corolla magis conspicua *fig.* 6. 8, quorum quodque ex tenero filamento et anthera globosa est compositum *fig* 7. Hisce remotis conspicitur thalamus hirsutus, in interioribus calycis constitutus *fig* 9. *d*, cui adhaerent semina plura, dum maturantur, in orbem expansa *fig.* 10. 12. Horum singulum, inferius ouatum desinit in stylum tenuem, inflexo vnco desinentem *fig.* 11, tunc etiam simul eleuatur in columnam thalamus *fig.* 13, tot, quot adhaeserunt semina, notatus vestigiis *fig.* 14, quae ipsa semina porro ouata *fig.* 16 et hispida *fig.* 15. secedunt. Ex Blakvvellianis iconibus sunt *Fig. I.* 1, 3. 12. 13. 15.

Anm. Unsere Pflanze hat den Namen Caryophyllata von der Wurzel bekommen, weil dieselbe, besonders in bergichten Gegenden, zu Anfang des Frühlings, einen würzhaften Geruch, wie die Würznägel, von sich giebt. Dieser aber verlieret sich gemeiniglich, wenn sie auf Wiesen und in Gärten wächset. Die Wurzel ist zaserich, und treibt die mit langen Stielen versehene und Paarweise gesetzten Blätter in die Höhe, wovon die kleinern Blättgen an Grösse unterschieden, und am Rande gekerbt sind, das oberste Paar aber etwas grösser ist, und mit einem ungepaarten, welches aber das gröste ist, sich endiget. Auf gleiche Art verhalten sich die Blätter, welche an dem Stengel stehen, ausser daß die obern immer kleiner werden, und aus weniger Paaren bestehen, wie auch daß an dem Stengel kleinere Blättgen die Stiele der Blätter umfassen. An dem Gipffel theilet sich der Stengel in verschiedene, blose und etwas rauhe Stiele, auf deren iedem eine Blume stehet. Die Blume besteht aus dem einblätterichten Kelche, der in zehen Einschnitte getheilet ist, und wovon fünffe grösser, fünffe aber kleiner sind, und wechselsweise stehen fig 1. a. Diese sind gemeiniglich grüne, bisweilen aber auch bunt fig. 3. Ueber dieses hat die Blume auch fünf Blumenblättgen fig. 2. b. deren bisweilen bey allzustarkem Triebe der Säffte sechs zu seyn pflegen fig. 1. 3, wie die BLACKWELL, weil sie es vor natürlich gemalet, nicht wohl angegeben hat, da sich ihre Anzahl nur durch die Wartung vermehret. Diese Blumenblättgen sind unten schmal, oben breit, fast herzför mig fig. 5, und hängen an dem Kelche an, doch also, daß zwischen iedweden noch ein kleiner Plaz übrig bleibt. Aus dem Kelche kommt eine grosse Menge Staubfäden fig. 2. 4. c hervor, welche erst, wenn man die Blumendecke weggenommen hat, zum Vorschein kommen fig. 6. 8, und ieder derselben bestehet aus einem zarten Faden, und einer rundlichen Staubspitze fig. 7. Wenn diese Theile weggenommen worden, so erblickt man das rauhe Blumenbette in dem Grunde des Kelches fig. 9. d, an welchem sehr viele Saamen anhängen, die bei ihrer Reiffe an Gestalt rund sind fig. 10. 12. Jeder von diesen Saamen ist unten länglicht rund, und endiget sich in einen dünnen Griffel, welcher eine krum gebogene Spitze hat fig. 11. Hierauf erhebet sich auch das Blumenbette in die Höhe fig 13, und zeiget so viel Eindrücke, als Saamen zuvor angehangen fig. 14. Diese Saamen aber, welche länglicht rund und rauch sind fig. 16. 15, fallen ab. Endlich bemerken wir noch, daß Fig. I. 1. 3. 12. 13. 15. Blackwellische Zeichnungen sind.

TAB. 254 *Lat.* Bistorta. *Germ.* Natterwurz, Krebswurz. *Angl.* Bistort, Snakeweed. *Ital.* Bistorta. *Gall.* la Bistorte. *Belg.* Watervvortel, Slangenkruyt, Groote vvilde Osse tongue.

1. Caules sesquipedem alti fiunt, folia profunde virent in superficie superiori, in inferiori vero dilutiora sunt.

2. Crescit in pratis paludosis, in primis ad maris oras sitis, menseque maio floret.

3. Radices exsiccant et adstringunt; hinc in haemorrhagiis aliisque excretionibus, nimia vrinae secretione, mictu cruento conueniunt, nec non in febribus pestilentialibus opem ferunt.

1. Die Stengel wachsen anderthalb Fus hoch; die Blätter sind dunkel gras grün auf der obern Fläche, an der untern aber Weidengrün.

2. Sie wächset auf sumpffigten Wiesen, besonders wo die See anschläget, und blühet im May.

3. Die Wurzeln trocknen und ziehen zusammen; sie dienen bei Blut und andern Flüssen, oder auch blutigen Abgang des Harnes; man braucht sie auch mit Nutzen in giftigen Fiebern.

4. NOM. GEN. Bistorta *Rai. Meth.* 22. *Syn.* 147. *Hist. I.* 186. *Magn. Car.* 152. *Tourn.* 511. *Herm. Lugd. Bat.* 88. *Rupp.* 98. *Heuch. Ind. I. Knauth. Meth.* 32. *Hal.* 153. *Dill. Giss.* 89. *Boerh. II.* 86. *Kram.* 32. *Linn. Gen. no.* 390. *Roy.* 217. *Hall. Helv.* 178. *Goett.* 28. *Ludvv. n.* 795. *Wach.* 258. *Segu. Ver. I.* 165. *Morand. El.* 28. *Bergen. Fl. Francf.* 292. Polygonum *Linn. Mat. Med.* 189. *Gen. edit. V. no.* 545.

5. NOM. SPEC. Nattervvurz Weiblein *Brunf. I.* 62. Colubrina *Dorst.* 87. *b. Lonic.* 132. *b.* Colubrina seu Serpentaria femina *Fuchs.* 774. Bistorta *Caes.* 167. *Dod.* 353. *Ruell.* 736. *Cord. Hist.* 87. *a. Matth.* 674. *Cam. Epit.* 683. *Lugd.* 1285. Bistorta maior *Trag.* 321. *Ger.* 399. *Rai. Hist. I.* 186. *Clus. II.* 69. *Hort. Eystett. Vern.*

O, 9.

